Apologia in anatome pro Galeno, contra Andream Vessalium [sic] Bruxellensem. Cum praefatione, in qua agitur de medicinae inventione / [Francesco del Pozzo].

Contributors

Pozzo, Francesco del, approximately 1520-1564.

Publication/Creation

Venetiis : Apud Franciscum de Portonariis, de Tridino, 1562.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/s98nje5g

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

PUTEUS
APOLOGIA
IN
ANATOMEN
PRO GALENO





T T
T 3 / 11
Ac
29

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
PUTEUS, F.

65711/A

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

APOLOGIA

IN ANATOME PRO GALENO,

CONTRA ANDREAM VESSALIVM BRVXELLENSEM,

Franciſco Puteo Medico Vercellenſi Authore.

Cum Præfatione, in qua agitur de Medicinæ Inuentione.

CVM PRIVILEGIO



VENETIIS
Apud Franciſcum de Portonariis, de Tridino,
M D LXII.



Cuncta hominum ruerent, pariter monumẽta Deorum,
Immortale nihil, ni pia Musa foret.

ILLVST^mo ET REVEREN^mo

IN CHRISTO PATRI ET DO.

D. IACOBO PVTEO S. R. ECCLE.

TT. S. Mariæ in Via Presbitero Cardinali,

ad Concilium Legato vigilantiſsimo,

Franciſcus Puteus

S. P. D.



IN HAC tota mundi fabrica, quid eſſet honorabilius ac præſtãtius à nobis non ſemel agitatũ eſt Illuſtriſsime & Reuerendiſs. Præſul, occurrebat quãdoq; Iouem vt beneuolũ, Saturnum vt firmum, Martem vt potentem, Mercurium vt ſagacem, Venerem vt delicioſam, Lunam & Solem vt generationis & corruptionis authores, & vt diem à noctu ſeparent, laudabiliora eſſe in hoc toto mundo. Quandoq; totum

mihi applaudebat cœlum, vt ex subiecto incor ruptibili ac nobiliori compositũ, quæ est quin ta essentia (vt loquar cum Philosophis) esse præ stantius, dum moueatur etiam ab intelligẽtiis miro motu, vt secundum quosdam mirabilis ex citetur harmonia. Sed dum summi Opificis ani maduerto operam, nec omnia ista habere excel lentiam dici possunt. etenim dum hæc efficeret summus Opifex, nec in earum creatione multũ elaborauit, sed dixit, Fiat firmamentum cœli, & factum est, Et fiat Sol & Luna, atq; alia sydera, & omnia facta sunt: sed dum voluit hominem ef fingere, dixit, Faciamus hominem ad similitudi nem & imaginem nostram, vt nobis hisce ver-bis insinuaret, hominem nobiliorẽ esse cæteris omnibus. Proinde quali & quanto artificio in eius constructione vsus sit, his constare potest, qui hominis partes probe examinauerit, cum ipsis licebit admirari dum in homine tantam in esse constructionis artem comperiemus, vt ho-minem esse admirabile Naturæ opus, & myste-riis plenum affirmare nõ dubitabimus: ad quod alludens Delphicum Oraculum fertur respon disse, γνῶθι σεαυτόν, vt eius difficultatem, ac excel lentiam nobis indicaret. Sed ex tot & tot myste riis, quæ in eius partibus obseruãtur, homi ni cõ donatis illud præcipuum est, & magis admirabi le, quod mentem nostram (nescio cuius nõ sit) capacem esse fecit. nam si volumus in quibusdã

discurre

discurrere, aliis dedit texere, aliis suere, aliis ara re, aliis equos domare, aliis gladiari, aliis ferrū molire, aliis ipsum acuere, aliis aurum fodere, aliis domos construere, aliis tingere, alis pinge re, aliis scribere aliis intelligere, aliis vtrunque, aliis deniq; multa hæc, & alia ex istis, & id genus sexcenta: nec tamen simul omnia, vt inquit Ho merus in quarto Iliad.

Αλλ' οὔ πως ἅπα πάντα θεοι δόσαν ἀνθρώποισιν.

Hoc est,

Sed non simul omnia Dei dederunt hominibus.

Veruntamen ex omnibus illud est etiam admi-rabilius, quod Deus Opt. Max. voluit naturam nostram a sua nisi per immortalitatem diuer-sam esse. Proinde in aliis arctissima cū ipso qua dam nos societate coniunxit: præstitit namq; nobis & futura agnoscere ex astrorū inspectio-ne: donauit & non delinquendi scientiam: con cessit quoq; noscere abditissima naturæ arcana itidem reuelauit in quibus liceat vitam nostrā longius protrahere, quo sibi aliquo tempore as similaremus, idq; facultate quadam, quæ Medi cina nuncupatur: quæ qualis sit, atteſtatur eius exordium. A cœlo enim deportatam esse faten tur omnes, siue Hebreos, siue Arabes sequaris, siue Aegyptios Theologos, aut Græcos. Nam Hebrei & Arabes primum humani generis pa-rentem Adam eam diuino lumine sapientiam adeptum asserunt: reliqui vero Appollinem ab

hominum,deorumq; parente Ioue, illam fuſce piſſe virtutem ad humani ſalutem generis tradi dere, vt in primis oſtendit Poeta maximus in li bro Aeneidos in hiſce verbis,

Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Apollo,
Augurium, cytharamq; dabat, celereſq; ſagittas,
Ille ut depoſiti proferret fata parentis,
Scire poteſtates herbarum, uſumq; medendi
Maluit.

Et non longe inferius, quum de Arte Medica lo queretur, etiam cecinit,

nihil author Apollo
Profuit.

Idem tradidit Horatius in carmine ſeculari, libro vltimo Carminum,

Augur & fulgente decorus arcu
Phœbus acceptisq; nouem Camænis
Qui ſalutari leuat arte feſſos
Corporis artus.

Hoc idem Ouidius in pluribus ſuorum librorũ locis præſertim id atteſtatur, cũ inducat ipſum, dum Daphnẽ alloqueretur, iſthæc proferẽtem,

Inuentum Medicina meum eſt, Opifexq; per orbem
Dicor, & herbarum ſubiecta potentia nobis.

Quo fit vt poſt hos omnes Serenus Samonicus ſtatim inter initia ſui libri, qui de Re Medica inſcribitur ipſum inuocat, tanquam Medicinæ Deum, vt ipſi auxilietur, vt apparet in hiſce verſibus,

Phœbe

Phœbe ſalutiferum quod pangimus aſſere carmen,
Inuentumq; tuum prompto comitare furore,
Tuq; potens artis reduces qui tradere uitas
Noſti, ac in celum manes reuocare ſepultos.

Nec ſine ratione tradit Macrobius in libro primo Saturna. quando ita ſcribit, Hinc quod attribuitur medendi poteſtas, quia temperatur ſolis calor, morborum omnium fuga, vel forſan vt pleriſque magis placuit, vt quod ideo multi Apollinem Medicinæ inuentorem eſſe exiſtimati ſunt, quoniam Medicina à vaticiniis, quorum & ipſe Deus eſt, ſumpſit exordium. Sunt & alii qui dicunt, vt tradit Theōtius, quod fuit primus qui herbarum vires nouit, & ad oportunitates hominum earum vires adaptauit, & ob id non ſolum repertor Medicinæ habitus eſt, ſed & Deus, quum ægrotātes plurimi ex ipſis remediis ſanitatem conſequerētur: ſed eſto quodcūque, ſat conſtat quod pene omnes conſpirant, Apollinem Vulcani & Mineruæ filiū Medicinæ inuentorem extitiſſe. Quod etiam confirmat diuinus Plato in perſona Agatonis in Sympoſio & in Cratylo, dum eius Ethymum perſcrutaretur in hiſce verbis, Nōne Deus qui purgat ipſe erit ἀπωλούων & ἀπολύων, id eſt, abluens à malis, ſoluēsq; quod Apollo ipſe ſignificat. Quatenus itaq; diluit atq; ſoluit, vt talium Medicus ἀπολύων merito nuncupatur: dictus eſt etiam οὐλίος, id eſt, Salutifer, vt ab Homero in Hymno Apol

linis οὐλὲ τοις καὶ μεγα χαίρε, Menandrus scribit Milesios ἀπολωνι οὐλίω pro salute sua immolare, Pherecides refert, Theseа, quum in Creta ad Minotaurum duceretur, vouisse pro salute atq; reditu suo ἀπολλωνι οὐλίω, καὶ ἀρτεκιδι οὐλιαι. Assũpsit etiã apud alios & diuersa nomina, apud Eleos enim Apollo ἀκεσιος, vel si mauis ἀκεσις, hoc est, Medicus appellatus est: apud Athenienses ἀλεξικακος, vt quod malum arceat: Lindii vero colentes Apollinem λοιμιον hoc cognomine finita pestilentia nominarunt: apud Delphos autẽ laudem Apollinis ita persequuti sunt ιη παιαν ιη παιαν ιη παιαν: quos sequutæ sunt Vestales virgines, vt scribit, Macrob. lib. primo Saturnal. vbi tradit solitas esse indigitare, Apollo Medice, Apollo Pean. Est autem dictus Pean ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνοίας, hoc est à sedãdis morbis. Sed quid in Apollinis demoror Ethymis & nominibus, quæ per se clara sunt, vt vnicuiq; satis liceat esse persuasum, quantum ex his quæ dicta sunt Apollinem siue Pean nomen esse sacrum & salutiferũ. Sed quid dicendum de illo qui apud Aegyptios habitus est Medicinæ Deus, qui in vita dictus est Osiris, post mortem Serapis, qui postquam vt bos visus est, dictus est in lingua Aegyptia Apis, quod sonat idem quod Bos, de quo Tibullus,

Te canit, atq; suum pubes miratur Osirim
Barbara, Memphitim plangere docta bouem.

Hic igitur Osiris nullus alius fuit quam Apollo,

Os

Os namq; apud Aegyptios, multùm significat, Iris autem oculum; Osiris ergo dicitur multus oculus, quod nomẽ ad Solem, qui Apollo est, referre oportet, ὁς παντ' ἐφιρα, hoc est qui cuncta videt, vt inquit Homerus in secundo Odiss. In xiii eiusdem etiam vocat παυφανόωτα, hoc est omnia illustrantem: huius sententiæ etiam fuit Ouidius in quarto Methamorpho. vbi inducit Solem ita loquentem,

Omnia qui uideo, per quem uidet omnia tellus,
Mundi oculus.

Scribit Macrob. in lib. Saturnal. quod hinc Osirim Aegyptii vt Solem esse asserunt: quoties namq; Hierogliphicis literis suis exprimere volunt, insculpunt septrum, in quo speciem oculi exprimunt, & hoc signo Osirim mõstrant, significantes hunc Deum esse Solem, regaliq; potestate sublimem cuncta despicere, quia Solem Iouis oculum appellat antiquitas. Hic autem in vxorem habuit Isidem, quæ apud quosdam Luna esse creditur: alii aũt aliter figurãt, nec eã aliud esse quam Terram Naturamue rerum. Sed si fuit hæc igitur, vel alia, siue alius, aut vir, aut fæmina, citatur à Galeno in quarto & quĩto de de Compo. med. per genera, in secundo Artis cur. ad Glaucum, & in sexto Meth. med. in quibus locis ponit emplastra Isis appellata, quæ faciunt suspicari ab ea fuisse inuenta & nuncupata, quæ adytis templi Vulcani in Aegypto fuerunt

runt reperta, & hoc modo inſcripta, multis annis reſeruata ibi tanquam in domo propria, vt à Dea inuenta eſſe crederentur. Ab hac igitur vt Poetæ fabulãtur, Oſiris ſuſcepit Horum, qui vt tradit Diodorus Siculus in lib. Biblioth. primo, à matre in Medicina inſtructus eſt, qui hominibus tum oraculis tum medelis multum vtilitatis attulit, ex quo & horæ viginti quatuor, quibus dies, noxq; conficitur, nomen acceperunt, & quatuor tempora, quibus annuus orbis impletur, horæ vocantur. Sunt qui dicant Horum fuiſſe Apollinem, ſed eſto quiſquis vel Apollo, vel filius, ſi filius, dummodo ab Apolline prognatus habeatur, credaturq; Iſidem ab ipſo marito prius edoctam, filium in Medicina inſtruxiſſe: ſed ſi quis contenderit eſſe Apollinem, eſto vt libuerit: nam ſat ſcio quod Aeſculapius, & ſi fuit etiam dictus Apollo, vt refert Macrob. in libro Satur. apud pleroſque tamen creditur fuiſſe Apollinis filius, vt apud illum in Epigrammatario Græco

Φοίβος ἔφυσε βροτοῖς Ασκληπίον.

Apud Ouidium in libro Primo Faſtorum, & in libro ſecundo Metamorpho. apud Heſiodum in Theogonia: apud Platonem in tertio dialogo de Republica: apud Hyginium in libro de Signis Cœleſtibus, cap. de Hydra: apud Homerum in hymnis Deorũ in Aeſculapium, & apud Diodorum, & apud alios quamplures. Nam volunt

lunt Apollinem duos inter cæteros habuiſſe fili os in medicina præcipuos, quorum alter fuit Aeſculapius, alter vero Anabus, qui à Babilonia ſuſceptus eſt, qui in medinina fuit admodū præ clarus. Sed hunc longe excelluit Aeſculapius, qui datus eſt Chyroni Centauro, quem ab Apol line, tum ob eum quo perſequebatur amorem, tum vt filium, quem ad erudiendum tradiderat, creditur in medicina fuiſſe inſtructum, fuit nāq; ille qui medicinam Chyrurgicam comperiiſſe creditur: ab eo namq; fuit dictum vulnus Chyroniū, meminit Galenus in ſecundo meth. med. quia primum is illud ſanarit: Paulus Aegineta in lib. quarto, cap. xlvi. ſcribit inueterata, & quæ vix cicatricem recipiūt, vlcera Chyronia appellari, ceu Chyrone medicinæ peritiſsimo indigē tia. Huc alluſit Virgilius in Endicasyllabis de Liuore,

Viuet pectore ſub dolore uulnus
Quod Chyronia nec manus leuarit,
Nec Phœbus, ſobolesue clara Phœbi

Plinius in libro. vii. Natu. Hiſtoriæ, cap. lvi. & Galenus, ſiue Herodotus, ſiue Plutarchus, ſiue quis alius in libro qui Iſagoges ſiue Medicus in ſcribitur cap. primo, tradunt medicamentoriā, & herbariam ab ipſo fuiſſe repertam. Nam Theophraſto, Diaſcoride, & Plinio authoribus, hic Chyron fuit ille qui reperit Centaurū, vel Chyronion appellatum, vtrunque tamen ab eo denomi

nominatum, quod inquam inuenit, quando vulneratus est, quum Herculis pertractandi arma, sagitta excidisset in pedem, quo fuit vsus & curatus. Sunt qui velint Gentianam ab ipso etiam fuisse repertam, licet Diascorides dicat à Gentio Rege Illyriorum inuenta primum existimatur, vnde nomen: sed quia dicitur etiam Chyronion, creditur à plerisque à Chyrone potius, quam a Gentio fuisse repertam, quia ante Chyronem non fuit Gentius, sed post Chyronem, qui fuit ille, vt diximus, qui prius herbariam inuenit medicinam, quæ mortalibus ante ipsum erat incognita. sed quod fuerit dicta Gentiana à Gentio Rege, est fortasse quia ipse eã in vsum posuit apud nõnullos, qui ab ipso postea ei nomen indiderunt: sed quod Gentianam inuenerit Gentius, apud quosdam est probatu difficillimum: sed hoc vnicuique sit pro arbitrio. Ad rẽ igitur nostram accedẽtes, dicamus quod traditur etiam spinam albam fuisse inuentam à Chyrone, & Pixacanthon, & Cestron, & Ampelom, & alia quamplura, quæ ab eo nomenclaturas etiam assumpserunt. Quid plura? certe fuit maximus, nec vllus vnquam repertus est hactenus qui in herbaria ita adiuuerit mortales, quemadmodum iste: nec Mercurius, & si fuit Deus, tot tamen inuenisse herbas nusquam legitur: inter quas laudatissima herbarũ est illa, teste Homero. Odiss. quam vocari ab Diis putat moly, cõ

tra ſumma venificia: quã ſcribit Homerus Mercurium Vliſsi tradidiſſe, quum deueniſſet ad Circen, vt ab eius incantamentis euaderet. Inuenit & Penthaphyllon, quod hernubotanem, hoc eſt Mercurii herbã vocari ſcribit Aetius: vltra has tantum Linozoſtis ſiue Parthenion ab ipſo Mercurio inuentus eſt, ideo apud Græcos Hermopoan multi vocant, eam apud nos omnes mercurialem: et quum mercurius tam parum, vt cõ ſtat, mortales adiuuerit in medicina neſcio quo modo apud pleroſque medicinæ inuentor ſit exiſtimatus, dum ſola hyrundo ver non efficiat, vt in trito prouerbio, ſed vnicuiq; ſuum eſto pulchrum: Ad rem, Quid dicam de Osyri? quæ etiã fuit vna ex cœleſtibus, Certe non apparet quod alias inuenerit, præter illam quæ & adhuc a Nicandro, Diaſcoride, & à Galeno, ab ea etiam Osyris nomen ſuſcepit. Alii etiam vt Teucer, ſolum Teucrion, melampus ſolum melampodion, Hercules ſolum Heracleon. Nynphea nata traditur à Nympha zelotipa erga Herculẽ mortua, Lyſimachus ſolum lyſimachiam, Climenos ſolum climenon, mitridates ſolum mitridaciã, Seruilius Democrates ſolum hiberidam: deniq; & alii quãplures ſolu vnã vel duas, aut ad sũmũ paucas herbas ĩueniſſe legũtur, Chyrõ cẽtaurus vltra p̃dictas herbas, tertiũ & quartũ panaces genus reperiiſſe creditur, quorũ vtrũq; ab ĩuẽtore Centauriõ cognominatur: ĩuenit ẽt lectõ, q̃ ali

qui

qui Libidion vocant, etiam ab eo Cētaurion appellatum: inuenit & Triochin, & illam, qua Achylles Chyronis discipulus Thelaphum sanasse dicitur, ob id postea dicta Achylleos, quæ prius vocabatur Centauris. Sed quid in herbis ab eo repertis immoror? certe si vellē omnes quidem recensere tædiosum mehercle potius esset quàm scientificū: sed esto quod sciant studiosi in herbaria primum extitisse Chyronem, illum, inquam, quem à Phyllira Nympha Oceani & Thetios filia Saturnus genuit, cū qua coeūte Saturno, Ops eius vxor aduenit, cuius præsentiā veritus deus se in equū cōuertit, vnde natus est Chyron Centaurus, vt placuit Hesiodo, Pindaro, & Hyginio in secundo libro de Signis cœlestibus, quos sequuti sunt nostri Latini, & in primis Virgilius in tertio Geor. quē à matre Phyliridem vocat in hisce versibus,

Quæsitæq. nocent artes, cessere magistri,
Phyllirides Chyron, Aminthaonius q. Melampus.

Et ita quoq; vocat Propertius in secundo libro, elegia prima,

Tarda Philoctetæ sanauit crura Machaon,
Phenicis Chyron lumina Phyllirides.

Pari modo Ouidius in primo Fasto, & quinto, & alii omnes. Hunc autem edocuisse Aesculapium legi potest apud Homerum in quarto Iliad. quem scribunt pleriq; omnes Apollinem suscepisse à Coronide Thessalica, vnde dictus est

Coro

Coronides ab Ouidio in ſexto Faſto. quam vbi reſciuit eam cum alio rem habuiſſe, necauit ſagitta, antequam pareret, & infantem exemit ex vtero eius, vt tradit Ouidius in ſecundo libro metha. Hæc autem fuit puella, ſiue mauis, filia Phlegiæ regis, vt ſcribit Homerus in hymnis Deorum in Aeſculapium: id atteſtatur etiam Hyginius in ſecundo libro de Signis cœleſtib. cap. de Hydra. Sunt qui velīt, vt ex illis fuit Diodorus, quod ſit ex Arſinoe Leucippi filia, quæ licet apud quoſdam videatur alia à Coronide, tamen Pindarus Pythiorum Ode tertia, eandem eſſe voluit cum ipſa. Hic autem Aeſculapius vocatus eſt, vt apud Homerum in ſecundo Iliad. & apud alios Græcos pene omnes, qui ante Hepius vocabatur, ſed ita tandem nuncupatus eſt Aeſculapius, quod Aſelem tyrannum Epidauri ſanaſſet: fuit ergo ille qui ab antiquis dictus eſt ἀρχιατρος, hoc eſt primus, vel ſi mauis princeps medicorum: Homerus in hymnis Deorum in metris de eo decantatis ἰητῆρα νόσων, hoc eſt, medicum morborum vocat. in quarto Iliad. ἀμυμονον ἰητῆρα, hoc eſt, irreprehenſibilem medicum appellat: Orpheus Poetarum antiquiſsimus qui Aeſculapii coetaneus exiſtimatur, ita de illo in ſuis hymnis decantauit,

Ἰητῆρ πάντων Ἀσκληπιὸς δῖσποτα παιάν,

Quod eſt

Medice omnium Aſculapi Domine Pean.

Deinde

Deinde ad finem ita de eo etiam cecinit,

ἔλθε μάκαρ σωτὴρ βιότης τέλος ἐσθλὸν ὀπάζων.

Hoc est,

Veni beate saluator uitæ, finem bonum prebens.

Sunt qui tradunt Pythiam oraculo Aesculapium magnum hominum gaudium appellasse, vt scribit Pausanias in secundo libro.

ὦ μέγα χάρμα βροτοῖς βλαστὼν Ασκληπιέ. Hoc est,

O magnum gaudium mortalibus natum Aesculapi.

Homerus in hymnis Deorum loco præcitato ab oraculo edoctus pari titulo, & alio etiam veneratus est, vt apparet in hoc carmine,

χάρμα μεγ' ἀνθρώποισι κακῶν θελκτῆρ' ὀδυνάων,

Quod est,

Gaudium magnũ hominibus, malorũ deliniatorẽ dolorũ

Nec sine causa Aesculapius ab huiuscemodi viris tam doctis tot Epithetis decoratus est, quum scribat Diodorus in quinto libro, eum adeo peritia medicinæ excelluisse, vt quãpluri mos de salute prorsus desperatos à morte liberauerit, propterea q; à nõnullis creditus est defũctis vitam restituisse, inter quos legitur de Glauco & Hippolito ipsos ab inferis reuocasse. Scribit enim Hyginius in secundo libro de Signis cœlestib. cap. de Ophiulco, quod Aesculapius quũ esset inter hoĩes, & tantũ medicina cæteris præstaret, vt non satis ei videretur hominũ dolores leuare, nisi etiam mortuos reuocare ad vitam nouisset. Fertur Hyppolitum, qui iniquita

te no

te nouercæ,& inſcitia parentis erat interfectus ſanaſſe, ita refert Eratoſtenes: nõnulli Glaucũ Minoos filiũ eius opera reuixiſſe dixerũt, pro quo vt peccato Iouẽ domũ eius incendiſſe, pro alio vero in ipſum fulmen direxiſſe, & fulmine extinxiſſe quidem fertur, veritus Iuppiter ne ex emplo Aeſculapii quoq; mortales mortuos eſſent ſuſcitaturi, nimia quidem artis medicæ potẽtia,quæ mortuos ſuſcitaret: quod tetigit Ouidius in.vi.Faſtorum in hiſce verſibus,

Iuppiter exemplum ueritus, direxit in illum
Fulmina,qui nimiæ nouerat artis opem.

Poſtea legitur de ipſo ob parentis querimonias in Deorum numerũ fuiſſe receptum vt ſub inngit Ouidius,

Phœbe querebaris,Deus eſt,placare parenti,
Propter te, fieri,quod uetat ipſe facit.

Fuit namq; apud antiquos in ſumma veneratione, medicinæq; Deus habitus eſt: colebatur namq; in vrbe Epidauro,quæ eſt in ſinu Saronico,cuius numen tam viuentis, quàm vbi ex humanis exceſsit ob artis medicæ gloriam ſæpe multis & maximis ciuitatibus fuit adiumento. Vnde quum Romani peſtilentia continuis trib. annis vexarentur, ex libris Sybillinis compertũ eſt vt apud Valerium Maximum libro primo,& apud Liuium in.xi.legimus,non poſſe recuperari priſtinam ſalubritatem, niſi Aeſculapius ab Epidauro eſſet accerſitus. Miſsis ergo illuc legatis

tis decem Duce Quinto Volumnio, Anguis quē Epidaurii raro, ſed nonquam ſine magno ipſorum bono viſu in modum Aeſculapii venerati fuerūt, mitis labi cæpit, triduoq; religioſe conſpectus ad triremē Romanam perrexit, & cum eo proſperam nauigationem emenſi, Romam aduecti ſunt. in ripam Tibridis egreſsis legatis in inſula vbi templum dicatum eſt, Anguis tranſnatauit, aduentuq; ſuo tempeſtatem, cui remedio quæſitus fuerat, diſpulit. Verum ſerpentem pro Aeſculapio Romam aduectum eſſe, & in inſula habitaſſe myſterio non carent, vt illæ, Syllæ, Roſcii, ſimulachri Palladis, & Caducei Mercurii. Plutarchus Problemate. xciii. ait cur extra vrbē ædes Aeſculapii poſita eſt, an quod ſoris ſalubrius, quam in vrbe habitare crediderunt? Nā Græci quoq; in excelſis ac puris locis Aeſculapii tēpla plane collocant: an quod Deum ex Epidauro accerſitum in vrbem commigraſſe opinantur: in Græcia nō in vrbe, ſed procul ab Epidauro Aeſculapii templum poſitum eſt: an quod dum draco ex naui in inſulam deſcendiſſet, & ex oculis euanuiſſet, ipſum eo in loco ædis ponendæ authorem ac præmonſtratorem fuiſſe opinantur. Idem author in Agidis vita reddit cauſam quoq;, cur Aeſculapius apud Romanos atq; alios viſus ſit draco, in hiſce verbis, Tradūt ſicut ex bobus apes, ex equis fuci, ex aſinis crabrones, ita humana corpora, & præſertim me

dullas

dullas humorem ex his profluentem serpentes producere. Itaq; non absque ratione permoti antiquiores Heroibus draconem consecrarũt: erat vt Philostratus in Heroicis memorat Aiaci Locrensi mansuefactus draco quinq; cubitorũ magnitudinem implens, qui cum & bibebat & versabatur, cuiusque comitatu in via perinde ac canis vtebatur: quare minime mirandum videtur si Aesculapius in draconem transformatus, ad Sicyonios vectus traditur & ad Romanos. Scribit Macrobius in Saturna. quod simulachris & Aesculapii, & Salutis draco subiungitur, quod hi ad Solis naturam Lunæq; referuntur, & est Aesculapius vis salubris de substantia Solis subueniens animis, corporibusq; mortalium: Salus autem naturæ Lunaris effectus est, quo animantium corpora iuuantur, salutifero firmata temperamento. Ideo ergo simulachris eorum iunguntur figuræ draconum, quia prestant vt humana corpora velut infirmitatis pelle deposita ad pristinum reuirescant vigorem, vt reuirescunt dracones per annos singulos pelle senectutis exuta: vel potius, vt tradunt pleriq;, quũ Aesculapius præsit Medicinæ, & vt scribit Apollodorus in libro περὶ θεῶν, ei ius diuinationis adiũgitur. Quod nec mirum, siquidem Medicinæ, atque Diuinationis consociatæ sunt disciplinæ: nam medicus vel commoda vel incommoda in corpore futura prænoscit. sicut ait Hippocrates

in libro præsagiorum à principio, τα τε παρεοντα, καὶ τα προγεγονοτα, καὶ τα μελλοντα ἔσεσθαι, Hoc est, præsentia, præterita, & quæ futura sunt, vel vt in alio loco. τατ' ἐοντα, τατ' ἐσομενα, καὶ προτ' ἐοντα, id est, Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura sequētur. Quod congruit etiam diuinationibus, quæ sciunt τατ' ἐοντα, τατ' ἐσομενα, καὶ προτ' ἐοντα. Vt igitur Aesculapius persuaderet in medico prouidētiam, quam Hippocrates in libro præcitato προνοιαν vocat, in formam draconis mutatus voluit se ostendere: nā hunc serpentem aciei acutissimæ, & peruigilis naturæ quidem esse, atque ideo adytorum, oraculorum, thesaurorum custodiam assignari traditur, vt legitur apud omnes de pomis in horto Hesperidū, & de vellere aureo in Cholco: quod adhuc magis cōfirmat eius simulachrum, quod in templis venerabatur, ante quod secūdū quosdam pingebatur canis, vt nobilitas Aesculapii, & artis posset innotescere. Nam olim Heroes, & Principes à canibus solebant semper comitari: Pollux in Onomastico ad Comodum, quo loco de Origine purpuræ differit, ita de Hercule scribit, ἑπετο ἀρα τῷ ἡρακλει καὶ κυων κατα τον παλαιον νομον οἶδα δ' ὅτι τοῖς ἥρωσι συνεισιέσαν μέχρι τῆς ἐκκλησίας οἱ κύνες, Hoc est, Sectabatur autem Herculem canis, vt erat mos antiquus: nosti enī quod simul cum Heroibus canes in concionem ingrederentur. & hinc Virgilius in libro. viii. Aeneid.

neid.facit canes comitari Euandrum regem nobiliſsimum,

Greſſumq; canes comitantur herilem.

Quo in loco Seruius honoratus Grāmaticus aduocat & illud Saluſtii in Romana hiſtoria, Syphax inter duos canes ſtans Scipionem appellauit, vel potius, vt placet multis, aderat canis, vt medico inſit fidelitas: nam medicamētum amicus fidelis eſt, vel vt inquit Cato Cenſorius, ſi is eſt qui illa præcepta ſcripſerit,

πιστῷ ἰητρῷ πιστὸς χρὼς θεραπεύειν.

Corporis auxilium medico committe fideli.

Atq; alibi,

πιστοῦ γὰρ φίλου ἰητὴρ προφερέστερος οὐδεὶς.

Nec quiſquam eſt melior medicus, quam fidus amicus.

Sic igitur fidelitas requiritur in medico, atq; idcirco apud Aeſculapium annotabatur canis, quem inter animalia homini fideliorem eſſe, apud omnes dubium eſt nemini. Legitur namq; apud Hyginium in ſecundo libro de Signis cœleſtib. cap. de Arctophilace, quod quum interfectus eſſet Icarius ob vinum quod acceperat à Libero Patre, quo paſtores fuerunt inebriati, exiſtimantes illud fore venenum, & ab Icaro datum paſtoribus vt eorum pecora abigeret in ſuos fines, ſic Icarum interfecerunt, & ſecūdum arborem quandā defoderunt. At Erigone eius filia permota deſiderio parentis, quum non redire videret, ac perſequi eum conaretur, canis

Icari, cui *Mæra* fuerat nomen, vlulans, vt obitū domini lachrymari videretur, redit ad Erigonem, cui nō minimam cogitatæ mortis ſupicionem oſtendit: neque enim puella timida ſuſpicari debebat niſi patrem interfectum, qui tot dies ac menſes abeſſet. At canis veſtem eius tenens dentibus, perduci tad cadauer: quod filia ſimulac vidit deſperata ſpe, ſolitudine, ac pauperie oppreſſa multis lachrimis miſerata in eadem arbore ſub qua parens ſepultus videbatur, ſuſpendio mortem ſibi conſciuit, cui mortuæ canis ſpiritu ſuo parentauit. Quid dicam de Thobiæ cane (vt habetur in ſacris literis) & quid dicam de aliis, ex quibus exemplum ſumi poteſt in canibus maximam adeſſe fidelitatem: vnde ſi canis aſſociatur medico, nil aliud nobis repreſentare creditur, quàm fidelitatem ineſſe debere medico. Hic itaque atq; alia, naturam medici propriùs reſpiciunt: nam Aeſculapius barbatus primò fingebatur, vt oſtenderet antiquitatem, quæ in medico requiritur, potiſsimum quando Medicinæ facultas ab experiētia, quam parit antiquitas, emanarit, vt inquit Manlius

Artem experientia fecit,
Exemplo monſtrante uiam.

Tradunt in manu habuiſſe baculum agreſte, nodoſum, ab anguium nexibus circundatum, quod nihil aliud indicabat, præter Medicinæ difficultatem, quæ ingens eſt, ob tria quæ memi-

nit

nit Hippocrates in primo Aphoriſ. Apho. primo, quorum primum eſt occaſio, ſecundum eſt experimentum, vltimum eſt iudicium. Primum autem quantam in Medicina pariat difficultatem, quum ſit occaſio, ſatis notum, quum ea reperiatur eſſe præceps & momẽtanea, & propter hoc eleganter Poſidippus de ea ita ſcripſit,

τίς πόθεν ὁ πλάστης, οἰκυώνιος, οὔνομα δ' ἦ τίς
Λυσιππος, σύ δ' τίς, καιρὸς ὁ πανδαμάτωρ,
τί πτερὰ δ' ἐπ' ἄκρα βέβηκας, ἀεὶ θροχάω τι δ' ταχσούς
Γοσσὶν ἔχεις δ' ἰφυεῖς ἵπταμ' ὑπηνέμιος,
χειρὶ δ' ξυρὸν τί φέρεις ξυρὸν ἀνδράσι δεῖγμα
Ὡς ἀκμὴς πάσης ὀξύτερος τελέθω,
ἦ χόμη, τί κατ' ὄψιν ὑπαντίσαντι λαβέσθαι,
Νηδὲ κατ' ἐξόπιθεν πρὸς τί φαλακρὰ πέλει,
τὸν γὰρ ἅπαξ παρέξαντα μὲ ποσσὶν,
Οὐ τις ἐθ' ἱμείρων δράξεται ἐξοπιθεν,
τοῖον ὁ τεχνίτης μὲ διέπλασεν εἵνεκεν ὑμέων
Ξείνε κακῶν ἐν προθύροις θῆκε δ' ἰδ' ἀσφαλίην.

Hoc eſt, vt à quodam non inerudite ita vertitur.

Quæ patria artifici? Sicyon, quo nomine, nomen
Lyſippo dictum eſt, ipſe quis es? loquere.
Illa ego cuncta domans occaſio. cur age pinnis
Inſiſtis? uoluor ac rotor aſſidue.
Cur gemina in pedibus Thalaria? dicito: dicam:
Huc illuc uolucrem me leuis aura rapit.
Quid dextræ ſibi uult inſerta nouacula? ſignũ hoc
Quod quamuis ſim mage acuta, docet.

Tecta capillitio facies quid nam admonet? illud
Quisq; uti me, quoties offeror, arripiat.
Cur autem capitis pars posticaria caluet?
Quem semel alatis præterij pedibus.
Is quanquam uolet inde cito, ne prendere cursu
Haud liceat, simul ac uertero terga uiro.
Hac itaq; idq; tua me finxit imagine causa
Hospes, sculptoris ingeniosa manus.
Spectandumq; domus prima me fronte locauit,
Scilicet ut cunctos & moneam, & doceam.

Hæcq; non sine ratione, quando vnaquæque nostra actio habeat suũ tempus momẽtaneum, & ex hoc difficile & incomprehẽsibile. quia quæ non habent tempus latum, ea vix possunt sciri, & comprehendi. Nam in medicina & si sciamus quæ scripsit Galenus ĩ primo Artis cur. ad Glaucum, & qualitatem, & quantitatem, nisi cognoscamus occasionẽ, & tempus in quo debeat propinari pharmachum, id tamen totũ est nullum: quia vno tempore erit salubre exiberi pharmacum, alio vero erit maxme noxium. Proinde oportet præ cæteris quod medicus inueniat occasionem, vt sciat quo tempore sit bonum & cõmodum propinare pharmachum, & quo tempore sit nociuum summopere, quod est difficillimum inuenire, quum humana corpora sint in continuo motu. Et propter hoc dicebat Auerroes in. vii. Collect. cap. ix. quod tempus exhibẽdi pharmachum est angustissimum: idq; tamen

quate

quatenus in vna hora, vel vno tempore est talis vel talis disposition in corpore humano, quæ alio tempore non erat, quia continue muratur, & fluit corpus: id igitur tempus indicat de pharmacho exhibendo, non quatenus in illo est talis dispositio, quæ paulo post non erit propter corporis fluxum, qui est continuus, qui facit vt præceps sit occasio: propter quod manifestum est artem esse difficiliorem, quia præceps arguit difficultatem nanciscendi occasionem, quæ difficultas est causa quod ars sit longa: Si enim tempus non transiret, sed permaneret semper, in quo conuenit dare remedium, non esset ars longa neq; difficilis, quia vnusquisque eam facile posset adipisci, atq; citissime & omni tempore exhibere pharmacum, quod esset non parua humanæ vitæ pernities. Quantum ad secundum, quod est experimentum, ex parte eius Medicina est difficilis, quia licet sciamus occasionem, quæ est præceps, est tamen opus, vt etiam sciamus qualitatem & quantitatem pharmaci: Nã & si pharmacum in vno visum sit salubre, in alio autem erit pernitiosum. Etenim reperti sunt qui ex vno pharmaco læsi, & qui ex eo sunt iuuati: & proinde in quibus habeat conferre, & in quibus non, id cognitu est difficillimum. Præterea pharmaci quantitas non minorem parit difficultatem, quia si in vno põdere detur, habebit opitulari, in altero autem potest inferre mortem

tem, vt de Opio ad somnum, & de Cãtaridibus ad hydropem, & de aliis infinitis. Præ cæteris taceo anni tempus, cœli statum, regionem ætatẽ, & ante omnia ægri naturam, quæ non possunt nisi cum difficultate maxima considerari, & perpendi: & ex his experimentum est difficile, quia est periculosum. Proinde, vt agam de vltimo, q̃ est iudicium, certe est difficile, vt aperte etiam dixit Hippocrates in loco præcitato, quia duo sunt instrumẽta, per quæ remedia inueniuntur, iudicium scilicet & experimentum: hoc quidem, vt dictum, est periculosum: alterum vero est difficile, hoc est, non facilius altero cognitu, vt exponit Galenus hoc in loco, immo sicuti aliquod aliud maximam habet difficultatem. Est autem iudicium, ratio per quam quæ sunt facienda, iudicantur: difficile est ergo iudicium, seu vera ratio non facile inuenitur, quod multitudo hæresum in arte ostendunt medicinali. neq; enim si veritas esset inuẽtu facilis, tot ac tanti viri, qui illã perquisierũt, vnq̃ fuissent in tam cõtrarias sectas dispartiti, de quibus suo loco iam dictũ est. Ex his igitur atque aliis in Medicina lõge difficiliorib. quæ millia sunt super millia, nõ sine causa in manu Aesculapii datũ est baculũ nodosum, ab anguiũ nexu circumplexũ, vt argueretur Medicinæ difficultas, quæ cum maxima vigilantia fit plana & facilis: atq; idcirco dati sunt anguium plexus,

vt dif-

vt difficultati correſpondeat vigilãtia, ſine qua Medicina eſſe non poteſt, quum ſit ars coniectu ralis, quæ requirit ad ſummum quod Hippocra tes πρόνοιαν vocat. Sunt alii etiam qui non longe minus melius ſentientes, qui aliam tradunt cauſam cur anguis in Aeſculapii tutelam ſit acceptus, quæ legitur apud Hyginium in ſecundo libro de Signis cœleſtibus, capit. de Ophiulco, quod quum Aeſculapius cogeretur Glaucum Minoos filium ſanare, concluſus quodam loco ſecreto baculum tenens manu, quum quid ageret, cogitaret, dicitur anguis ad baculum eius arrepſiſſe, quem Aeſculapius mente commotus interfecit baculo, fugientem feriens ſæpius: poſtea, fertur, alter anguis herbam ore ferens accurrit, & mortui caput ea contigit; quo facto ambo inde incolumes receſſerunt: ea re obſerua ta ferunt Aeſculapium eadẽ herba vſum Glaucum reuixiſſe. Itaque anguis & in tutelam Aeſculapii & in aſtris dicitur collocatus. Qua cõſuetudine ducti poſteri, ei tradiderũt, vt relqui Medici anguibus vterentur. Et propter hoc alias quoſdam verſus ſcripſi fratri meo Amadeo, qui Legibus operam dabat, quos placuit hic adſcribere.

Cultor Amadeus legum doctiſſime frater,
Aſpice, quid noſtrum nobile ſtemma docet.
Tu cernis binos Angues, puteumque nitentem,
Ob Glauci uitam, quod fuit inde datum,

Quid

Quid dubitas igitur ſacras demittere leges,
Peanisq; Arti te dare ſolicitum.
Tu noſcis uafræ Logices ænigmata, & altos
Naturæ curſus, ſtelliferumq; polum.
Ni antiquo generi facias reſpondeat ortus,
Crede domus noſtræ dedecus iſtud erit.

Sed vltra hæc non mediocriter nos gloriari poſsimus ò Illuſtriſsime ac Reuerendiſs. Præſul de noſtra Proſapia: etenī quæ reperitur, quæ ſit vetuſtior, quæ reperitur, inquam, quæ ſit nobilior: à Diis enim data eſt, vt illa Cecropis, Nini, & Achemenis: nobis autē non ſine miſterio, tibi namq;, vt poſteaquam ab æterno (nec vana loquor, ſi sydera poſſunt) à Deo Opt. Max. electus ſis ſummus Pontifex, tua quidem vigilantia habeas mortalium animas curare, quum in te Noe, vel ſi mauis Melchiſadech religio & Abraę fides, & Moyſis manſuetudo, & Samuelis innocentia, & Dauidis animi lenitas ac dimiſsio eniteat. Quo fit vt habeas inferni portas claudere, tua inquam ſanctitate, quæ totū illuſtrabit mundum, te enim pontifice ceſſabunt lites, pacem inibunt principes, ſeditiones tollentur, mores diuini recuperabuntur, hæreſum ſectæ deſtruentur: ó felices mortales, quando Chriſtianæ reipublicæ huic dabitur imperium. certe nihil vnq̄ potuit euenire melius: vincetur enim Aeneę pietas, Numæ Pompilii religio, Quinti Mutii patientia, Mar. Reguli fides, Pauli Aemilii cōſtantia,

tia, Bruti charitas, Fabii cõtinentia, Cæsaris clemẽtia, Catonis seueritas, Camilli modestia, Scipionis maturitas, Fabritii frugalitas, Fabii Maximi perseuerantia, Neruæ prudentia, Mæcenatis liberalitas, Luculli magnificentia, Augusti felicitas & iustitia.

Ad summum genus omne bonorum,
Tunc erit in terris, felicia secula nonquam
Visa prius uideo.

Præsertim quando Cassianum Puteum tibi adiunxeris, virum inquam amplissimum, humani, diuiniq; Iuris consultissimum, Sabaudiæ Præsidem illustrissimũ, sanctissimiq; Senatus Pedemontium, omnium facile Principem, in quo fortitudo, temperantia, & prudentia, perpetuæ comites semper extiterunt, quarum significationem ex hoc habere possumus, quod in regendis vrbibus non familiarissimus, vt pleriq; alii, sed innocentissimus habetur ab omnibus, curarum remissionumq; tempora sapienter ordinans: est enim grauis vbi iudicia poscunt, & intentus atque seuerus, & aliquando misericors: ei etiam adiungũtur animi candor, & singularis integritas cum summa amplitudine & dignitate maxima, ob cuius animi dotes, nõ est qui de eo non admiretur summopere, & eum taquam numen non colat, quum sit in omni virtutum genere ornatissimus, potissimum quando relicta auaritia omnium bonorũ authorum sit Mæcenas. Quid

plura

plura? melius est silere, quã pauca dicere. Quid dicam de Francisco eius fratre Illustrissimo, in quo ea sunt, quæ Natura hominibus, aut fortuna largitur. ineſt enim animi puritas, singularis prudentia, in rebus mediocritas, aurea & libera lis opulentia, cum filiorum abundantia, de quibus sperare debemus nostram prosapiam non mediocriter illustrari posse: præsertim quando adsit Illustris Ludouicus inter omnes, pace ipsorum dixerim, mactæ virtutis, atq; excellentis ingenii iuuenis, de quo existimo eius expectationem apud quoscunq; non fore minimam, imo Isei similem, qui maior inuentus est, quam fama præcesserat: Non alios eo inficias, quando Fabricium Illustrissimũ Põderani Comitẽ, qui ob suam quam habet & nobilitatẽ & prudentiã, ab Altissimo Sabaudiæ Duce nostro honorifice retentus est. Nec tacebo vnq̃ Carolum puerum non dicã, sed potius iuuenẽ, ob suam præcocis ingenii singularitatẽ qui hoc anno ĩ ætate vndecim annorũ masuetiores Musas relinquens, vt Legibus operã daret, Papiam cõcesit: Dii boni obsecro eum seruate, existimo eum pro dignitate domus, & eius amplitudine fore maximum. Ego autem omniũ minimus, Natura doctus, & si non possum aliis dignioribus fieri illustrior, ad primos tamen honores me contuli: nec dedignor, etenim vt inquit Homerus in .xi. Iliad.

ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων: Hoc est,

Vir Medicus multis alijs æquabitur unus,

Nec īmerito, quia videlicet huiuſcemodi ars & diuinitus acccepta eſt, & diuinitus exercetur: nā vt exordiar à Saluatore noſtro Ieſu Chriſto, nōne ipſe tanq̄ generis humani medicus ægros ægrotoſq; quotcūq; offerebātur, curabat, & diſcipulis ſuis medēdi tradidit facultatē? nōne Michaelē Archāgelū plures fatētur Aquilinū quendam febre correptū ſanaſſe? nōne Raphaelē Angelū & Hebrei volūt huius artis opus exercuiſſe in Thobia, & Sara, ex quo ſuſcepit nomē, vt medicus, vel medicina Dei. nōne & alii Angeli hāc artem edocuerūt, ex quibus legitur vnū cuipiā reuelaſſe quod ſi quis minuerit ſanguinē Idibus Februarii, nō moritur eo anno febrili diſtēperantia: tradūt & aliū, cuidā Equitio vitiū linguæ ſanguinis miſsione curaſſe. Fuerūt & Prophetæ, vt Moſes, Heliſeus, Heſdra, & Eſaias. Quid dicā de ſanctis, ex quibus & plures extiterūt in medicina excellētes, vt in primis Paulus ille, qui vas electionis vocatus eſt, vnus ex Apoſtolis: Lucas etiā Antiochenus, vnus ex quatuor Euāgeliſtis, & Ioānes ēt Euangeliſta. Fuere & Coſmus, Damianus, Pantaleō, Euſebius, Baſilius, & alius cognomēto Magnus, Vrſinius & Ambroſius, cuius adhuc extat Serapius quidā ab eo denominatus. Fuere & Germ an', Hieronim', Auguſtin, Theodat' Laodicen. & Alexāder Phryx, q̄ ſub Antonino Vero martyrii coronā adeptus eſt, & alii quā

plures

plures. Quid referã Sacerdotes Aegyptios vniuersos omnium gentium vetustissimos, præstantes fuisse medicos, Homerus, Euripides, & Plato testantur. Quid Persarũ Magos Zeroastrem, Hostatenem, Abstrasuon, Gobriam, Paxatam, Sinicoriondam, Damigeron, Himosen, Ioannem Apollonium, & cæteros qui apud doctos legũtur. Nec dedignati sunt Summi Pontifices arte & professione Medici fieri, vt Nicolaus Quintus, Eusebius, Ioannes vigesimmus secundus, & Paulus secundus, qui antea vocabatur Petrus Hispanus, à quo Thesaurus pauperum & Canones in Medicina: & quædam alia scripta sunt: ad quorum pedes, non prætermittã quin colligem Reueren. D. D. Gasparem Capram, Episcopum Astensem dignissimum, qui non solum in sacris literis, in quibus profitetur, sed etiam in Philosophia ac Medicina est quàm doctissimus. Nec defuerũt ex Regibus & Imperatoribus, qui & Medicinam habuisse decantati sunt. Ex illis enim in primis fuit Augustus ille Cæsar, ex cuius Cõmentariis Plinius lib. de Re Medica primo, capitulo. xviii. exscripsit Antidotum, qua, inquit, & libentissime vtebatur, & eam omnibus laudabat. Eum sequutus est Tyberius, cuius Galenus in lib. v. de Compo. medi. κατα γενη, pastillũ quoque medicum commemorat ad zonam, quam Græci ἑρπητα vocant. Fuit & Nero, quem vt medicũ citat Paulus Aegineta lib. vii. cap. xvii. Fuit

Adrianus

Adrianus, Conſtantinus, fuit & Titus cuius malagma deſcribit Galenus in .x. de Compo. med. ſecũdum locos. ex Regibus vnus fuit Salomon Hebreorum Rex, qui fuit ditiſsimus, atq; omnium ſapientiſsimus, cuius & extant multa in ſacris literis ab eo ſcripta, & alia plura reliquerat de natura lignorũ, herbarum, iumentorũ, volucrum, reptilium, & piſcium, vt author eſt Rabanus, Ioſephus in .xiii. lib. Antiquitatũ: ſed eos libros abſtulit Ezechias, quoniã multi magis confidebãt in herbarũ viribus, quã in Deo, vt autor tradit libri Zenor Hamonor. fuit & Iudeorum rex Agrippa, à quo vnguẽtũ eius nominis inuẽtũ, vt tradũt Nicolaus & Arnaldus Villanouan⁹ in ſuis Antidotariis. fuit & Sabid, vel Sabud, aut ſecundum quoſdam Sabidus appellatus, & fuit Euax ambo reges Arabum, & medicinæ deditiſſimi: fuit & Sabor, aut vt alii vocant Sapor Heben, id eſt, filius Girges Medorum & Perſarum Rex, à quo Serapii cuiuſdam compoſitio adhuc extat eius nomen ſeruãs: fuit & Ioannes Meſue, quibuſdam Io. Chryſoſtomus, dictus Damaſci rex, ab omnibus notus, Abaranus Saracenorum rex, Iubas rex Lybiæ, Gentis vel ſi mauis Gentius rex Illiricorum, Mitridates rex Ponti, Ptolomeus, Euergetes, & Tichepſon Aegypti reges, Antiochus rex Syriæ, Alexander rex Macedonum, Iuba rex vtriuſq; Mauritaniæ, Attalus rex Pergami à Galeno tantum laudatus, Codamus

& Laodicus reges à Galeno etiã citati, Cadmus Agenoris filius reges Phænicum, atq; alii infiniti, & reginæ & Deæ etiam extiterunt medicæ, vt Cybale Deorum mater, Pallas, Isis: fuerũt Diana & Latona, quas scribit Homerus medicasse Aeneam vulneratum, Medea, Circe, Anguitia sorores, vt Poetæ fabulantur, Hygia, Panacea, Aesculapii filiæ memoratæ ab Hippocrate in iureiurãdo, & aliæ duæ filiæ, Aegle & Iaso, quas meminit Hermippus libro primo Tritremetrorum, Iambo quoq; primo, & Plinius libro tricesimoquinto, capite secundo: & ipsa Iaso memoratur etiam ab Aristopha. in Pluto. fuit Ocyroe Chyronis filia, Oenone Nympha vxor Paridis, Polidamna vxor Thonis Aegypti, vt scribit Homerus. iiii. Odiss. Hipione filia Herculis, Agameda Angiæ Epiorum regis filia, Cleopatra Aegypti regina vetustissima, atq; aliæ plures. Non præteribo Philosophos, inter quos primus fuit Pythagoras (vt author est Plinius libro xiiii. cap. xvii. & lib. xxv. cap. secundo) qui scripsit libros de facultatibus herbarum Apollini, Aesculapio, & in totum Diis immortalibus, inuentione, & origine assignata. Quem secuti sunt Alcmeon Crotoniata, Epicharmus Cous, Apollonius Tyaneus, Empedocles, qui etiam fuit Poeta, & alii eius condiscipuli: fuit & Timeus Locrensis, Heraclides Ponticus, Epimenides Cretensis, Eudoxus Gnidius, Diocles Caristius. Fuit Proxagoras,

Erophi

Erophilus, Chrisippus, Serapio, Glaucia, Chemiso, Plistonicus, & alii, præ cæteris illi duo omnium philosophorum præstantissimi, Plato scilicet, & Aristoteles cum cæteris auditoribus, quos omnes & philosophos acutissimos, & plures in arte medendi libros composuisse satis innotescit. Constat & Poetas in arte medica etiam claruisse tam ex Græcis, quam Latinis. Ex Græcis, inquam, claruit Orpheus, Melampus, siue Melampodes, Homero longe vetustior, & ipse *H*omerus, & Museus, Hesiodus, Aratus, Eudemus, Alceus, Euripides, Nicander, Andromachus, Periander, Diagoras Milesius, Damochrotes Seruilius, Morsinus, Phioclis nepotis ex fratre, aut sorore Aeschili filius Athenien-sis, & Heliodorus quoque Athenienſis, atque alii innumeri. Ex Latinis autem in primis Virgilius Latinæ poesios facile princeps, Ouidius, Syllius Italicus, *M*acer Veronensis, Quintus Serenus, Strabus, Ausonius, ambo Galli, Flauius cognomento Grammaticus, Ioannes Vrsinus, denique Hieronimus Fracastorius nostris diebus vir haud vnquam reticendus, & multi plurimique alii. Heroes quoque in medicina edocti plurimi etiam reperti atque inuenti sunt, vt Hercules, Theseus, Telamon, Teucer ipsius Telamonis filius, Peleus, Ia-son, Palamedes Græcorũ ad Troiã Imperator, Achilles, & eius dilectus amicus & indiuiduus

comes Patroclus, Podalirius & Machaõ Duces medici in bello Troiano præstantes ab Homero celebrati. Quid pluraꝰ in tanta æstimatione & præstantia olim medicina, vt Heroes tantum & Deorum filii in ipsa erudiebantur, fiebãtq; ex ea immortales, quos Gẽtiles deinde summis ac diuinis honoribus prosequebãtur. Nam delubra Aesculapio, Machaoni, Podalirio, Hippocrati, Hermagoræ dicasse cõpertum est. proĩde quæ alicuius facultatis origo hoc medicinæ ortu non modo præstantior, sed par aut similis inueniri potest, quum à Deo, Heroibus, Regibus, Ducibus, Magis, Philosophis, & illis quidem vetustissimis, atq; omnium sapientissimis proficiscatur. Hac de causa visum est operepretium fore me in hac enutriri debere, eo maxime quando nos ab eorum antiquorũ genere, qui primi in medicina & authores & medici excellẽtes extiterunt, ne ab illis degeneraremus, imitantes familiam Asclepiadis, qui ab Aesculapio & Hippocrate Aesculapii prognato genus suum trahere etiam gloriati sunt: quos nonquã medicinã reliquisse cõpertũ est: imo per multa secula in eius familia ab eadem edocti in medicina floruere. Idem executa est etiam Aristotelis familia, quã originem duxisse ab Aesculapio & Machaone eius filio tradit Hermippus, & eius authoritate Diogines Laertius in vita ipsius scribit illũm, vt sit verisimilius, arti medicæ, quæ illi erat heredi

taria

taria. impensius operã dediſſe:nam & hic patrẽ & filiũ habuiſſe medicos vtroſq;Nicomachos dictos.Ab illius filia ortus eſt etiã ille Eraſiſtratus, quem Plinius lib.xiiii.cap.vii. appellat maximũ medicum,& Macrobius libro vltimo Saturnalium,ca.xv.veterum medicorum nobiliſsimum & fuit primus qui miro nouoq; modo deprehendit morbũ Antiochi ex amore Stratonices nouercæ prodeuntem, & qui amore medicinæ libros cantabat Hippocratis per ciuitates, Galeno in libro Cathart. authore.Ante hos & Praxagoras Cous ab Aeſculapio etiam trahens originem,vt teſtis eſt Galenus in lib:meth.me. cuius pater fuit Nicarchus vir magnus, vt ſcribit Galenus in ſecundo de Natur.facul. Quid plura? & alii omnes, & præſertĩ ante omnes iſtas,illa Hippocratis, qui genitus in inſula Coo, cuius auus fuit Gnoſidii filius etiã dictus Hippocrates,qui ſcripſit duos libros,vnum de membris fractis,& alterum de articulis, & eius pater fuit Heraclides,cuius primum fuit auditor Hippocrates,deinde Herodici, & vt nõnulli volunt etiam Gorgiæ Leontini rethoris, Democratiq; Abderitani philoſophi,habuitq; Theſſalum & Draconem Aeſculapii nomen ſuſcitãtem,filios, quos in medicina viros magnos appellat Galenus in lib.ſecundo de Natura humana,& in lib.Prorhe.hæcque familia cæteris ſemper fuit præſtantior,præſertim propter Hippocratem,omniũ quot ſunt

quotq; fuere facile principem, qui post Pelopo
nesiacum Græciæ bellum, quod gestum est à cen
tesimo vrbis Romæ anno, in nocte densissima,
latuisse medicinam, & eam tunc primum teste
Galeno in libro, si suus est, qui Isagoges inscribi
tur, veluti interemptam è tenebris in lucem re
uocasse, & eam veluti alio quodam partu genu
isse, & per omnia membra aluisse eduxisse, vesti
uisse & omni ornatu insignē reddidisse creditur:
& si quæ sectæ tūc habebātur, & opere & scriptis
omnib. excelluit. Nā mira sunt, & diuina potius
quam humana, quæ hodie ab eo relicta legun
tur, vt omnibus est perspicuum, quatumq; mo
tales adiuuerit, nemo est qui nō norat: Nā art
medica disciplinisq; circularib. institutus exer
citatusque, parentibus iam mortuis de patri
decessit, quod statuerat quæcunq; in singulis l
cis agerentur, perficerenturque, perscrutari, v
ea varietate magis exercitaretur. Soranus Co
ait Somnium dormienti astitisse, mandasseq
vt in Thessaliam migraret: quum autem Græc
am totam medicina iuuaret, omnibusque adm
rationi esset, Perdicasque Macedonum, qui ta
be laborare credebatur, per legatos rogasset v
ad se veniret, cum Euriphonte senatu maior
ad eum venit, morbumque illū animi affectum
id est, amorem esse ostendit: Nam post Aelexa
dri patris mortem Philan eius pellicem Perdi
cas deperibat, cui quum factum differraret, d
preh

prehendit Perdicam visu Philes exhilarari, ficq; eum morbo illo liberauit cõseruauitq;. Hunc ẽt Abderitani ad Democritum insania liberandum vocauerunt, totamque Græciam, vrbesq; omnes à pestilentia liberauit. Quum enim hanc in Atticam venturam prospexisset, atq; id futurum præmonuisset, & vrbium & discipulorum quos ad eas liberandas mittebat, curam habuit, Græcos amauit adeo vti quum eius gloria & authoritas ad Persas fama peruenisset, eaque de causa ab Artaxerxe regum maximo donis promissisque magnis vt ad se iret, rogaretur, quòd esset seuerus, grauis, & constans, & auri & argenti contemptor, suorumque amator, negauit se iturum, quemadmodum ex epistola ad eum scripta monstratur: liberauit & patriam suam Coon, quum Athenienses bellum ei essent illaturi, rogatis Thessaliis vt opitularenur: qua de re magnis & præclaris honoribus celebrabatur nõ minus ab Argiuis & ab Athenienſibus, qui eum ab Hercule secundum sacris Eleusiniis initiatum participemue fecerunt, ciuitateq; donauerunt publicaq; ei, posterisq; eius alimenta in Curia dederunt: liberaliter & sine inuidia prorsus cognatos familiaresq; artẽ medicã docebat cum probo iuuentãdo. Obiuit apud Larisæos, qui Democritus fertur periisse, quẽadmodũ nõnulli volut nonaginta annorũ, sicut aũt alii. lxxxv. cum & quatuor aliqui, centũ & nouem volu-

alii, & tandē ob ingentes animi ſui dotes, & ob præſtantiā, quā in medēdo & præſagiēdo habe bat, & eccellentiā, etiam honorifice ſepultus eſt inter Gyrtonem & Lariſſam, ac etiam nunc eius monumentum oſtenditur, in quo diu apum exa mē mellificantiū permaſit, quo melle nutrices infantium puſtulas & oris vlcera apud tumulum perungebant, & facile ſanabant. Proinde in tanta fuit æſtimatione, vt pro Deo habitus ſit: nec mirum, quia præcepta medendi primus omniū propriiſsime cōdidit Hippocrates, relictis octa ginta voluminib. quæ non ſolum referta herba rum mentione, ac medicamentorum omnis ge neris, ſed & rationem ſingulorū auxiliorum, & cauſarum diligentem inquiſitionem continēt. Quum enim quæ à maioribus tradita fuerant, rudiora adhuc deprehendiſset, quam pro ratio ne artis, quod auxiliorum quidē affectus illi ob- ſeruaſſent, rationem tamen quæ certum eorum vſum oſtenderet, ignorarent prorſus: hanc par tem illuſtrandam eſſe putauit, ac inuentionem cauſarum illi adiiciendam, vt ea inſtructi tū his quæ inuenta pridem fuiſſent, recte vti poſſent, tum etiam male exorſi noua ſubinde prius ex perimento adinuētis per rationem adiicere: nā antiqua medicina habita eſt inconſtans, & atto nita, quippe vt ſæpius mutata, ac primum ab im peritiſsimis gentibus quæſitum ferūt ab herbis tum vulneribus tum morbis auxiliū, & quæ ab

illis

illis inuenta fuere, magis videntur chyrurgiæ initium, & quæ sensui sit proprior, atq; ob id cognitu promptior, & inuentione prior: Nam & Homerus ita induxit primos medicos Poladirium, & Machaona in bello Troiano, tanquã solis vulneribus medendis adhiberẽtur, & pars illa, quæ ad morbos, qui intus sunt, pertinet, maiorem ac difficilioré inquisitionẽ habet, neq; statim cuiuis obuiam, quæq; ad eos auxilia inuenta fuere, multo post deprehensa, & primo aut ex animalium similitudine sumpta, aut casu animaduersa, ac deinde frequentata initium huic parti artis dedisse vidẽtur. Quemadmodum igitur Emperia pleriſq; aliis initium fecit, ita medicina ab eadem cæpisse oportet, eãq; duobus modis primum extitisse, vt cõpertum est: nam quæ animalibus per multa obseruata, mox in vsum hominum versa fuere: non minimã partẽ eius inuexere: Ita Hippopotamus in quadam medendi parte magister extitit: is perpetua satietate obesus exit in litus, recentes arundinum cæsuras perspeculatus, atq; ibi acutissimum videt stipitem, imprimens corpus, venam quãdam in crure vulnerat, atq; ita profluuio sanguinis morbidum alias corpus exonerat, & plagam limo rursus obducit: simile quiddam & volucris in Aegypto monstrauit, quæ vocatur Ibis, rostri aduncitate per eam partem se perluens qua onera ciborum sotent reddi maxime: Nec hæc sola animalibus re

perta

perta sunt, vsui futura & homini, dictãnum herbã extrahẽdis sagittis cerui mõstrauere percussi eo telo, pastuq; eius herbæ iecto: itidem percussi à phalãgio, quod est aranei genus, aut aliquo simili, cancros edendo sibi medentur: Chelidoniam visui saluberrimã hyrundines mõstrauere: testudo cunilam ostendit, cuius pastu vires contra serpentes refouet: mustella ruthã, ciconia origanum, ederam apri, anguis succum fœniculi, quo mẽbrana corporis hyberno situ obducta exiuit nitidusq; vernat, draco lactucæ succum, elephas oleastrum, cuius esu occurrit veneno suo deuorato, cameleonte cõcolore frondi suo, vrsi formicarum auxiliũ, ceruus herbæ cinaræ vsum, palũbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidiũ purgãt. Ad eundẽ modũ in cæteris permulta obseruata in vsum hominũ trãslata fuere. Porro aũt non solũ animalia vsum hũc medicamentorũ docuere, sed & ipsi met homines inter se cõmunicãtes, quæ quisq; expertus esset medicamẽta, aut casu incidens, aut alio quouis modo eò adductus, adeoq; apud nationes aliquas institutũ erat, vt ægroti in publicũ portarentur, aduersus morbũ, quod quisq; expertus esset petituri auxiliũ, quo more apud Aegyptios qui ægrotabãt, ad cõpita ponebantur, vt prætereũtes rogarẽt quo morbo infestaretur quisquorũ si quis eodẽ genere aliquãdo laborasset vt medicamẽti cuiuspiã auxilio adiutus euas-

set,iubebat vt idē tētaret ægrotus. Ad hūc modū aucta est inuētio pharmacorū vsu cōprobatorū, atq; ea sine scripto primū agebātur ac veluti per manus tradebant illi sine monumentis quæ quisq; cognouisset, donec reperti sunt tandem qui in volumina hæc redigere aggrederētur. Primus aūt omniū quos memoria nouit Orpheus de his curiosius aliqua prodidit,post eū Museus, & demū Melāpodes,atq; adeo primū fuit attonita ad hæc antiquitas,vt affimaret etiā incredibilia dictu. Xanthus Historiarū author, vt inquit Plinius,in prima earū tradit occisū draconis catulū ad vitā reuocatū à parēte: herba quā Balin nomināt,eadē Tillonē,quē draco occiderat, restitutū saluti : & Iuba in Arabia herba reuocatū ad vitā hominē tradit: dixit Democritus, credidit Theophrastus, esse herbā cuius contactu ab alite exiliret cuneus à pastorib. arbori adactus: inde pleriq; existimarūt nihil non herbarum vi effici posse, sed plurimarum vires esse incognitas.quorū numero fuit Herophilus vir clarus in medicina,à quo ferunt dictum quasdā etiā fortasse calcatas prodesse. Quæ igitur initio reperta fuere,ad hūc modum cōgesta sunt,quibus adiuti,pauci quidam homines profiteri paulatī cæpere medicinam,atq; singuli morborū plurium auxilium pollicebātur, videntes ex vno pharmaco quosdam adiutos fuisse, existimantes ita fore & in reliquis, sine causarum dignotione, &

discur

discursu, more Andabatarum pugnantes, nescientes causam quæ moueret ipsos tale quidpiam salubre esse posse, sed solis experimētis constabat vniuersus modus, sic causæ ignorabantur, & qui ea experti initio fuissent, agrestes, literarum que ignari essent, vtpote qui soli inter herbas viuerent: Hæc erat antiqua medicina, quæ quamuis diues erat experimētis, nondum tamē morbis omnibus succurrere poterat, quod nondum ratio haberetur inquirendi noua auxilia, quòd causæ rerum quæ huic inquisitioni initium dare solent, adhuc nescirentur. Experimenta aūt quibusq; morbis propria præscribi adeo non possent, aliquibus etiam ea quæ scirent demonstrare nolentibus, tanquam ipsis esset periturum, & aliis tradidissent: Vnde paulatim ab oraculis peti cæpere medicinæ in subsidium eorum quæ adhuc ignorabantur: eodem modo ex insomniis permulta petita fuere: insanabilis adhuc ad multos annos fuerat rabidi canis morsus, pauorem aquæ potusq; omnis adferens odium. mox cuiusdam militantis in Prætorio mater vidit in quiete vt radicem syluestris rosæ, quam Cynorrhodon vocant, adblanditam sibi in aspectu pridie in frureto, mitteret filio bibendam in lacte. In Lusitania res gerebatur, Hyspaniæ proxima parte, casuq; accidit, vt milite à morsu canis incipiente aquas expauescere, superueniret epistola, orantis vt pareret religioni, seruatusq; est ex insperato

sperato,& postea quisq; simile auxilium tentauit. Ad eundem modum permultā etiā alia prodita fuere:sed & quæ ex oraculis multifariā peti ta fuere medicamēta redactis in immēsum creuit Empeiria: multum tamen desiderabatur, vt ars esset,quod causæ nōdum essent cognitæ,quę modum præceptis darēt: sed quæ quisq; in aliis expertus esset, aut aliò comprobatum accepisset citra rationē vllam morbis adhiberet. Quæ medendi ratio aliquandiu sane apud priscos homines exercita est: hanc Aegyptii primum à se profectam esse contēdunt, apud quos etiam id ita seruatum fuisse, par fuerit vt singulorū morborum medici essent,non pluriū: aliiq; essent ocularii curandis oculis constituti: alii capiti, alii dentibus,alii aliis partibus, alii morbis oculis: quod cum solis experimentis constaret medicina,atque infinita essent,parum esse securū illis videretur, si vni homini diuersorum morborum cura demandaretur. Apud Græcos primo adornari cæpit diligentius apud quos vetustissimus author Aesculapius celebratur, qui quod rudem adhuc & vulgarem hāc artem paulò subtilius(nam de ea, quod ante ipsum nemo fecerat,libros reliquit: etenī vt Hippocrates tradit, nauiculam quam nomināt, scripsit:sed & huius smegma memorat Paulus Aegineta lib.vii.capi. xiii.& librum,cui est titulus Myriogenesis)excoluit, & in Deorum numerum receptus est·huic

duo

duo filii fuisse perhibentur medici, Podalirius & Machaon Homerico carmine laudati, qui Ducem ad Troianum bellum Agamēnonē sequuti, non mediocrem opem cōmilitonibus suis attulere: sequentia vero eius veluti in caligine obscura vsq; ad diuinum Hippocratem latuere: post quem fuit ætate famaq; secundus Diocles Caristius Darii Histapis tempore, cuius extat elegās epistola enarrata à Paulo Aegineta lib. primo, ad regem Antigonum de tuenda valetudine, & eum citat Galenus in. iii de locis affe. ca. vi. & in secundo de Simp. med. facul. cap. v. & Diasco. in lib. vii. in Cōmētario ad Plistarchum. Scribunt lures hunc sectatorem Hippocratis, & ab Athe ienſibus iuniorem Hippocratem vocatu mfu se: deinde fuere praxagoras Cous, Chrysippus Gnidius, & Herophilus Bacchius, siue Chalcido ius, vt multis placuit, Galenus in primo de vsu partium Carthaginensem vocat, & fuit ille qui irte miranda motus omnes pulsus humani corporis in musicos pedes discreuit, per ætatū gradus, & venarum pulsus rithmis musicis asseruit moueri, authore Plinio lib. secundo cap. xxxvii. & lib. xxviiii. cap. primo. Eo tempore fuit Erasistratus Chius ex Iulide vrbe, aut Sicyonius, vt mauult Galenus lib. x. Pharmaco. loca. cap. iii. Chrysippi, vt ipse testatur, & vt plerisq; placuit, Theophrasti discipulus, qui tunc in tanta fuit æstimatione, vt secundum aliquos par Hippocrati

:rati sit iudicatus, vt tradit Galenus in lib. de ve
æ sect. aduersus ipsum: Hic simul cum Horophi
o medicinā ipsam in tres partes diuisit, vt vna
esset quæ victu, altera quæ medicamētis, tertia
quæ manu mederetur. Primā διαιτητικην, secun-
dam φαρμακευτικην, tertiā χειρουργικην Græci no-
minarunt: post quos Serapio Alexandrinus pri
mus omnium, vt scribit Celsus, nihil hanc ratio
nalem disciplinam pertinere ad medicinam pro
fessus est, eāq; in vsu & experimentis posuit, in
quē Galenus in lib. de subfiguratione Empirica
indignatur plurimū, eūq; sequutus est Apollon.
& ipse Herophilus quoq; siue Herophileus voca
tus, q Herophili illius prioris discipulus fuit, q
de Remediis paratu facilibus scripsit: ex quibus
citatur à Galeno in lib. v. de compo. med. secun
dum locos cap. i. atq; ēt de vnguētis, vt tradit
Athaneus: hicq; est quem Plinius Apollodorū
sæpe appellat. hac ēt tēpestate fuit Glaucias, &
aliquāto post Heraclides Tarātinus ipsius Apol
lonii cōdiscipulus, sed & ipsius Glauciæ auditor
authore Galeno in lib. vi. de vsu par. c. iiii. huncq;
citat idē Galenus in. iiii. de comp. med. κατα γε
νη, ex libris quos scripsit aduersus Astidemādem
Stratiotē & Antiochidē, & Cælius Aurelianus
ex libris Interiorum curationum. Hi quidem &
alii non mediocres viri, vt ipse Cornelius Celsus
subiunxit, ex ipsa professione se Empiricos ap-
pellarūt: Plinius autē in lib. xxviiii. c. i. affirmat

huius

huiuſcemodi factionem, quæ ſe ab experimẽtis Empiricam vocauit in Sicilia cæpiſſe Acrone Acragantino Empedoclis Phyſici authoritate commendato, quem antiquiorem Herophilo & ipſe plinius dicit. Cuius ſententiæ adſtipulatur Galenus in libro de Subfiguratione Empirica:& huius quoq; meminit Suidas, qui & ipſum dicit fuiſſe vetuſtiorem Hippocrate, & lingua Dorica ſcripſiſſe de Medicina librum vnum, & Laertius in Empedocle,vbi ponit Epitaphium quod illi Empedocles inſcripſit,

Ακρον ἰητρὸν ἄκρωνα ἀκραγαντῖνον ἄκρον
πατρὸς ἀκροτάτῳ κρύπτει κρημνὸς ἀκρος πατρίδος.

Hoc eſt,

Summum medicum Acronem Acragantinum ſummi
Patris ſummo uertice conditum ſummæ patriæ.

Verum Galenus in Introductione ſeu Medico ſcribit Philinum Coum primum Empiricã ſectam à rationali ſeparauiſſe occaſione ab Herophilo ſuo præceptore accepta:ſed quum vellent ſuam hæreſim primam fuiſſe videri Acronẽ Acragantinũ, quo rationali eſſet vetuſtior,ei dediſſe initiũ,dixerũt.atq; vt ſubdit à Philino ipſo Serapion Alexandreus ea ſecta floruit: dein & Apollonii duo Antiocheni,pater & filius:hos ſequuti Menodatus & Sextus exacte eam corroborarunt. Eſt aũt apud Piutarchum in libro:de Iſide & Oſiride,Acron Athenienſis,qui quũ peſtilentia ægrotos prope ignem haberi iuſsiſſet,

id mul

id multum profuisse. De qua re etiam Paulus Aegineta qui Acronem Acragantinum id fecisse dicit libro secundo, cap. de morb popula. publiceq; grassantibus, vbi hæc scribit: Pyræ incendio haud mediocriter aerem ad calidum & siccum mutaueris, si tunc humidus fuerit, quo modo Acronem Acragantinum factitasse ferunt, quod & recenset Aetius Tetrab. primo, Ser. primo, cap. xciiii. in fine. Sed siue ab huiuscemodi Acrone, aut ab alio, hæresis hæc Empiricorum ortum habuerit, nihil refert, satis tamen constat in duas partes eam quoq; quæ victu curat medicinã diuisam fuisse, aliis rationalẽ artem, aliis vsum tm̃ sibi vendicantibus, nullo vero quicquam post eos, qui supra comprehensi sunt cogitante, nisi quod à superioribus acceperat, donec ætate Pompei Magni, medendi ratio magna ex parte mutata est. Nã Asclepiades ille Prusiẽsis, cui fuisse cognomentũ Pharmation, dicit Galenus in lib. de Comp. pharma. κατα γενη, & ab aliis magnus author medicinæ appellatus est, qui hominem mortuum ab rogo, & vt cum Apuleo loquar, velut ab inferis postliminio vespillonum manibus exortum domum retulit, confestimq; spiritum recreauit, confestim animam in corporis latibulis delitescentẽ quibusdam medicamentis prouocauit, vt iam facile credi possit, quod Plinius in lib. xxvii. cap. vi. tradit vniuersum prope humanum genus in se

non alio modo circumegisse, quam si cœlo emissus adueniisset. De quo etiam Cornelius Celsus libro secundo, cap. vi. Aduersus quos (inquit) ne dicam illud quidem, quo in vicino sæpe quædam notæ positæ, non bonos, sed imperitos medicos decipiunt. Quod Asclepiades funeri obuius intellexit quendam viuere, qui efferebatur: hic quoq; à Mithridate Ponti rege expetitus, ipsius legatos & pollicitationes spreuit, sponsionemq; fecit cum Fortuna ne medicus crederetur, si vnquam inualidus vllo modo ipse fuisset, vt victor suprema in senectute lapsu scalarum exanimatus est. Hic igitur totam medicinam ad casum reuocando coniecturam fecit, quinq; res maxime communium auxiliorum professus, Abstinẽtiam modo cibi, aliàs vini, fricationem corporis, ambulationem, gestationesq;: trahebatq; præterea mentis artificio mirabili, vinum committendo ægris, dandoq; tempestiue tum frigidam aquam, alia quoq; blãdimenta, & veluti quædam lenocinia excogitabat, iam suspendendo lectulos (qui ob id pensiles à doctis vocantur) quoq; molli faciliq; iactatu, aut mobos extenuaret, aut somnos alliceret, iam balneas auidissima hominum cupidine instituendo, & & alia multa dictu grata, atq; iucunda magna authoritate, nec minori fama. Post hunc secutus est Themison Laudiceus Syrius ex eius auditoribus, qui primus princeps q; tertiæ factionis

quam

quam Methodicen vocant, authore Galeno in Introductione, siue Medico, quam Thessalus absoluisse creditur, illum, inquam, qui Trallianus cognominatus est, qui sub Neronis principatu cuncta maiorum placita delere conatus est, rabie quadam vt scribit Plinius in lib. xxix. capite primo, in omnes æui medicos perorans. Aduersus quem scripsit Galenus in primo meth. med. & alibi sæpius, & inter cætera in primo de Cōp. med. κατα γενν, eum dicit medicæ artis operum inexpertum. isq; est, quem & alibi quoq; sæpe in suis operibus Galenus ipse Thessali nomine redarguit. Is inter cætera libros de cōitatibus scripsit & syncretica, vt tradit Galenus libro primo meth. med. vbi & ipse scribit hunc in quadam ad Neronem epistola, his inter initia verbis vsum fuisse, Quum nouam sectam condiderim, & quæ sola vera sit, propterea quod qui ante me medici fuerunt omnes, nihil vtile prodiderunt vel ad sanitatem tuendam, vel morbos propulsandos: sed & eodem libro scribit illum promittere solitum se mensibus sex eam artem tradere. Ex quibus satis constat quod monumēto suo in via Appia ἰατρονικην, quasi medicorum victorem se inscripsit. Post hos Mnaseas, Dionisius, Proclus, Antipater extitere, vt scribit Galenus in Introduct. siue Medico. In horum autem secta de quibusdam dissenserunt Olympiacus Milesius, Menemachus Aphrodiseus, & Soranus

Ephesius: his fuerunt nonnulli ἐπισυνθετικοὶ, hoc est, adiuncti, vt Leonides Alexandrinus: quidam ἐλεκτοὶ, quod est, delecti, vt Archigenes Apameus, Syrius. Iuuarunt quoq; medicinam Antonius Musa, & eius frater Ephorbius, hic Iubæ regis medicus, ille autem Augusti Cæsaris, quem aliquando ab omnibus desperatum sanitati restituit: ideoq; illi statuam ære collocato iuxta signum Aesculapii erexit Romana ciuitas. Extat & hodie volumen luculentum, quod de medicina scripsit, & hunc sæpissime citat Galenus, & Aetius, & de eo est illud Horatii,

Nam mihi Baias
Musa superuacuas Antonius,

Cuius collega fuit Artorius etiam Augusti medicus vnus ex Asclepiadis sectatoribus, vt refert Cælius Aurelianus in tertio de Acutis morbis. Et sub id tempus fuere & alii celebres medici, C. scilicet Valgius, eruditione spectatus, quem de herbis imperfectum volumen ad Augustum scripsisse tradit Plinius in lib. xxv. capite secundo: fuit Cassius Felix à Celso ingeniosissimus sui seculi appellatus: aliquanto post Vectius, aut vt alii scribunt Vertius valens, quem citat Galenus in libro de Comp. med. secundum locos, qui inter cætera scripsit libros Antologias, in quibus de annis climactericis, septinariis, & nouenariis, eorumq; ratione, prius à Petosiri & Nichepso regibus agebatur: accessit deinde

Critias

Critias Maſsilienſis, quod arte geminata vt cautior religioſiorq; ad syderum motus ex Ephimeride Mathematica cibos dabat, horaſq; obſeruabat, Chermis & ipſe quoque ex eadem Maſſilia inuaſit, qui damnatis non ſolum prioribus medicis, ſed & balneis frigida etiam hybernis algoribus lauari perſuaſit, merſitq; ægros in lacus vt ſcribit Plinius lib. xxix capite primo. Infinitos prætereo medicos celeberrimos ex iis Caſſios, Carpitanos, Aruncios, Albucios, Rubrios, qui annuali mercede & multa, apud principes decorati ſunt, & floruere. poſt tandem emicuit inter hos atq; alios, quos eſſet longum recenſere, Claudus Galenus Pergamenus Niconis illius Geometræ atq; Aſtrologi filius, qui reliquos omnes ſuperiores medicos & ingenii magnitudine, & doctrina, & diligentia facile ſuperauit, præter Hippocratem, qui primus eſt omnium, vt antea dictum eſt: quem Galenus ſemper veneratus eſt, & coluit, & mira ſunt quæ ab eo de ipſo ſcripta ſunt, quæ ſi omnia velim huc cogere, volumen conficere neceſſe eſſet, ſed nonnulla tantum adſcribam, vt oſtendam quantam Galenus de Hippocrate habuerit reuerentiam: vocat itaque Galenus Hippocratem virum veracem in primo de Diebus decret. probum, in libro de ſubfiguratione Empirica: peritiſsimum in ſecundo de Diebus decret. magiſtrum optimum in libro de Theriaca ad Piſonem: virum

ma

magnum in primo Prorrh.commẽto ſecundo: medicorum diligentiſsimum in primo de Die bus decret. diuinum in ſecundo de Cauſis pulſu um, primo de diebus decret.& aduerſus Eraſiſtratum: maxime admirandum in Progno.com mento tertio,& in libro de Theriaca ad Piſonẽ: primum philoſophorum in primo de Naturali bus faculta. & in octauo Metho.med. principẽ medicorum in tertio de diebus decret.authorẽ & ducem bonarum diſciplinarum in tertio de Diebus decret.omnium bonorum inuentorem de Progno. ad Poſth. medicinæ artis omnium bonorum authorem, in libro de Venæ ſect.ad Eraſiſtratum.Fuit ille qui ſcripſit prima rudimẽ ta ſtatuum temporis in primo habetur à Galeno de morbis vulga.commento primo: primus recte dixit de facultatibus ,de morborum gene ratione,de remediorum inuentione, in ſecũdo de Facultatibus naturalib. primus omnium ve ra ſcripſit de fœtuum formatione in libro de fœ tuum formatione:acuratius egit de hominis ge neratione vt ſpectat ad medicũ, quam Plato in octauo de Placit. Hippo.& Plat. primus docuit elementa miſceri in libro de Natura humana ca pite primo:primus naturæ elementa inuenit in primo de Elementis: primus determinauit ele menta ſimul agere & pati,primo de Elementis: primus naturæ opera nouit,primo de Naturali bus façul.fuit inuentor rectæ viæ,ſecundo meth.

med.

med. dogmata recta & vera nobis tradidit, primo de Natura humana: viam medendi inuenit, in nono meth.med. fuit author methodi medē di, in quinto meth.med. instaurauit Anatomen amissam, octauo de Placit. Hippo.& Plato. frustra non scripsit, in tertio de diebus decret. frustra nihil dixit, octauo de vsu partiū: Hippocratis syllabæ nedum dictiones significant, libro de Comate: Hippocratis dicta exquisita sunt, septimo Apho.aphor.lxiii.& si obscure, tamen nihil perperam scripsit, in primo de vsu partium: libri eius perfecti, in sexto de morbis vulga. commento secundo, & in libro qui inscribitur Introductio, siue medicus, scribit Hippocratem omnibus præcelluisse, primumq; consumatum apud Græcos medicinam in lucem protulisse, deniq; Hippocratis dictio tanquam Dei vox, in primo de vsu partium: & alibi modo patrem, modo senem venerandum Galenus appellare consueuit. Nec immerito, quandoquidem is sequutus est eum in omnibus, & eo tāquam Delio natatore in medicina vagari haud vnquam veritus est. Quum itaque in medicina multa scripserit, quæ ab Hippocrate nec prætermissa, sed tantum obscura sunt nobis tradita, quæ Galenus ampliauit, patefaciens, & quæ sub inuolucris sunt relicta, ea miro sēsu curauit exponere, & certe post Hippocratem nullus vnquam extitit qui ita medicinam adauxit, & Hippocratis mentem intel

lexerit

lexerit, & obid Galenus alter medicinæ parens non immerito poteſt appellari, & quæ ab ipſo in eius honorem ſunt relicta, eſſe reſpuenda minime cenſeo. Hic itaque de ſe ipſo ſic ſcribit in tertio de locis affe. cap. tertio, Ego vero re ipſa & publice & priuatī apud eos videlicet, qui ſectam quamlibet à me diſcere cupiebāt, oſtendi in omnium ſectarum ſciētia, ne maius quicquā dixero, me eſſe poſtponendum nemini. Et paulo poſt, Itaque medicinam profeſſus vſque ad ſenectutem, nullam vnquam ad hanc diem calūniā ſubiui, vel curando vel præſagiendo, id quod celeberrimis medicorum quibuſdam obtigiſſe memini. Hac de cauſa Paulus Aegineta libro quinto capite. xxix. vocat illum admirabilem, ſiue mauis admirandum medicum: in quodam conuiuio ad quod multi docti viri conuenerāt, ait inter cæteros adfuiſſe Galenū Pergamenum medicum, qui neminem habuerat vſque ad ſuæ ætatis tempora, philoſophandi ſcientia, vel dicē di facultate ſuperiorem: Auerrois libro quinto Collect. cap. xxxi. ita illum celebrat: vt experientia præcellentem prædicet, ac veridicum in primis, & cui cōparari non poſsit alius, niſi forſan is, inquit, qui clamat quidē, ſed quid clamet nō percipit ſatis, Auicennā vt opinor intelligens, qui ſe tamen libro primo, Fen prima, cap. ſecundo Galeni fatetur interpretem, ac illum ſummū quandoque vocat artis medicæ: Haly abbas in primo

pimo Theoricæ, Galenus inquit, Sapiens & prior inter cæteros, ac probus, & in medicina eminentis scientiæ: Rabbi Moyses in .xxv. par. Aphorismorum, scribit Galenum in medicina plus sciuisse quam alium, cuius famam audierit aut scripta legerit: Rasi alicubi hunc scribit intelligendi & dicendi grauissimum fuisse authorem: Arnaldus à Villa noua circa initium libri de Diuersis intentionibus medicorum, dicit Galenum graui pondere, recti iudicii perpēdiculo, exquisitaq; perscrutatione, prout artis exigit necessitas, omnia præ cunctis Medicine doctoribus glorioſius expressisse: & idem in Prologo libri de Considerationibus operis medicinæ, dicit medicinam diuina concessione veraciter & perfecte Galeno, sicuti & Hippocrati fuisse reuelatam: & in libro de Graduationibus medicinarum, ca. xxxvi. tradit Auerroē in omnibus errasse, in quibus Galeno contradicit: Ioannes de Vigo etiā author non contēnēdus in pluribus locis Galenum vocat lucernā medicinæ. Quid plura? & ipse multa de seipso scribit in libro de Præcognitione, & in libro de Morbis cur. v. vi. vii. viii. ix. & .x. ex quibus intelliges eum minime fuisse detrectatorem laudū suarum, aloqui dignū quod ab omnibus, omnibus laudum præconiis celebraretur. Sic itaq; ego considerans quantū Galenus insudauerit, quātumq; ei debeamus, & quantum sit laude dignus, visum est operepre-

***** tium

tium fore, præsertim quum nostrum Hippocratem sequutus sit semper, eius suscipere patrocinium cõtra quosdam temerarios, qui in eum debacchari non veriti sunt de suis diuinis monumentis, quæ tantum ab antiquis fuerunt commendata, par pari referens pro Hippocrate qui à Lyco & Iuliano, atq; aliis damnatus à Galeno vehementer fuit defensus. Scripsimus igitur hosce Commentarios in quibus ostendemus quanta sit Hippocratis & Galeni diuinitas, & quanta sit illorum temeritas, & impudentia, qui de ipsis male sentientes impudẽter lapsi sunt, sed studiosos admonitos esse velim, non liuore ductus, sed pro veritate indaganda semper insudauisse, & si in aliquibus videbor refrigescere, oro atq; rogo ipsos velint æqui boniq; consulere, nec præcipitãter diiudicare, sed prius omnia diligẽter examinare, quia sat scio non pauca futura esse in quibus res alio modo obiter poterit, quam sit, intelligi. Nec dubito plerosq; fore qui mihi etiã ingerent contumelias, quos parui facio, dũmodo veritatis amatoribus satisfaciam. Si vero aliqui erunt qui male intelligendo nos damnauerint, obiicientes quod plus iusto Galeni verbis sim addictus, in id totam reiiciãt culpam, quod sub eo enutritus indecorum esset pro eo tutelã nõ suscipere: & certe si illi qui de Galeno male dicũt, eũ curassent nõ vellicare, sed patefacere, & clariorem reddere in his quæ aliquãtulum

lum obscura relicta sunt, interiturum haud vnquam opus perfeciſſent, ſed quia aut inuidia, aut potius inſcitia ad Galeni excidium coniurarunt, de ipſis nemo eſt qui non male ſperet: peribunt enim quotquot maleuolorum erũt inſomnia, quorum criſtæ ne arrigi valeant, decretum eſt tuo Numini conſecrare Illuſtriſsime ac Reuerendiſsime Præſul, ac ſub tuo clypeo has noſtras lucubrationes reduci oportere, quia ſat ſcio eos defecturos eſſe, vbi ſciuerint mihi talẽ aſciuiſſe Patronum ac Mæcenatem. Nota enim tua integritas, ac animi candor, nemo eſt qui nõ ſciat eximias ac raras animi tui dotes, quibus mirifice exornaris, de ipſis atteſtatur venerandiſsimum ac ſacratiſsimum ſanctorum Patrum cœleſte cõſiſtorium, in quo tali ſcientia, prudentia, ac diuinitate cuſtodiris, vt diuinum potius ſit quam humanum. Vnde non mirum ſi tot dignitates aſſequutus es: tibi namq; ob tuam puritatem ac animi ſanctitatem adhuc maiora ex voto euentura eſſe haud dubitamus: ſed interim quia non me latet animum tuum quandoq; ad alia quæ non ita altiora ſunt, vt ea in quibus quotidie & iugiter operam impẽdis, declinaturum eſſe, hinc ſupplex obſecro has velis noſtras primitiolas hilari fronte ſuſcipere, ac eas à derectatoribus vendicare, & quales ſint non reſpuere, iuxa illud

δῶρον δ' ὅτι δῶτις ἔπαυρε Quod eſt donum

Donum quodcunq; dat aliquis, laudato.

Fac igitur hoc nomine vbiq; lauderis vt olim Artaxerxes cognomēto Menon, Persarum rex, cui obequitanti quum obuiam factus operarius quispiam rudis homo, cui nihil aliud esset, vtraq; manu è proximo haustam flumine aquā obtulisset, iucūdus ille subridēsq; suscepit, quippe non rei quæ dabatur vilitate, sed alacri dantis voluntate gratiam metiretur. Sic tu Illustrissime ac Reuerendissime Præsul non rei vilitatem, sed dātis animum fac vt inspicias: Ego quidem si quid charius apud me esset ac prætiosius Amplitudini tuæ totum impartirer, sed quod habeo tibi do: si posthac Fortuna mihi glorioſius arriserit, atq; audiuero apud te ac studiosos non esse ingrata cuiusmodi sint hæc mea, speramus maiora laturos esse Dei Opt. *Max.* auxilio, qui tuos gressus dirigendo felicitet, ac meos semper. Vale. Anno Parthenii M. D. LXII.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOME.

Liber Primus.



ROH Dolor hoc tempore audacia pro ſapientia ùti licet, utinam omnes ò Studioſi qui temere in eruditiſsimos uiros aliquid in quinatiſſimis chartis confingunt, aut pœna merita plecterentur, aut hac lege ſancitum eſſet, ut grauis pœna omnibus iniungeretur, qui eorum ſcripta legerēt. Scimus ſane non tot blateratores fore, qui libros nulli us ponderis ita eſſent ædituri, quos iterum ſub incudem reuocandos paſſim, ut circumferantur, librariis tradere non erubeſcunt: nec ubique tot nugaciſſimis ſcriptoribus occurreretis, qui cauſam & occaſionem loquacitatis, & audaciæ, nec minus oblatrandi, & obloquendi

in quemquam præstantissimum uirum assumunt, qui ut apud populum famam & gloriam adipiscantur, friuola & temeraria conscribunt uolumina. Sed dij facerent, ut ueluti olim in Aegypto, ita & nobis contingeret, ut doctissimorum uirorum quæcunque disciplinarum, & bonarum artium inuenta sunt, & consensu peritissimorum comprobata in quadriuo sub columnis applicarentur, ut illorum quæ solertia & authoritas est, rectè dignosceretur, & si quid noui à nostris scriptoribus in publicum emitteretur, pari modo in propatulo, aut sub columnis, aut sub postibus sacris locaretur: quod si bonum, & laude dignius foret, publica lectione passim uagaretur, sin uero omni scribiligine refertum, internitioni præberetur, nec nomen Authoris notum fieret, nec minus, ut illius, qui (ut tradunt historiæ) Iunonis Ephesiæ templum incendio dederat. Verum quum hisce pessimis temporibus, omnibus, qui perfectissimorum calumniæ student, concessum sit, quicquid eructare uoluerint, nec pœna deterreantur; hinc est (proh dolor) quod passim multi audacissimi homines reperiantur, qui ineptijs positis in quibusdam libris Vulcano sacrificandis doctrinam probatissimorum Authorum à peritis omnibus in summa reuerentia habitam contaminare non erubescunt, & lapsantibus uerbis quibus oris effreni maximè abundant, eorum perfectam scientiam denigrare, & inde satis supraque à multitudine uenerati multi fiunt, quod manus conserere cum præstantissimis uiris ausi fuerunt, quamquam omnia quæ scripserint extra aleam (ut ita dicunt) in suis libris posita sint. Quod

sane

sanè Andreæ Vessalio in hisce nuper accidit, in quibus petulanter Galenum nostrum Medicinæ lacteum flumen sine reuerentia criminatus est, immerito illum accusans tanquàm Anatomes penitus ignarum, in qua ut ostendemus, ita exercitatum hominem, nulla præteritorum & nostrorum temporum abeo tulerunt sæcula: composuit nanque Vessalius grande uolumen, ut olim Lycus, in quo quicquid à Galeno exacte de Anatomica speculatione excussum est, atque inuentum, summopere redarguit, tanquàm de ipsa nullam habuerit noticiam. Quem profecto maiori uitio darem, ni ut nunc, etiã & olim fuerint, qui petulanter & audacissime scriptis nulla fide dignis maiorum doctissimorum chartas flagellarint. quod si exacte queritis, ò studiosi, statim per historias inuenietis neminem tam præstantis ingenii & excellentis industriæ fuisse, quin eius lucubrationes in diuersas calumnias & reprehensiones extractæ fuerint. Iudæi (ut hinc initium capiam) Moso mulierem à qua leges acceperunt, maximo odio habuerunt, ut Alexander Cornelius elogium præstitit. Homerus omnium Poetarum facile princeps, scientiarum fons uberrimus, & extra omnem aleam ingenii positus, priusquàm Pysistrati Athenarum Tyranni iussu in ordinem redactus fuisset, etiam uarias reprehensiones sustulit, Ioili Amphipolitani quoque genuinum non inexpertus qui meritò ὁμηρομαστυγος nomen per populum adeptus est. Virgilius cui nostræ Poesios ornamenta plurimum debent, & qui testimonio præstantissimorum uirorum fert pares gressus Homero, non modestia morum, nec ue

recundia uirginali, unde Parthenias nuncupatus est, ob trectatorum calumnias euitauit? qui etiam post mortem nõnullos habuit, qui dignitati suæ pepercerint, ut uerius appareat illud celebre dictum Caludiani,

Rabiem liuoris acerbi.
Nulla potest placare dies.

Quam quod cecinit pelignus Poeta,
Pascitur in uiuis liuor post fata quiescit.

Diuinus Socrates, qui Phœbi oraculo sapientissimus omnium iudicatus est, Atticus scurra contumelioſe ab inuidis quibusdam nuncupatus est nec Aristophanis comos aufugit, qui comicam fabulam in eum struxit. Perpessius est etiam Aristippum Cyrenensem hominem valde pessimum, & optimi cuiusque suorum temporum aduersarium impudentissimum, qui sicut alios plerosque modestissimos doctissimosque ficta quadam historia uituperauit, sic etiam Xenophontem, & alios condiscipulos, & præsertim diuinum Platonem, qui & si Apollinis filius sit existimatus, eum tamen mordere non dubitauit: cuius impietatem, & aliorum Diogenes Laertius summopere detestatur. Quis est, qui ignoret in Democritum, in Empedoclem, & in Pythagoram per quos plurimum profecerat, Epicurum subsannando morsus non exacuisse? Quid Chrysippum acerrimum Dialecticum, nonne inuenti sunt, qui quum nihil haberent, quod de modestia, & de doctrina eius reprehenderent, Chrysippam, mutata litera, muliebri subsannarunt pipulo? An Tyrtamus reticendus est, qui Theophrasti nomen sortiri ob diuinam merebatur eloquentiam, à

scorto

scorto Leontino omnium turpissima iniurijs exagitatus est, quæ in eum etiam ausa est scribere: unde Adagium usurpatur, Suspendio arborem eligendam. Demosthenes, & Marcus Tullius, qui duplici eloquentiæ extremam manum imposuerunt, ambo nonnullorum calumnias perpessi sunt: & quemadmodum Demosthenes Aeschini & aliorum, ita & Cicero Asinij, Galli, Calui, Largij, Licinij, Theoninum dentem non euitauit. Multos in Terentium Comicum succensos, quis ex Prologis, & eius Commentarijs non colligit? Crispum Salustium, cui primas partes in Latina Historia Martialis & Quintilianus attribuerunt; & Liuium eloquentiæ nectareum flumen, quis apud Suetonium, & Fabium, Asinium Pollionem suggillasse non lectitauit? Cyprianum morum modestia, uitæ sanctitas, & calamitatum tollerantia, diuinitatis opinio, corporis flagitium, uictus abstinentia, & quamplurima alia, quæ hominis diuini sunt, an tutum ab obtrectatorum maledictis præstiterunt? uerum Coperianus, unica uersa litera, tanquam oleto & forulis nates deturpatus, ab æmulis nuncupatus est; nec minus Cyprianus nihilo immutato quasi Venerem masculã exercens more turpium scortorum prostiterit. Sed omnes nostri temporis excellenti doctrina & summo ingenio præditos iniiurijs maledicorum exagitatos recensere uobis, ò studiosi, superuacaneum uidetur: ad illos igitur me expediam, qui tempestate antiqua (ut in annalibus & historijs iam collegimus) & si nihil scientiarum esset quo non imbuerentur, tamen calumniatoribus non uacarunt. Et præsertim eos commemorare

consentaneũ uidetur, qui Medicinæ ornamẽtis fulti plurimùm fulserunt, quibus ipsi sedulo uos incumbitis. Et pro omnibus (ne uobis sit tædio) narrare sufficiat, qui temere Hippocratem Coum suggillarunt, qui ut cognoscatur quantæ doctrinæ in Arte medicinæ, et præstantiæ apud antiquos fuerit, sufficiat memorare, quod à Nicomade perbelle in hisce uersibus decantatum est,

Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σώετο λαοῦν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν ἀναγὶς εἰν ἀΐδην.

Quod ita uertimus,

Lux hominum Hippocrates, qui sanans corpora, fecit
Rarus per stygias mortuus iret aquas

Verum tamen Serapion in illum qui nobis salutarium præceptorum semina præbuit debacchari ausus est, ut scribit quodam in loco Galenus, & tanquam alter Aesculapius oblatrare tanta impudentia deprehenditur, in suis stultis commentariis mera stultitia refertis, ut passim uideas, tanquam sui buccinatorem propriis encomijs se extollere. Hippocrates insuper qui omnium Medicorum præstantissimorum iudicio Aesculapij gloriam adeptus est, & qui neminem unquam in suis diuinis operibus redarguit hos Δρύμολεονδας, quasi Leones acres, nec minus illos Δρύμυμορους, hoc est, acres fatuos appellans, ut plerisque solitum est, improbi Menodoti rabiosos rictus euitare non potuit, à quo canina iracundia in uolumine decẽ mille uersuum structis, quæ nihil aliud quam scopæ dissolutæ intessabatur. Quid Lycum tam temerarium quam fatuum in medium adducam? qui quã tũ in Hippocratis Aphorismos, in suis magis uino quã

oleo

oleo redolentibus chartis inuectus fuerit, dicere uobis, ò studiosi, relinquemus, qui Galeni cupidi estis, & studiosi, qui in Lycum componens libellum de unico Hippocratis Aphorismo ab eo falso damnato, inquam, τὰ αὐξανόμενα θερμὸν ἔχει πλεῖστον ἐμφυτον, Hoc est, quæ crescunt plurimum habent innati caloris, satis supraque suis coloribus depinxit. Iulianum Alexandrinum etiã reticere absurdum admodum uidetur, nec minus quam Lycum, atrocem & infensum æmulum diuini Hippocratis, quem, ut magis famam denigraret, ferunt octo & quadraginta uolumina in eius Aphorismos confabricasse, quæ quantum irrita, ellogium præstat Galenus in libello quem in eum composuit, qui adhuc præ manibus est, ut scitis, in quo Iulianum damnat Hippocraticam sententiam secundi Aphorismi inepte percepisse, qui est, ἐν τῆσι ταραχῆσι τῆς κοιλίης, Hoc est, in uentris perturbationibus. Tessalus etiam Medicorum omnium fex & præceptorum optimorum Medicinæ inuersor, cui nihil defuit præter sanam mentem, quantum in commentariis suis de Hippocratis Aphorismis inepte confabulantibus, & in epistolis ad Neronem datis, eum redarguat, quum ne tantillum quidem Hippocraticæ artis perceperit, in Methodo declarans indignatur Galenus. Hippocrates insuper excellenti doctrina uir, & nihil Medicinæ ignarus, pater, inquam, & senex uenerãdus, tot improborum maledictis exagitatus calumnias tulit, quos recensere non una dies sufficeret: non se abstinuerunt, ut eius gloriam & famam denigrarent Glaucias, Heraclides, Olympicus, Menemachus, Appolloni-

da Cyprius, Soranus, & infiniti alij qui deteriorem sectam Medicorum sequuti omnes cõdiscipuli ex Thessalica hydra pullularũt. Itaq; quia etiã nostris temporibus eò deuentũ est, ut opinionis peruerso errore, passim creditur alieni encomij obtestatione amplũ iter ad famam reserari: hinc inflammata tenebriorum audacia manibus illotis, ritu fœdissimarum Harpiarum deturpant omnia, & nihil tam doctius & concinnius scribitur, quod labe suæ ignorantiæ non inficiant, arbitrantes quod insciti a sua peruerse intelligunt, præstantissimorum solertiam latere. Proinde non possum mihi obtemperare, quum uesana sui ingenij libido ita eos exagitet, qua quum famam eruditissimorum authorum adumbrare nituntur, præcipites aguntur. Quorum princeps impudens Vessalius est, qui Andabatarum more, & oculis ob temetum geminantibus, Galenum adoriri impudenter animos sumpsit: & ut celebrem famam adipisceretur, quibus conuitijs potuit, deturpauit eius scripta Pitheo uerbora, in quibusdam suis uomitionibus (quæ ita uerius quàm scripta dici merentur) in quibus si exacte queritis ò studiosi, nihil aliud sane inuenietis, quam somnia Orestis decantata, quàm medicæ artis deliramenta, & Anatomes dehonestamenta, quæ imperitorum animos fassinant, quibus si omnes aspirassemus, actum certe de totius Medicinæ studijs fuisset. Inuidet enim hic impudens communi saluti, quum illa quæ Galenus absoluta reliquit, ob tarditatem sui rudis ingenij non percipiat, uoluminia grandia, Iulianum, & Lycum, & cæteros imitatus, quibus uerbosa, & sine sensu fuerat oratio, conscripsit, quibus of-

fice

ficere Galeno conatur, ut tenebris Cimerijs obscurioribus inuoluti studiosorum animi, uelut in quadriuio reperti, in suorum scriptorum uepres incurrerent, solum & ut popularem auram adipisceretur. Sed consulimus illi melius euenturum fore, si non unquam talem prouinciam de Galeni sententijs detrudendis assumpsisset, omnibus enim de Medicina benemeritis innotescit, quàm stupidus Galeno contingat aduersarius, qui non magis est ad eum, quàm feles ad Mineruam. Verum soleo quandoque summa lætitia affici, quod sit plerisque tam grauis innata arrogantia, qui quum sapientum sententias refellere sumunt partes, hi faciunt, ut maledicendo malefacta noscantur sua: si scirent ineptissimi conuiciatores quanta sua dicacitate in se trahant odia, non auderent implumes ita extra nidum cum petulantia pennas extendere, fulgentissimis totius artis Medicæ non parcendo. Nec Vessalius more turpium suum rictu oleto coinquinato libros diuini Galeni, qui de Anatome inscribuntur, ita deturpasset, qui quum animos sumeret, & indies cristas arrigeret, quum scribere nemo auderet in æditionem quorundam suorum librorum, qui merito Anthiphontis opera à quocunque dici possent, in quibus contra Galenum omnia irrita iacularet. Ideo animo fluctuatus, an aliquid aduersus eius insomnia parturirem, an aure surda præterirem, ut sibi placeret, diutius cogitabam: & quamquam multi hoc onus persuadentes mihi imponerent, tamen hactenus prouinciam sumere distuli, & nunc etiam recusassem declamare, sed negare amico meo quàm doctissimo protophysico idem

co idem sæpius rogãti, quem unicè diligo, & cui me charissimum esse sentio, & præsertim iusta petenti durum admodum mihi uidebatur: quando quidem etiam non ignorem, & ipsum olim animo esse, Vessalij omnia inania aduersus Galenum dicta refellere, quam prouinciam suscepisset, ni dissuadentes amici sui intimi à proposito suum animum uergere fecissent, ne cum huiusmodi Medicorum fæce tractaretur, similis illis efficeretur. Et ne sublime & eruditum ingenium suum, quod maiora expectat, ad hæc delramenta inclinatum uilius redderetur, quod quia à me sæpius efflagitatum fuit, quid in Vessalium dicere scirem, experirer, ne ipsius impudentia diutius impune uagaretur, sibi morem geram, & alijs quam pluribus, non tam illius arbitrium & aliorum adimplendi spe, quam in Galenum maledicta refellendi uoluntate. Sed priusquam aggrediar placet admodum altius principium petere & conuinciatores ineptos admonere, ut rabiem expellendo in lapidibus duris dentes defatigent, priusquam ita auras uerberãdo latratibus uacuis tota uelificatione in sui præstantissimos ferantur, & ne eorum laudes deprimendo ita fæculantissimo ore disserpant. At hinc interim Niobe stupidior incredibili admiratione afficior, quo quispiam deterioris conditionis, eo magis in calumnias ingredi, & aliorum benedicta ueriora, quam quæ ore Curetũ manata creduntur, maledictis explodere, si possint quod nihil sane melius nobis poterit affirmare, quam quod præstantissimo Archiatro nostro usu uenit, quum non procul hinc Vercellis, hisce diebus elapsis, à medicis qui-

quibusdam in eorum corona deprehensus, de quatuor anni temporibus sapienter percunctaretur, quorum primus ille homo quem scitis, egrè ferens se ita concinne differentem & cæteros Medicos unà cum illo eo deduxisse perspicacitate ingenii sui, ut procul dubio herbam caperet, nescio quo Daunio Oestro percitus epistolam eructauit, hisce (ut unico verbo concludam) tantum refertam, quæ nullius aut commotæ aut lymphate mentis hominem produnt, quam ad suos physicos destinauit, qui secum eo amicitiæ uinculo deuincti sunt, ut una illud aiunt, aiunt, negant, negant, non inferiores ignorantia approbant. Verum incredibili lætitia afficior, istorum ulcerosam scabiem ungues, quos merica, nactam fuisse, quibus ad cruorem scalperetur. In literis enim suis eruditissimis & elegantissimis quas etiam ad illos à se structas dedit ille, si cupidus honoris sui est, more Stepsichori palinodiam facere cogitur, in qua se ostendat locutum esse, quæ nescierit, ni in se lunam (vt aiunt) deducere, aut uulgi notam fabulam fieri, tot erratis suæ stultitiæ testibus magis affectat. Quo & Vessalium admonere desidero, ne suspicetur dum maiores lacessit, plus honoris, & authoritatis, male quam bene sentiendo quicquid nebulonum est, reportaturus, oportet enim illius ad Persam fratrem Ascræi Poetæ sæpius meminisse,

Ἄφρον δ' ὅς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίσειν
Νίκης τε ἕνεκα, πρός τε αἰσχέσιν ἄλγεα πάσχει.

Hoc est,

Stultus maiorem qui uult contendere contra
Vincitur,

Vincitur, atq; ignominiam cum clade reportat.

An hæsitatis ò studiosi Galenum maiorem Vessalio esse, quem post tot sæcula, testimonia probatissimorum virorum plurimum commendarunt: & si hic bipedum clarissimus obtuso ingenio vir, ausu prope sacrilego non erubuerit volumina in vulgus ædere, in quibus Galenum damnat, asserens illum non hominis unquam Anatomen inspectasse, quod suæ ignorantiæ adscribimus, Galeni enim dicta nec ponderantem, nec intelligentem, authoritatibus non vanis, nec futilibus argumentis aliàs latius ostendemus: & eò potissimum, quum Græca exemplaria absurdius intelligat, si modo aliquid Græce callet, quod secus puto, licèt scribat Latina lingua Græcos libros donasse: sed præ omnibus hoc unum scire Vessalium desidero, dum aures Galeno vellere arbitratur, ignominiam maiorem indies reportare à viris de medicinæ arcanis benemeritis, & proprias Medicorum personas sustinentibus, qui Galeni scripta adamussim intelligentes, & ideo illa plurimi facientes non ignorant, Vessalium, dum perstricta acie, & calligantibus oculis stellas intuetur, millies in foueam cadere. Quid igitur arietem in araneas agit? tot qui nugatissimis rationibus præstantiorum dicta, qui in tenebris lucidius, quam ipse in media luce conspiciunt, reprehendere conatur, nil aliud sane quam crudum laterem, & æthiopem dealbare passim videtur. Nec oportebat per invidiam, aut potius per insciti am tot malos rumores de Galeno excitare, nec dicere ab eo de Anatome male fuisse traditam scientiam, quo post Hippocratem magis exercitatum

citatum in Anatome, & melius Medicinam in summam perfectionem reducentem, fertur Naturam adinuenisse neminem. Quod facile testimonio sexcentum eruditissimorum uirorum approbare possem: sed contenti tantum scimus (ne prolixior fiam) illo, quod Diuinus quidam Poeta ueridico furore percitus, apud Græcos, cum summa elegantia, sic scriptum reliquit,

Ἐβδεν ἀκεσορίη δυω πένθεα χειρατο χαίτην
πρῶτον ἐπ' ἱπποκρατη, καὶ δεύτερον ἀμφι γαληνῳ.

Hoc est,

Bis Medicina tulit luctus sciditq; capillos,
Primo sub Hippocrate, & circa postremò Galenum.

In quibus uersibus, quod fuerit Medicina ab Hippocrate primò, & deinde à Galeno ita aucta quod nihilo indigeat, dubium est nemini: & si Vessalius pestilenti quodam sydere afflatus, uentosa loquacitate, & morum peruersitate, quem atrum faciunt, eius uolumina de Anatome mentionem facientia, quibus nihil perfectius reprehendere studuerit: quod se fecisse arbitretur, ut omnium oculi ignorantiam suam culpantium in se conuerterentur, quibus impellatur scopas dissolutas comprimere, ne Deuerra adsit illi detrimento: uerum si non ullis rationibus confusus, Acanthia cicada posthac, aut Seryphia rana in Galenum non fuerit, esto (si placet) etiam Locrensis, dummodo rumpatur obstrependo. At tandem ut rem aggrediar, haud ne queo non coniicere quis furor hunc hominem ad tot inepti as adegerit, uult Galenum in hominũ Anatome nõ u

quam

quam uersatum fuisse. sed boues, capras, equos, asinos, & id genus ἄλογα potissimum simias tantum dissecuisse. Proinde eum hallucinatum fuisse circa pene cuiusque particulæ situm, numerum, substantiæ proprietatem, magnitudinem, figuram, & compositionem, nesciens quidem Vessalius, quum Galenus doctrinam faciat de hominum Anatome, opus esse, ut nonnunquam de cæteris brutis sermonem faciat, ut eam clariorem reddat, præsertim qùùm agat de usu partium, qùùm ita esse in homine alijs animantibus appprobando non detestatur. Nequaquam tamen credendum est, Galenum uoluisse animalium constructionem & hominum esse similem. Id enim abnegat in xiiii. de usu partium & in tertio: similiter, & potissimum in primo: ubi cum Aristotele existimat omnia animalia idoneo ornatu esse adornata. Hinc toto cœlo aberrare Vessalium nemini dubium est, dum arbitratur Galeni fuisse sententiam, simiarum corpus, & hominum in structura, non esse dissimile, quod in sexcentis locis detestatur. In secundo de Anat. Administ. sic scriptum reliquit, κεχώρισται ἡ κατὰ τὸν ἀνθρωπον ποδὸς καὶ ὁ τοῦ πιθήκου, διότι καὶ ἡ τῶν δακτύλων φύσις ἀνομοία τῷ ζώῳ τοῦ τῷ τοῖς ἀνθρώπου δακτύλοις ἐστιν, ἐκεῖνοι μὲν γὰρ πολὺ μικρότεροι τῶν ἐπὶ τῆς χειρὸς εἰσὶ νοῦτοι ἢ καὶ τῶν κατὰ τὴν χεῖρα μείζους οἷοι καὶ τοῖς ἕρπουσι ζώοις ἐπὶ πλεῖστον ἐχισμένοι τε καὶ διεστῶτες ἀλλήλων, δ' οὓς καὶ ῥᾳδίως ἀνέρχονται πρὸς τὰ μετέωρα ὁ πίθηκος, ὥσπερ αἴγαλαί, καὶ οἱμῦες, ἰκτῖδές τε καὶ ὅσα τοιαῦτα. Iam uero (inquit) simiæ pes hac parte ab humano discrepat,

quod

quod etiam natura digitorum huic animali dissimilis sit humanis, illi siquidem multo minores etiam ijs in quos manus est discreta, quales repentibus quoque animantibus plurimum fissi, tum inuicem distantes adsunt, quorum beneficio ex facili sublimia conscendit simia, quemadmodum Mustellæ, Mures, Feles, & id genus alia. Nec garriat hic Vessalius id Galenum non ex sectione, de solo aspectu cognouisse, quia subdit. Τοῦτον μὲν οὖν ὡς ἔφην ἄρτι τενόντα καὶ τὰ ἄρτι τῶν ἀνθρώπων οὐχ εὑρήσεις πόδα. *Hoc est, Nunc igitur ut dixi tendinem in pede humano haud est reperire, Quo modo id sciri potest, nisi ex sectione. In xiij. de usu partium ita habetur.* Συνδεῖ δ' αὐτὴν ἐντεῦθεν τῇ ῥαχεῖ τῆς ὠμοπλάτης μικρὸν ὀστοῦν χονδρῶδες ὅμοιον· οὐ γὰρ ἔνεστιν ἐν πτηνοῖς, ὥσπερ γὰρ ἐν ἄλλοις τισὶν οὕτω καὶ τῶνδε, τῆς ἀνθρωπείας κατασκευῆς ἀπολείπονται. *Id est, Colligat autem ibi ipsam spinæ os paruum scapulæ cartilaginosum, quod ut non in simijs, ita nec in alijs quibusdam reperias, in eoque ab humana constructione superãtur. In quarto de Anato. admi. scripsit Galenus simiã ab homine discrepare his uerbis,* εἰκότως δ' ἂν ἀκολουθήσοις ὀρθῶς εἰπεῖν τι καὶ περὶ τῶν σκελῶν ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἀνθρώπου ἴδιον ἔχει τι παρὰ τἄλλα συμπάντα ζῷα, διότι μόνος ἐπ' αὐτῶν ὀρθῶς ἀκριβῶς βαδίζει, καὶ μὲν τοι καὶ ὅτι γελοῖον ἀνθρώπου μίμημα ἐστὶν ὁ πίθηξ, ἐδείχθη, καὶ διὰ τοῦτο βαδίζει μὲν ὥσπερ ἄνθρωπος χολοῦσιν ἐν αὐτοῖς τοῖς κυριωτάτοις τῆς τῶν ὀρθίων σκελῶν κατασκευῆς ἀπολειπόμενος.

Hoc est,

Hoc est, Merito autem non absurdum fuit, statim etiam cruribus nonnulla commentari, quandoquidem homo & in his præter omne aliud animantum genus proprium quiddam sibi uendicat, quod nimirum solus adamussim rectus horum beneficio incedat, simiam uero ridiculam hominis simulationem existere demonstrauimus. At ob id hominis quidem modo graditur, sed in ipsis principalioribus partibus manca est, ut quæ minus rectam crurum structuram sortita sit. Declaratur id autem in plerisque locis, in tertio de usu partium sic scribitur, ἡ μὲν γὰρ εἰς τὴν ἀρχὴν κατάφυσις, οὐκ ἂν ἦν ὁμοίως ἀσφαλὴς, οὐδ' ἄρρηκτος, ὀλίγαις λαβαῖς ἐξ ἄκρου τοῦ κώλου τὸ πᾶν ὀστοῦν ἐπιχειροῦν τοῦ κινεῖν, ἡ δ' εἰς τὰ πορρωτέρω τεκμαίρεται περὶ μέσην τὴν κνήμην, ὡς ἐπὶ τῶν πιθήκων ἔχει τελέως ἐκτείνεσθαι τοῖς κώλοις οὐκ ἂν ἐπέτρεπε μέσην ἄλλην ἀγύιαν συνδεδεμένων, καὶ ἀπαρτισμένων πρὸς τοὺ πίσω, καθάπερ καὶ νῦν τοῖς πιθήκοις ἐστὶν, οἱ γὰρ ἐκ τοῦ ὀπισθομερῶν ἥκοντες μύες εἰς μέσων ἀγαγοῦσι τὴν κνήμην, βραχὺ πρὸ κάμψεως ἐν ᾗ τοῖς ζώοις ἐμφυόμενοι τοῖς ἔμπροσθεν μυσὶ τοῖς ἐκτείνουσι τὸ κῶλον, ἀντισπάσαντες τε καὶ ἀντισπάσαντες ὅταν σῶμα σκέλος, οὐκ ἐπιτρέπουσιν ἐκτείνειν ἀκριβῶς τὸ γόνυ, Quod est, Siquidem implantatio eorum tendinum sola ad principium non utiq; fuisset, neq; pariter tuta, neq; robusta, quod paucis comprehensionibus, & ijs ex summo membro totum os mouere conaretur, si uero ad ulteriora et circa mediam tibiam fiat implantatio, ut habet in simijs, perfecte extendi membra non permisisset, sed essent membra uelut colligata et suspensa à partibus femoris*

fœmoris posterioribus, uelut nunc est in simijs, qui enim ex posterioribus partibus proueniunt musculi ad medium ferè tibiæ, aut paulò supra, id in his animalibus implantati, musculis anterioribus membrum extẽdentibus renitentes & crus retrorsum contra trahentes genu exactè extendi non permittunt. In primo autem de Anato. administ. ultra causas iam dictas adducit alias rationes. ὅτε γὰρ τὸ μηροῦ κεφαλὴ τῇ κατ' ἰσχίου κοτύλῃ, λοξοτέρα πως ἐνήρμοσται, καὶ τῶν καθηκόντων εἰς τὴν κνήμην μυῶν, ἐπιπλέον ἔνιοι προέρχονται κωλύει δ' ἅμα ταῦτα καὶ παραβλάπτει τὴν ὀρθότητα, καθάπερ καὶ οἱ πόδες αὐτοῖς στενοτέρας μὲν ἔχοντες τὰς πτέρνας, ἐχισμένους δ' ἀπ' ἀλλήλων ἐπιπολὺ τοὺς δακτύλους, ἀλλὰ σμικρὸς ταῦτα ἐστὶν, καὶ διατοῦτο βραχὺ τῆς ὀρθότητος ἀφαιρεῖται τὸν πίθηκος. *Quod est, nam & fœmoris caput obliquius quodammodo cum acetabulo coxendicis committitur, & quidam ex musculis qui in tibiam descendunt ulterius progrediuntur, quæ ambo rectitudinem impediunt, offenduntq;, quemadmodum & pedes ipsis calce magis angusta constant, digitis aũt insigni spacio inuicem discretis, sed hæc parua sunt, eoq; simia paululum à rectitudine discedit. In.xv. de usu partium sic etiam scribitur* ποδῶν δ' ἀκτύλους ἐπιπλεῖστον ἐχισμένους ἔχειν ἀπ' ἀλλήλων καὶ τίνας τῶν κινούντων μυῶν τὴν κατὰ γόνυ διαρθρῶσιν, ἀνιπολλοῦ τῆς κνήμης κατερχομένους, οὕτω μὲν οὖν αὐτῶν καὶ τὸ κατ' ἰσχίον ἄρθρον, ἐγγὺς μὲν ἥκει τῆς ἀνθρώπου φύσεως, οὐ μὴν ἀκριβῶς γ' ἐφήπται καθάπερ ἡ συμπασα χεὶρ, ἀτὰρ οὖν καὶ οἱ μύες οἱ σαρκώδεις, οἱ πρὸς τοὐγγὺς ἐρ-

γαζόμενοι πίθηκοις μὲν ἔχουσι γελοίως, ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα πάντα μιμήματα γελοίως ἀνθρώπου ζῴου ἐδιδάξομεν ὑπάρχον, ἀνθρώπῳ δὲ καλλίστα διακεῖν τῆς ὡρὸς ἐν ἁρμοσύνην τε σμα τῶν ἀναγκαίων μορίων, ἀβλισθόν τε καὶ ἄλυπον ἑδραν ἐν πῷ καθέζεσθαι, τοὺτους οὓς μόνους πίθηκος ἔχει κολοβωτέρους. *Quod est, pedum digitos plurimum à sese diductos habuit, & musculos quosdam eorum qui genu articulationem mouent, infra ad multam tibiam descẽdentes: parimodo & coxendicis articulum homini habuit propemodum consimilem, nõ tamen penitus est similis, quemadmodum & tota manus, cęterum & musculos carnosos quinates constituunt simia habet ridiculos; ut & alia omnia. imitationẽ enim hominis ridiculam hoc animal esse docuimus, homo uerò eosdem habet sitos bellissimè, tum ad decus partium necessariarum, tum ne anus sedendo cõtunderetur, aut alioquin angeretur. Hos igitur simia habet decurtatos. Dicit igitur Vessalius quomodo Galenus id sciuerit absq; hominum Anatome, sed id multo clarius ostẽdituri in primo de usu partium quũ legitur, dum in sophistas inuehitur,* ὡς πάντα τοῖς ἀνθρώποις ἔοικε, καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐθεασάσθε, βραχὺς ὑμῖν ἐφάνη, καὶ λεπτὸς δή που καὶ πάντη γελοῖος, ὥσπερ καὶ ὁ ὅλον ζῷον ὁ πίθηκος, καλὸς τοι πίθηκος παρὰ παισὶν αἰεὶ, φησί τις τῶν παλαιῶν, ἀναμιμνήσκων ἡμᾶς, ὡς ἐστὶν ἄθυρμα γελοῖον παιζόντων παίδων τοῦτο τὸ ζῷον, ἀπάσας μὲν γὰρ τὰς ἀνθρωπείους πράξεις ἐπιχειρεῖ μιμεῖσθαι, σφάλλεται δ' ἐν αὐταῖς ἐπὶ τὸ γελοῖον, ἢ οὐκ ἐθεάσω πίθηκον αὐλεῖν ἐκπεφυῦντα καὶ ὀρχεῖσθαι, καὶ γράφειν, καὶ τῶν ἄλλων

λων

λων ἕκαστον ὧν ἄνθρωπος ὀρθῶς διαπράττεται, τί ποτ' οὖν ἔδοξέ σοι, πότερον ὡσαύτως ἡμῖν, ἢ γελοίως ἅπαντα μεταχειρίζεσθαι, τάχ' ἂν τοῦτό περ αἰδεσθείης ἕτερος ἔχειν εἰπεῖν, καὶ μὴν ὦ σοφώτατε κατήγορε, λέξειεν ἂν ἡ φύσις πρός σε, γελοίῳ τὴν ψυχὴν ζῴῳ, γελοίαν ἔχειν δοθῆναι σώματος κατασκευήν, ὅπως μὲν οὖν αὐτῷ τῷ σύμπαν σῶμα μίμημα γελοῖον ἐστὶν ἀνθρώπου, προϊὼν ὁ λόγος ἐπιδείξει, ὅπως δ' αἰσχέρες, ἢ δι' σκώπτει τοσοῦτον, μὴ πρότερον, ἐννοήσας, ὡς εἴτις γραφικὸς ἢ πλαστικὸς ἀνὴρ, ἀνθρώπου χεῖρας μιμούμενος ἁμαρτάνειν ἔμελλεν ἐπὶ τῷ γελοίῳ, οὐκ ἂν ἄλλως ἥμαρτεν, ἢ ὡς τοῖς πιθήκοις ἔχει, μάλιστα γὰρ δή, καὶ ταῦτα γελῶμεν τῶν μιμημάτων, ὅσα τὴν ἐν τοῖς πλείστοις μορίοις ὁμοιότητα διαφυλάττοντα, τὴν ἐν τοῖς κυριωτάτοις παμπόλλου σφάλλεται. *Quod est, uidetur undequaq; similem hominibus esse, at uerò si hunc uidistis, breuis certe, & gracilis, & omnino ridiculus uobis apparuit, quemadmodum & ipsum animal totum simia, pulchra certe semper apud pueros est simia, ut ait ueterum quidam, nos admonens ludicrum esse ridiculum puerorum hoc auimal illudentium. omnes enim humanos actus imitari dum satagit, & frustratur in ipsis, & ridiculum se exibet, an nõ uidisti simiã fistula canere. saltare, scribere, et alia genera uniuersa conãtem, quę homo pulchre perfecit? quid igitur tibi uisum est, utrũ nobis similiter agit, an ridicule omnia conatur, fortasse uereberis dicere hoc aliter habere, atq, ò sapiẽtissime, accusator respõdeat, utiq; natura tibi ridiculo animali ridiculã corporis cõstructionẽ dari oportere, quo igitur modo ipsius uniuersũ corpus*

ridicula est hominis imitatio procedens sermo demonstrabit, quo pacto uero manus ipsæ, nunc tantum mihi considera, prius persuasus, quod si quis pictor uel figulus manus hominis imitans errare mouēdi risus gratia cuperet, non sanè aliter peccaret quam ut res habet in simiis. Maxime enim & illas ridemus imitationes, quæ in partibus plurimis similitudinem seruantes, in maxime principalibus ab ea plurimum aberrant. Quid clarius? Tradit etiam Galenus lumborum differentiam inter hominem & simiam in tertio de Articulis, Aphorismo. 45. ut posthac dicemus. Scribit etiam Galenus in secundo de ratione uictus in actis, commento decimo, hominem differre à quibusdam animantibus in exortu uenæ sine pari. In. xiiii. de usu partium, ponit hominis matricem ab aliis animantibus differre, uideatis etiam quęso, ò studiosi in sexto, de usu partium ubi ponit Galenus differentiam loborum pulmonis inter hominem & alia animantia, & scribit ibi se traditurum de aliis animantibus: sed in libro, de usu partium, intendit de homine, idem dicit in xiiii. eiusdem de usu partium, in duobus locis, aut tribus. Idq; demonstrat libri inscriptio, quæ est, περὶ χρείας τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων. Prætereo corpus exiccatum, à fluuio delatum, quod fatetur ipse se uidisse, nec minus persuasionem in Alexandria huius rei solius gratia commorandi, & alia id genus sexcenta, quibus supersedeo, ne fortusse alicui sim tedio. Itaq; omnibus potest innotescere Galenum utiq; hominum sectiones aggressum fuisse, licet aliter censeat Vessalius, qui quātùm deliret uobis pensiculandum, ò studiosi, relinquimus, qui

soletis

soletis omnia diligenter expendere. Quantum autem in me est, ego quidem non possum non uehementer admirari, cur hic homo in re tam leuissima, ita apertè cæcutierit. Porrò aut parum Galeni studiosum, aut maledicendi in eum studio fuisse deditum, se demonstrat. Proinde & si Galenus in quibusdam locis persuadeat in simiarum sectione esse exercendum, ob id tamen non arbitrandum est Galenū nūquàm hominum Anatomen inspexisse, quandoquidem manifestum est, si differentias inter homines & simias esse posuit, necessarium fuit ut utrunq; omnino agnouerit, alioquin qualis esset Methodus Platonis in Philebo, Sophista, politico, & aliis in locis, si absq; ulla cognitione possint afferri differentiæ. Taceo dialecticam, quę mehercle esset uana. frustra etiam Alexandrum rogasset Aristoteles, ut suis imperaret subditis, ut unusquisq; ea adferret animantia, quæ sub suo reperiebantur sydere, si in libro de partibus animalium eorum differentias sine noticia explicare potuisset: quare desinat oblaterare Vessalius in suis commentis, dum arbitratur ex hoc se summam consequi gloriam, qui damnans Galenum, tanquàm hominem Anatomes imperitum, sperat apud posteros, in hac disciplina male persuadēdo se primarium fore. sed longè decipitur, sol enim ipse (ut author est Galenus) horas anni efficit, fructusq; perficit, non curans neq; Diagoræ, neq; Anaxagoræ, neq; Epicuri, neq; alterius cuius uultis calumniā. Nemo enim bonus quicquàm inuidet, sed omnia exornare, & iuuare solet, cui Vessalius si se præstitisset similem, ab omnibus summopere commendaretur, sed quia

ſtuduit Galeno contradicere, quem illotis (ut aiunt) manibus pertractans, apud eruditos in quo ſit pretio, ſatis cõſtare poteſt, dũ has effutit ineptias, quia Galenus in ſimiarum ſectionibus uerſari perſuadet, autumat Veſſalius eas ab hominibus non differre, fuiſſe Galeni ſententiam, hinc non hominem, ſed ſimiarum Anatomem duntaxat inſpexiſſe, credẽs Galenum uoluiſſe haud eſſe diſſimilia, neſciens tamen Galenum quidem (ut demonſtratum eſſe) iuiſſe in contrarium, dum has ab illis diſtinxerit, præſertim quando ſcripſit in primo de Anato. adminiſt. hæc uerba, ὁρᾶσθαι γὰρ χρὴ πρότερον ἐπὶ πολλῆς σχολῆς ἕκαστον τῶν μορίων ἵν' ἐξαίφνης ὀφθὲν γνωρίζωμεν, μάλιστα μὲν ἐπ' ἀνθρώπων αὐτῶν, εἰ δὲ μή, ἀλλ' ἐπὶ ζώων παραπλησίων ἀνθρώπῳ, quod eſt. inſpicere enim prius oportet multo ocio quamq; particulam, ut ſtatim uiſa cognoſcatur, præſertim in hominibus ipſis, ſi minus certè in animantibus homini ſimilibus, id autem præcepiſſe tenendum eſt, ut ſæpius in multis facilitare uelimus, quandoquidem (ut habetur in. iij. de Anato. adminiſt.) haud mediocriter conduxerit, hoc quidem ut uaſorum cognitionem aſſequaris, nulla ſiquidem res, quæ ſenſibus noſtris percipi poteſt, exquiſitè, & ſubitò, niſi uiſa ſæpius, cognoſcitur, unde in primo de Anato. adminiſt. ſi quando ſimiæ copia non datur, aliorum animantium corpora incidere Galenus cõſulit, ut exactius rem cognoſcamus anatomicam, ſciamusq; diffinire ſtatim in quibus à ſimia diſcordent, euarientq;. itidem dicere poſſimus, & ſi Galenum perſuaſiſſe lectum ſit, ſimiæ cõſectionem in hominis penuria, hac lege ſancitum eſt, ut eas ab his in qui

bus

bus discrepent diffinire ualeamus, nec minus si ulla dabitur occasio humani corporis secandi propter aliq̃ quæ habent simiæ cũ hominibus similitudinẽ, prõptius singulæ partes detegantur: quod (ut refert Galenus in.iij.de Anat.admin.) nõ uulgaris operę est, neq; quispiã in ipsa parũ exercitatus repẽtè assequi potest. etenim medicorũ in Anatomis exercitatissimi, qui multa diligentia corporis particulas inspexerint, in multis errorẽ cõmisisse uidentur. quã ob rẽ nihil qui corpus hostis germani in bello mortui, quod aduersus Marcum Antoniu gerebatur, incidebant, amplius præter uiscerum situm adiscere potuerunt: at qui in alijs animantibus & potissimum in simia, prius se exercuerint, promptissime singulas quæ incidebantur partes detegit, & procliuius est uiro laboris cupido præexercitatoq́; in Anato. antea conspecta quædam in humano cadauere subito condiscere quàm alteri non exercitato manifesta multo ocio adamussim inuenire, qua de causa in sexto eiusdem in omnium animantium consectionibus nos exercitandos esse censuit, & maximè in his ipsis quæ hominum figuram propius accedunt. deinde quibuscunq; animalis nomen competit, hæc omnia genere uno compræhenduntur nominanturq́; animalia simiæ confinia Græcè πιθηκοειδη, his succedunt ursi, deinde serratis dentibus producta à Græcis dicta καρχαροδοντα, & mures, & solipeda nominata. ad hęc omnia sextum quoddam genus ruminantia comprehendit, ea siquidem animantium genera ueteres etiam innuere uidebantur, dum crebro prȩcipiebant libros Anatomicos, quos scripserant, in illis examinari

animantibus, quæ non multum ab hominum natura recedunt, ut author est Galenus in loco paulò ante citato, qui cum illis eiusdem fuit sententiæ. Non tamen uolens ea ab hominibus haud quaquàm non differre, potissimũ quia dixit in sexto Anato. administr. & longè melius in primo de usu partium, multum differre animalium particulas, quia ipsæ animæ differunt. In secũdo de Anato. Administ. scripsit Galenus in hunc modum, καὶ διὰ τοῦτ' ἐν ταῖς φλεβοτομίαις μεγίστα σφάλλόμενοι, καρδίαν ἀνατέμνουσι καὶ γλῶτταν βοείαν, οὐδ' αὐτὸ τοῦτο γιγνώσκοντες, ὡς ἐστὶν ἀνομοιότατον τοῖς ἀνθρώπων. quod est, unde fit, ut in uenarum consectionibus maximè aberrantes cor incidunt, & linguam bubulam, hoc ipsum nescientes, quod plurimum ab humanis discrepẽt. sed uoluisse Galenum, credendum est, ut in his exercitati facilius, hominum Anatomen assequi ualeamus, nec obstat, eum in humanis corporibus nos esse exercendos, debuisse tantùm consulere, quum tamen in primo de Anato. Administr. scripserit, præstare in utroq;, quod nulla alia de causa dixisse arbitror, nisi ob particularium usus, qui demonstrari nõ possent, in simia, aut alio animali consimili, quod hominum figuram proprius accederet, rem confirmaret, ut apertè constat in sexto de usu partium in hisce uerbis, περὶ μὲν δὴ τοῦ καθ' ἕκαστον τῶν ἄλλων ζώων ἀριθμοῦ τῶν λοβῶν, οὐ πρόκειται λέγειν, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ἄλλου τινὸς κώτων ὀργάνου τῆς κατασκευῆς ὁ λόγος ἐφάπτατο, πλὴν εἴ που κατ' ἀνάγκην τινὰ τῆς εἰς ἄνω ἐξηγήσεως ἁπτόμενος, εἰ ἢ μὴ φθάσαιμεν ἀποθανεῖν, ἐξηγησόμεθά ποτε καὶ τὴν ἐκείνων κατασκευὴν

ἐπὶ

ἐπὶ λεπτὸν οὕτω καταμέμνοντες, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων
quod est, cæterùm de numero loborum aliorum cuiusq; animantium definire non est propositum. Neque enim alterius cuiusq; instrumenti ipsorum constructionem attigimus, nisi forte in homine explicando eò inuiti fuimus traducti, quod si morte intercepti non erimus, illorum etiam constructionem membratim, quo modo nunc hominum dissecantes, aliquo tempore explicabimus, pari modo quãdoq; Galenus consulebat, & utilem esse aliorum animantium constructionem agnoscere, ut considerando illam, quam habet homo, liceat ipsam, ita à natura neq; temere, neq; frustra, in homine fuisse factam, conferendo ipsam, cum ea, quam cætera animantia obtinent, quod declarauit Galenus in. xiij. de usu partium in hac uerborum serie, πάλιν οὖν μοι κἀνταῦθα σκόπει τὴν διαπλάττουσαν τὰ ζῶα τέχνην, ὡς ἐφ' ἑνὶ ἀπασι δικαίᾳ καίτοι γ' ἐπ' ἀνθρώπου μόνου ἥκειν γομίζειν φύλογον, ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἐγχωρεῖ πολλάκις, οὐδ' ἂν πάνυ φυλαττηται τῆς ἀπέχεσθαι τῆς τῶν ἀλόγων ζώων κατασκευῆς. Hoc est, rursus igitur hic quoq; cõsidera artem, quæ animalia effinxit, ut in omnibus est æqua, tametsi certè propositum mihi fuerat solius hominis constructionem explicare, fieri tamen sæpe non potest, etiam si maxime nolim, quin animalium etiam rationis expertium constructionem attingam. Ex quibus omnibus scire licet, non solùm in homine, uerum etiam in simia, atq; alijs animantibus, exerceri oportere, Galeni fuisse sententiam, propter causas iam dictas, & homines secuisse, ut uisum est, Galenum. Sed si Vessalius erit adeo in sua opi-

nione

nione ceruicosus, & peruicax, ut nolit acquiescere, ut asinum in rupes protrudendum esse existimamus. Hoc unum duntaxat me plurimum angit, quod non sedula inspectione fideq; oculata, sed librorum lectura de hominis partibus oportet disserere. Propterea erunt fortasse nonnulli qui mihi erunt ad modum infensi, quum Vessalius iactet ubi locorum studiosorum Patauij, tum Bononiæ, & Pisis oculata fide fuisse admonitos, Galenum perperàm de Anatome sensisse, quum in pluribus tum cognoscendo, tum describendo exciderit: etenim fieri non posset, quin aliquis suæ sententiæ reluctasset, si res aliter se haberet, sed hactenus ullus repertus non fuit, qui non plus fidei suis oculis, quàm Galeni scriptis tribuerit, non in eius iuerit sententiam, sed hos quæso æqui boniq; consulant, atque in Anatome, & in Galeni libris, diligenter seipsos exerceant, scient mehercle, quanti hunc hominem liceat expendere, qui quum Galenum non intelligat, in tot prorumpit ineptias, adeo ut eius stupiditas quidem miserationem, contentio uero odium mereatur. ueruntamen id sciri uelim, me hoc suscepisse patrocinium, ut tantùm ueritatis amatoribus satisfaciam. qui mihi ferent suppetias, ut suæ cuiusque uindictæ faueam, ne amplius truculentissimis huiuscemodi beluis securè debacchari permittatur, quibus si concessum fuerit, certè scio actum esse de medicinæ studijs, otia nanque eruditorum perturbabunt, quorum spe laborem illi sustentant, hoc ubi sustuleris, nemo omnium lucubrationibus impallescet, id quod isti uelint, inuident enim publicæ utilitati, & optimi cuiusque laudi, quam non

possunt

possunt ipsi propter ingenij tarditatem consequi, conantur officere, sed hos amanter admonitos esse uelim, ut suam deponant rabiem, alioquin Archiloum aliquem, aut Hipponactem experientur, nec uerebor unquam cum huiusmodi beluis in certamen descendere, cùm ut tantos uiros ab iniurijs uendicem, tum ut sciant studiosi à me illis, à quibus profecimus, haberi gratiam. Itaque si paulò acrius inter confutandum remordebimus, quibusdamq; uerbis inuerecundior utiq; uidebor, ignoscendum esse arbitror, quia iniuriæ præceptoris ad discipulum quàm maximè spectant, sed hæc hactenus. Accingamur igitur rei nostræ, incipiamusq; à sermone ossium, secũdum Galeni ordinem, quem & Vessalius hac in parte sectatus est, & primum à capite, quod quum habeat structuras, uel si mauultis connectiones, operepretium est tamẽ ab ipsis prius auspicari, in quibus quantùm insaniet Vessalius, licet quidem animaduertere. sed ut res exactius intelligatur, opus est altius principium petere. Galenus itaq; ò studiosi qui bonorum omnium, quę in medicina habentur, fuit interpres, & non solum rei essentiæ curiosus, sed & nominum obseruator diligentissimus, qui etsi in infinitis locis à Platone persuasus, quem secutus est semper, ut testatur ipse in. xi. Met. Med. ubi scripsit non esse curandum de nominibus, dummodo rei habeatur scientia, tamen ipse, ut rem manifestaret, omnibus quibus potuit ubiq; locorum politioribus quidem uerbis, dilicatioribusq; exornare etiam non prętermisit. In naturalibus igitur ossium cõnexionibus, quę uario modo à natura factæ sunt, & ob diuersum usum,

haru

harum nanq; singulæ Galeno placuit suum proprium nomen imponere, quò unius connexio (dum demonstraretur) diuersificaretur ab alia, de hisq; certa & nõ confusa firmaretur scientia, contra quidem antiquos, quibus hæc adeo subtilis nominum obseruatio non reperitur ab ipsis fuisse obseruata, ut author est ipsè in secundo de Art. commento. xxxi. Quid autem de ipsis à Galeno sit scriptum, aperte habetur in libro de ossibus cap. i. in hũc sensum. Ossa dupliciter uel per articulum à Græcis Ἄρθρον uocatur uel per symphysim quasi coalitum dicas, coniunguntur. articuli aut differentiæ (quod autem nullum discrimen sit, siue species siue differentias dicamus, perspicuum est) duæ sunt, Διάρθρωσις uidelicet, quã dearticulationem appellare poterimus, ac Συνάρθρωσις quæ coarticulatio à nostris dicitur, solius motus quantitate à dearticulatione differens, quum Συνάρθρωσις sit ossiũ compositio, quæ neq; ualidum, neq; manifestum, sed obscurum difficilemq; habẽt metum, Διάρθρωσις autem est ossium structura, quorum motus euidens est & manifestus, hæc utraq; tres habet differẽtias siue species, Διάρθρωσις igitur hæ sunt Ἐνάρθρωσις uidelicet Ἄρθρωδία ac γίγλυμος, Ἐνάρθρωσις autem est quũ cau excipiens profundius admodum est, caputq; quod in id inseritur oblõgum Ἄρθρωδία uerò quæ sinum cauumq; leniter in superficie & capitulum etiam depressum habet, oblõgum autem & depressum caput. dixit Galenus ad ceruicem idipsum cui adnascitur referens: ceruices autem, tenues ossiũ sunt processus, earum autem extremum quod crassius & orbiculatum est, caput nũcupatur, quum uero in mucronem,

mucronem processus desinit, non ceruix sed corione seu corionon appellatur, ex sinibus cauisq; capitula excipiē tibus quod altius descēdit, Cotyle hoc est Acetabulum, quod in superficie situm est, ob ocularis caui similitudinem glene à nonnullis appellatur, ultima uerò διάρθρωσις species est γίγγλυμος, quæ fit quoties ossa sese inuicem ingredientia coniūguntur, quemadmodum uertebræ inter se ac humerus cubitusq; alligatur & si in his quædam adsit differentia. In uertebris enim media in utrāq; supra infraq; appositam subintrat, humeri uerò ac cubiti mutuus est ingressus, Συναρθρωσις quoq; triplex est species, ῥαφὴ uidelicet quàm nostri suturam uocant, γομφωσις, & Ἁρμονία. Porrò sutura est quædam compositio consutarum quidem rerum similitudinem referens, ut sunt ossa cranei & alia, γομφωσις est quū ad instar claui os ossi infigitur, uerum id iam quoquo modo ambigitur, propeq; ad Σύμφυσιν accedit, quum quidpiam penitus infixum est, & ne tantillum quidem ueluti dente dimoueantur. Ἁρμονία uero est structura per simplicem lineam, ut sunt nonnulla maxillæ superioris & quędam etiam capitis ossa ad hunc modum inter se iuncta. Hęc est de structuris sub laconisimo Galeni sententia, quàm diluere & labefactare studet Vessalius. Sed quæso hic esse attēdendum, ut eius agnoscatur tum temeritas, tum insciitia, quæ duo potissimum sunt in hoc homine, qui quū Galenum non intelligat, audet tamen in eum genuinum exacuere, ò petulantiam non ferendam? Mehercle hoc genus hominum est ualde execrandum. Præsertim eorum, qui alios in his culpant, in quibus ipsi magis merentur, ut

Vessalius

Veſſalius hic, qui in primo ſuo prægrandi libro, primo capit. quarto ut uideatur contra Galenum oblatrare adeò dementit, ut eum eſſe Morichum iam crederes, dum neque Galenum, neque ſeipſum intelligat: quod ſit uerum, ò ſtudioſi nunc oſtendemus, uult nanque Veſſalius, Galenum hallucinari in uarijs oſſium ſtructuris, coſtarum uidelicet cum uertebris, Tibiæ cum ſura, ſcaphotidis cum paruulis Tarſi oſſibus, denique brachialis & cum eo poſtbrachialis, atque in alijs compoſitionibus, quas omnes Galenus in libro prȩcitato capi. primo. xiij. xxij. xxiiij. et. xxix. ad Συναρθρωσιν refert, quod abnegat Veſſalius quum hæ neq; ſuturæ, neq; Harmonie, neq; Gomphoſi, quæ ſpecies ſunt Συναρθρωσις accommodari poſſint, proinde ad Αρθρωδιαν referendas eſſe, eſt in ſententia, oblitus quidem Veſſalius Αρθρωδιαν eſſe ſpeciem Διαρθρωσις quam etiam tenet cum Galeno euidentem habere motum, quo ſupra dictæ compoſitiones deſtituuntur, ut conſtat omnibus, quum difficulter obſcureq; moueantur, itaq; Veſſalius ut Galenum ſuggillaſſe uideatur, inquẽ errorem incurrat, ſatis perſpicuum eſt, dum apertiſſimè ſibiipſi aduerſatur. ſed non mirum, quandoquidem id non rarentur uſu uenit huiuſcemodi ſophiſtis, qui quum ſtudeant falſum concludere, in alio maiori deprehenduntur, quò fit ut illis maximo ſit dedecori, præſertim ſi adeo ſibi perſuadentes petulanter debacchantur. propterea quem honorem ac famam apud poſteros ſit reportaturus Veſſalius, qui abſq; ulla dignitate in Galenum inuehitur, unuſquiſq; afferre poteſt iudicium, præſertim quũ in ſua ſecta adeo ſit con-

tumax

tumax & refractarius, ut ipse solus uideatur sapere, sed in præsentia uideri potest, quantum sapiat, dum sine pugnantia non loquatur, nec sciat cui speciei συναρθρωσις prædictæ coherentiæ accommodari debeant, sed id esset tollerabilius, si suæ ignorantiæ tantum attribuisset, nullum ascribendo errorem ipsi Galeno, quem si diligenter examinasset, ab huiusciemodi culpa omnino esset alienus, sed Vessalius uenit etiam magis damnandus, quum has structuras in sexcentis (ut gloriatur) uiderit corporibus, nesciuerit ad quam συναρθρωσις speciem referri debeant, Tibiæ copulari fibulam per ἁρμονίαν satis perspicuum est illi, qui ea ab inuicem separare studuerit, uel per concoctionem, uel per aliud id genus: etenim illa per simplicem lineam alligari comperiet. Itidem dicendum est de paruis tribus Tarsi ossibus, de brachiolis uerò, quod à Græcis καρπὸν dicitur, scripsit Galenus in secundo de usu partium in duobus locis, ea per ἁρμονίαν componi, in alijs autem maxima uidetur esse difficultas, quæ mehercle erit nulla, si mens Galeni de γομφώσις structura intelligi uelit. quia dixit Galenus γόμφωσιν esse quando ad instar claui os ossi infigitur, arbitratur Vessalius hanc compositionem semper esse quando os ossi ita infigitur, ut ne tantillum moueri quidem possit, ut sint dentes in suis præsepiolis, sed res non ita se habet. Huiusmodi enim compositio itidem est, quando non euidentem, sed difficilem obscurumq; habet motum, dummodo per cauitatem etiam lenem os ossi inseratur, quando tamen ossa

ita

ta infiguntur, ut nullum habeant motum, de his quoquo modo ambigitur, propeq; ad Σύφυσιν accedit, ut iam uideatur non esse γόμφωσις quum quicpiam scilicet penitus infixum est, ut moueri non possit, inquit Galenus, non tamen dixit, quum omne penitus sit infixum, ut moueri non possit, quãdoquidem innuit nobis aliquid etiam quandoq; esse infixum, quod difficilem habet motum, eo tamen non priuatur, ut sunt ossa in præsentia post brachialis à græcis μεταχαρπὸν nominati cum bracchiali, nec minus costarum cum uertebris, & pectoris ossibus, quę ad γόμφωσιν referri debent, quum eorum capita in alueolis ita inserantur, ut ad instar claui esse dicãtur qui in Timone est, uel in axe ponitur, ne rota exeat, & aliis in locis, qui non omnino immobilis est, sed obscurum, & difficilem habet motum, proinde quum sint in præscriptis cohærentiis quę ad γόμφωσιν requiruntur, nemini dubiũ est, ad hanc eas esse accommodandas, non aut ad ἄρθρωδιαν ut autumat Vessalius, quia est species (ut diximus) διαρθρώσιος, quę ualidum euidẽtemq; ac manifestum habet motum. Ipsę aut antedictæ compositiones adeò difficulter & obscurè mouentur, ut unam ex eis propter exiguam sui motionem Hippocrates in primo de Art. κιγκλισμὸν appellare non dubitauit, in quibus non inconuenit ad motum unius partis & alias moueri, nec pari modo structuram ex ipsis ad plurima ossa esse referendam, ut apparet in maxilla cum dentibus per γόμφωσιν, ubi ad motum maxillæ, dentes etiam mouentur, & dentes tamen in maxilla alligari dicuntur per γόμφωσιν etiam secundum Vessalium. Propterea non habet ipse quod in

Galenum

Galenum posſit amplius euomere de Ginglymo, quia etſi ad plurima oſſa referatur, ut de media, quæ eſt decima in uertebris, quæ in utranq; ſupra & infra oppoſitam ſubit, non tamen abſurdum eſt tria oſſa ad articulationem concurrere, quia dentes, etiam maxillæ qui plures ſunt articulationem ſequuntur. Itaq; ſatis manifeſtum eſt omnibus, in quot deliramenta incurrerit Veſalius dum à Galeni dogmate receſſerit, quod ſi ſecutus fuiſſet, nequaq̃ aberrare ſibi contigiſſet, neq; in hoc, neq; alijs in locis, potiſſimum in ſymphyſi. qui quantùm cæcutiet, licet etiam animaduertere, nec minus eius peruicaciam, quæ non ſolum in ſuo prægrandi lib. i. cap. iiv. ſed etiam in libro qui de Radice chyne inſcribitur, planè oſtẽditur: quibus locis autumat Veſſalius Galenum hallucinari, quum ſub Συναρθρώσιος cohærentia, ſimul cum ſatura Harmenia & Gomphoſi non comprehèndcret ſymphyſim, uolens eam eſſe ſpeciem Συναρθρώσιος: quam tenet eſſe genus omnium ſtructurarum, quæ nullum penitus habent motum, ſed toto aberrat cælo hic homo. non enim eſt harum genus, ſed illarum quæ habent motum, non tamen ualidum, ac euidentem. ſed obſcurum & difficilem, ut declaratum eſt ſuperius, ſecundum Galeni & antiquorum ſententiam: quam male intelligendo ſi deſtruxerit Veſſalius, poteſt omnibus immoteſcere, dum genus generaliſſimum, quod ab Ariſt. γενικωτάτων dicitur, faciat ſpetiem, cui à dialecticis ubiq; locorum reclamatum eſt. Quod autem ſymphyſis ſit genus quoddam diuerſum à Συναρθρώσιος genere, apertiſſimè expoſuit, nobis Galenus in libro de oſſibus cap. i. ubi ita ſcriptum

reliquit, modus autem (inquit) qui ossa componuntur, genere quidē duplex, alia enim per articulum, alia per symphysin, coniunguntur: hæc utraq; species habent, & differentias, sed eas, quæ ad articulationem spectant, iam retulimus, symphysis uerò illius, quæ ab alicuius corporis beneficio fit, has esse adponunt, quas ab intermedijs, hoc est, à cartilagine synchodrosin, à neruis syimeurosin, à carne synsarcosin appellari posse scribit Galenus, sed quia hæc simphysis uidetur habere differentias & species, quales habet articulatio, quæ est genus Συναρθρώσις, hac ratione credit Vessalius symphysin cum illa esse eadem, nesciens Vessalius ea inter se nimirum esse diuersa, ut declarauit nobis Galenus, quum dixerit articulum esse naturalē ossium compositionem, symphysin uerò esse naturalem ossium unionem, constat tamen (ut sonant Galeni uerba) unionem, & compositionem, alia & alia nobis indicare. compositio enim spectat ad diuersa quidem ossa, ut est tibia cum fœmore, radius cum humero, & alia id genus, unio uero ad unum os tantùm refertur, ut os maxillæ inferioris in extremis partibus uniri per symphysin dicitur, non autem componi, quia est unicum os, econtra tibiam alligari fœmori per articulum, qui est compositio, dicitur, non autem per symphysin; quia sunt diuersa ossa. Nec obstat, Galenum dixisse nonnulla maxillæ superioris ossa coniungi per harmoniam, quæ est species Συναρθρώσις, quia loquitur de suturis (quas nonnunquam uocat harmoniam, ut habetur in libro de Ossibus cap. iij.) quæ superiorem maxillam à capite & sphenoide osse discernunt, ut seipsum explicat

cat in eodem libro cap.ij.et.iij. Hæc sunt in quibus peccat Vessalius, quantum ad symphysin, quæ ab alicuius corporis intermedij auxilio committitur. In alia uero quæ nullius beneficio, sed fit, quia inuicem ossa coniunguntur, quantum aberrat, dum Galenum non intelligat, quæso attendendum esse. Quia dixit Galenus, ossa quę fungosiora molliaq; sunt, mutuò inter se coalescere, id falsum esse, scribit Vessalius. Etenim in Anatome contrarium esse cernitur; in puerilis enim quibus ossa fungosiora sunt, & mollia, symphyses intermedio cartilaginis fieri comperiuntur; sed nescit Vessalius, quòd quando Galenus dixit in utraq; symphysi, ossa quæ fungosiora molliaq; sunt mutuò inter se, siccioraq; uero densioraq; nonnullis intermedijs coalescere, locutum fuisse de ossibus, quæ à principio sui ortus talia se habent: quæ enim fungosiora & mollia, hæc absq; ullo intermedio à natura uniri potuerunt: quæ uero arida ac densa, opus fuit, si ea coniungi debuerint, ut natura usa sit aliquo medio, propterea et si in puerilis, quibus ossa fungosa sunt & mollia, symphyses medio cartilaginis fieri cernãtur, in senibus uero quibus sicciora ac densiora existunt ossa huiusmodi cartilagine aboleri comperiatur, nõ est tamen contra Galenum; quia id in eisdẽ partibus & puerulorũ, & senũ, nõ utiq; cernitur. In illis.n. partibus puerulorũ, quę per cartilaginẽ uniũtur, in eisdẽ senũ hę ita esse etiã reperiũtur; in quibus aũt ossa illorũ mutuò inter se cõiungũtur, in hismet horũ hęc ita sese habere cõperiũtur, præsertim quãdo etsi in puerulis omnia ossa dicãtur molliora esse, et fungosiora, sũt tamẽ aliqua quę respectu aliorum

sunt sicciora, ut satis illi constare poterit, qui in Anato micis dissectionibus uel exercitatum se iam fecit, uel seip sum plurimùm exercere uoluerit, quos nõ dubito esse da mnaturos Vessalium, qui parum se ostendens Anatomi cum, fronte perfricta Galenum nihil intelligendo, audet eius diuinitatem ueneno tabefacere: ò audaciam perditam? quot homines istis temporibus inueniuntur in huiuscemodi dementiam obscenè delabantes, qui (quod peius est) & si neq; in dialectices, neq; in aliarum bonarum artium methodis uersati fuerunt, os tamen in cœlum (ut aiunt) nõ uerentur ponere, damnantes, quæ non præcipiunt, sed more Andabatarum pugnãtes, huc atq; illuc præcipites feruntur: nescientes quò tandem se conferant, ad mendacia sese transferunt, sperãtes ex eis studiosis satisfieri, ut autumat Vessalius in suis prægrandibus Amphiarai coniectorum tabulis cap. 5. ubi quum ageret, de capitis figuris (ut rem propositam aggrediar) nihilq; haberet, quod in Galenum eructare posset, scripsit impudenter, se quintam à Galeno negatam, in. ix. de usu partium, Venetijs in Morione, & Bononiæ in Mendico, capitis figuram conspexisse. Porrò quantam adhibuerim curam, ut hanc uiderem, Dij immortales attestari possunt. Venetijs quendam puerum amentem, ac deformẽ, planè uidimus, qui quum esset intõsus, atq; adeo hirsutus, ut referret (quod aiunt aniculæ) Barabam, primo obtuitu uisus est etiam mihi, eum habere caput, quale existimat Vessalius, sed ut rem exactè agnoscerem, rogaui Barbitonsorem quendam, qui propè Plateam Mercatorum habitabat, ut pacisceretur secum, daretq; quã-

tum

tum uellet, dummodo tonderi ſe permitteret; cui tonſo, caput paulò longius quàm latius repertum eſt; Bononiæ multum curauimus, ut illum Mendicum uideremus, etenim iuimus ſæpenumero ad ſcalas ſancti Petronij, ad ſub ſellia ſancti Petri, ad cæmeterium ſancti Franciſci, ad Montem ſancti Michaelis in nemore, ad ſepulcrum ſancti Stephani, ad Porticus intemeratę Virginis Berracha ni, deniq; ad alia loca pia, ad quæ huiuſmodi mendici ſo lent accedere, deditaq; opera, unumquemq; deligenter animaduertimus, eorum qui in prædictis locis aderant, ſed nunq̃ data fuit uidendi eum ulla occaſio, quò fit Veſſalius eo tunc aliquantulum ſuſpectus mihi uiſus eſt, po tiſſimum quum aliquando Bartholomæum Maggium ui rum in Chyrurgia excellentiſſimum, iſthic Anatomen publicè profitentem, atq; Andream Albium eius ſtudio ſum, atq; alios pleroſq; de hoc interrogauiſſemus, qui nec quempiam unq̃ habuerunt, quem reſpondere potue rint, piæ tamen memoriæ mei Meloni: qui quum aliquã do unà, non minus exercitij, quam confabulandi gratia, deambularemus (quod non rarenter fiebat) dum iſthic in oçio philoſophiæ, ac liberalium Artium uerſati fui mus (etenim libido ſumma ac mutua inter nos confabu lãdi, dum licuit, ſemper extitit,) nobis obiecit, illum for ſan Veſſalium intelligere, quem Bononiẽſes Toſonum uo cant, quẽ dedita opera unà inuenire curauimus, cuius ca put tum paruum, tum multo longius, quam latius, nec mi nus acuminatum eſſe planè comperimus, quod eſſe græ corum φολον, uel ὀξυκέφαλον uel mauultis μακροκέφα λον, ut in libro de locis & aẽre ſcribit Hippocrates, di-

cere non erubescerem, si uiueret Melonus (utinam uiueret, multa enim in philosophia reliquisset, quibus eum & studiosum, & boni ingenij fuisse ac iudicij dijudicare mus) mehercle, id esse uerũ attestari posset: sed si quispiã forte fortuna credere non uoluerit, poterit ipse etiam experiri, uiuit enim adhuc ille homo, ut mihi relatum fuit. Id tamen uelim sciant studiosi, me ueritati semper studuisse, eosq;, qui in hac arte exercitantur, etiam adhortor, & moneo, ut quæ uera sunt, ea tantùm eligant, quæ uerò ab his abhorrere uidebuntur, ea sustinere omnino desinant, nec Chimeras fingant, ut in alterum uideantur dicere. Quandoquidem id execrandum est, quum studiosorum ingenia ab huiuscemodi distrahentur, potissimum si rationes sint in contrarium, ut hac in re est, in qua nescitur, cui credendum sit, Galenóne, an potius Vessalio, qui se uidisse proficetur. Galenus autem tantum in hac sententia est, excogitari quidem posse, sed fieri non posse, idq; nonnullis rationibus ita esse comprobat, quibus quantum in me est, & si in ea cognoscenda nunq; elaborassem, potius acquieuissem, quam ipsi Vessalio, qui sine ratione loquendo id fingit, quod in rerum natura esse nõ potest, immò eum cum Solino reponere mihi fuisset in animo, uel cum illis qui montes aureos se uidisse prædicarunt; sed estò, q̃ fuerit, nonne curare debebat (ut spectabat) eas reprobare, quas, & si dedisset operam, nec sciuisset arbitror, quum res aliter se habere non possit, ut ingeniosissimè scripsit Galenus. sed si quispiam erit adeo ceruicosus, ut potius adhibere fidem uelit Vessalio, quam Galeno, eum ἄλογον appellare mihi licebit, quum

nesciat,

neſciat capitis figurã propter ſuturas; ſuturas autẽ ut à miningibus alligetur cerebrũ cum caluaria, idq; à natura fuiſſe factũ propter alios uſus, quos exponemus; quæ de cauſa quatuor duntaxat capitis figuræ eſſe potuerunt; quarum prima eſt illa omnium, quæ naturalis eſt, quæ potiſſimum oblongæ ſpheræ (ut Author eſt Galenus in.x. de Vſu partium, in lib. Arti Med. cap. ix. in lib. de oſsibus cap. i.) ſimilitudinem nobis repreſentat; quæ tamen priorem ac poſteriorem partem habet prominentiorem, in eoq; tres ſunt ſuturæ, duæ quidem tranſuerſæ, quorum altera in occipitio eſt, quæ à literæ λ ſimilitudine λαβδοειδῶν nominant: in ſincipite uero eſt altera, quàm græci στεφανιαίαν dicunt, noſtri coronalem, quandoquidem coronæ in ea potiſsimùm capitis parte collocantur, tertia à medio poſterioris per capitis longitudinem ad mediam uſq; anteriorem extenditur, hanc græci ὀβελαῖαν uocãt, noſtri ſagittalem, quod ad inſtar ſagittæ, per uerticem rectamq; capitis longitudinem incedat; unde etiam à uirgæ ductu ῥαβδοϊδὼς fuit à græcis nuncupata. Alia uero eſt quæ huic naturaliter ſeſe habenti planè eſt contraria; quãdo ſcilicet caput ambas amiſerit eminentias, occipitis uidelicet alteram, reliquã uerò frontis, æquale autem ſit undiquaq;, et quaſi perfecta ſphæra. Huius autem ſuturæ. χ. græcæ literæ ſunt ſimiles, duabus tantùm ſuturis ſeſe in duo interſecantibus, altera quidẽ ab aure una ad alterã tranſuerſa, altera uerò recta per mediũ uerticẽ ad frõtẽ media extẽſa. Duę uero aliç figuræ ſunt hę quorũ altera quidẽ in frõte, altera rurſus in occipitio nulla habet eminẽtiã, quarũ quũ para

altera capitis exuperat, altera longior existens, æquum fuit, eam partem, quæ longior esset, plures habere futuras, sic quãdo pars utraq; est æquabilis, numerũ etiam futurarum ipsis æquabilem natura distribuit, in capite uerò, quæ in occipitio nullum habet rumorem, futuræ quidem manent sagittalis, & coronalis, perit autem labdoides. Hæc enim deperditæ eminentiæ erat propinqua, unde ex duabus his futuris figura fit. T. græcæ literæ adsimilis, quemadmodum sanè & cum capitis eminentia in fronte perierit, simul quidem cum ipsa perit & coronalis, reliquitur uero sola recta, uel si mauultis, sagittalis cum labdoide. Rursus etiam figura hæc compositionis similis T. græcæ literæ efficitur, hæ quidem solæ quatuor capitis figuræ esse possunt, quæ sortitæ sunt à natura, quicquid ab ipsa fieri potest. Porrò si daretur alia figuræ species, iam animal monstrum esset, nec posset uiuere, ut acutissimè uoluit Galenus. Etenim necesse esset, ut illa haberet aliam ab his diuersam compositionem, quod fieri non posse satis constabit illi, qui futurarum usus exactè cognouerit, quæ secundum capitis figuram, (ut exposuimus) à natura nihil agente frustra machinatæ sunt, ut per has crassa Menix, quæ à barbaris dura Mater dicitur, suum cerebro præstaret usum; connectit enim cum ossibus fortissimè quidem, per futuras tum labdoidem, tum eam quæ recta secundum cerebri longitudinem fertur, à nostris sagittalis dicta, non tam fortiter autem per coronalem. Iam uerò (ut omnem eius usum enarrem) & alia pleraq; tenuia ligamenta uelut fibras quasdam partibus cranei superioribus inserit, atq; obliquis, à quibus

bus omnibus & præterea uasis penetrantibus crassa Me
nix sursum tenditur, proximaq; fit ac contingit ossa, par
tibus uerò anterioribus, ac posterioribus membrana qui
dem ab ea nulla eiusmodi producitur, qualis partibus su
perioribus pericranios membrana, sed propagines has
ad nares & palatum habet, parua quædam, ac imbecil
la ligamenta. Merito igitur tenuia illa ac multa ligamen
ta ualidiora in partibus illis adepta est, ut quod deest,
id ex ipsis pensetur. In ipsa porrò basi pauca habet, eaq;
imbecilla, ut in plerisq; locis deesse uideatur. Ibi enim su
peruacaneum erat ligamẽtis fortibus, ossibus ipsam con
nectere, quum suopte nutu, ac pondere deorsum semper
feratur, in omnibus autem alijs partibus, ut laxitatem ce
rebro dilatando, ac comprimendo præbeat spatiosissi-
mam, factum iure est, ut plurimùm ab eo secederet, seor
sumq; ad craneum extenderetur. Meritò autem crassior
infernè extitit, ut quũ cerebrum in ea omnino esset firmã
dum, nullum ei exhibeat dolorem, penitusq; ab eo subia
centium ossium duricies non sentiatur. at in plexu reti-
formi duriorem quoq; ipsam non modò crassiorem natu
ra effecit, ut sit uelut os cerebro substrata, quod ea par-
te est confertissimum, néue pondere depressa arterias ibi
coarctet, aut comprimat, cuius portionem quandam ab
ea productam retiformi plexui substrauit, quam haud-
quaq; etiã à subiectis ossibus comprimi oportebat; quod
etiam esse potest argumentum non minimum diuinæ pro
uidentiæ, quæ solertem ualde ac ingeniosam sese prestitit,
non solum hic, sed etiam in cæteris corporis partibus, po
tissimum tamen in capitis structura: in qua quidem solæ

prædictæ

prædictæ capitis ſuturæ numero, ac ſitu, iuſtè à natura cuiq; figuræ ſunt ita diſtributæ, ut aliter eſſe non poſsint. Porrò cõſentaneum fuit unam per medium capitis, duas autem eſſe tranſuerſum, in naturali capitis figura, quæ omnium eſt optima, quum optimam omnium ſortita ſit compoſitionem. Etenim conſtat in hac ualidiorem & commodiorem connexionem eſſe factam, quandoquidem craſſa Menix per ſuturas, per quas oportet cerebrum cõnecti oſsibus, nam per labdoidem ac eam quæ recta per cerebri longitudinem extenditur, fortisſimè quidem, nõ tam fortiter autem per coronalem, quod non ſine artificio à natura quidem ſaga factum eſt. Etenim quum moueatur caput, ſemper ſuapte natura antrorſum potius, quàm aliorſum, id fieri aliter non potuit, ne animal in nullam incurreret noxã. Porrò ſi cerebrum per labdoidem & ſagittalem à miningibus oſsibus non eſſet fortiter annexum, contingeret cerebrum non eſſe firmum, ut eſt, ſed uacillare, qa ſi ligamẽta eſſent imbecilla, neceſſariũ eſſet quũ cerebrũ ſit graue, & antrorſum quotidie in itinere magis deſcẽdẽs, ut in motu, uel cederẽt uel dirũperẽtur, unde immineret periculum, ne ab oſsibus obuiãtibus, etiã in quocunq; leui motu, offenderetur, quod omnino eſſet cauſa, ut animal, ſicuti acutiſsimè ſcripſit Galenus, non poſsit uiuere: unde natura hęc prouidẽs, nõ ſine ratiõe in partibus poſterioribus ligamentis uſa fuit ualidioribus, ĩbecillis aũt in anterioribus, qa antrorſum frequẽter mouetur cerebrũ, rarẽter uero poſtrorſum, idq; ſit de omni capitis figurarũ ſpecie: quæ in hoc tãtũ differũt, quod in quibus utraq; eminẽtia, uel anterior aut poſterior perit,

in his

in his crassa Menix per sagittalē solā laborat (ut melius potest) totū opus suscipere, ut nulla possit insequi noxa, quę sequeretur nisi cerebrū in partibus superioribus cōne xum esset, in naturali.n. (ut diximus) per labdoidē et sa gittalem fortius, per coronalē uerò debilius, in alijs autē per sagittalem quò ad fieri potest, & in supernis et infer nis partibus, ut requirit capitis figura, fortius tamē sem per posterius propter causas iā assignatas. itaq; qs erit tā mētis inops qui uelit credere quintā capitis figurā pos se dari? Mehercle stultior (ut aiunt) esset Meletide, uel si mauult Corebo. Porrò manifestū est, si ea daretur, neces- se esset, ut cōtrariā naturali cōpositionē sortiretur, etenī haberet & coronalem, quę tūc alio noīe esset appellāda, et labdoidē, quę uel in dextera uel in siniſtra parte indif- ferēter à retro ad ante se extēderet, sagittalis autē quæ est recta, trāsuersa à siniſtra aure ad dextrā efficeretur, unde si huiusmodi daretur figura, quo modo crassa Me- nix per suturas cerebrū cōnecteret, fortius ne per futurā dextrā; & debilius per siniſtrā; an ecōtra? uel potius per rectā, sagittale nominatā, tātū id efficeret, si quidē per su turā dexterā. fortius id cōtīgeret, et debilius per siniſtrā, uel ecōtra, ad quid hoc feciſſet natura, nihil agēs frustra. nō.n. ob id ut firmaretur cerebrū, ne prȩcipitaret nec dex trorsū potius q̄ siniſtrorsū, qa si id timuiſſet natura, iā in naturali capitū figura. fortia etiā effeciſſet ligamēta, uel in dextra, uel in siniſtra parte, quod nō fecit, unde hoc fe cit tamē in partibus īferioribus, ubi opus erat, nō aut in dextra, nec in siniſtra parte, qa incōsentaneū fuiſſet, alio qn eēt credere naturā īnecessarijs defeciſſe, qđ alienū ē,

& absurdum

& absurdum. Atq; idcirco dubium esse potest nemini, quod si daretur hæc quinta capitis figura, esset necessarium, ut cerebrum à Miningibus, uel in dextra, uel in sinistra parte, per futuras ossibus connecteretur, nullumq; in anterioribus & in posterioribus partibus ligamẽtum esset factum. Quod si ita esset, quomodo se haberet animal, omnibus satis potest innotescere, quum ante & retro cerebrum præcipitaretur, etenim si caput inclinaretur ad anterius, si uerò reclinaretur ad posterius, totum eius cerebrum dilaberetur. Quod, mehercle, ineuitabilis esset, ac animalis non multò post futura mors, potissimũ quum (quod plus est, ut sapientissime tenuit Galenus) per labdoidem Menix sursum trahat corpora, posteriori uentriculo incombentia: per coronalem uero, quæ per medium anteriorum uentriculorum fertur transuersa, medium cerebri locum eundemq; quàm plurimùm in sublime tollat, ab omniq; compressione uẽtriculos uendicat, quos omnino comprimi, grauari, ac arctari, contigisset, nisi Menix hac capitis parte fuisse locata, idq; extat in naturali capitis figura. in reliquis autem in quibus, uel labdoides, uel coronalis, aut utraq; perit, per sagitalem, quæ restat fieri, omnibus est in propatulo. Neq; enim quemadmodum cordis uẽtriculi propter corporis ipsius duritiem nunq̃ comprimuntur, quanquam nullum in eo externum habeant præsidiũ, ita qui in cerebro sunt adeo molli, ab omni compressione absq; ullo externo auxilio immunes esse poterant: quod si præstantissimus Vessalius mehercle animaduertisset, nequaq̃ ausus fuisset dicere, se Bononiæ, Venetys, atq; alibi, quintam capitis figu-

ram

ram conſpexiſſe, quia ſi ea daretur, ſatis omnibus conſtat, quod animal non poſſet uiuere, quum nullas haberet futuras, per quas cerebrum in ſublime tolleretur, ne anteriores ac poſteriores uentriculi arctarentur, niſi in parte uel ſiniſtra, uel dextra potius eſſe poſitos iam crederet Veſſalius. Quod opinari, quàm ridiculum, & abſurdum, omnibus apertiſsimè notum eſſe arbitror, quum alias partes, per quos fiunt uſus, etiam mutatas oporteret eſſe. Etenim olfactus, qui per nares in anterioribus cerebri fit uentriculis, opus eſſet, ut aut per alteram aurem efficeretur, aut naſus in dextra uel ſiniſtra parte eſſet locatus. Itidem de cæteris partibus, per quas alij etiã fiũt uſus, eſſet dicendum, quæ ſi darentur, iam monſtrum eſſet, ut optimè ſenſit Galenus. Propterea arbitror fore neminem, qui ueritatis amatorem ſe præſtiterit, pro mẽdace non ſit habiturus Veſſalium, nec minus acerrimè pro Galeno pugnaturus, qui iure optimo dixit, eam excogitari quidem poſſe, fieri autem non poſſe, quia ſi ea daretur, animal iam monſtrũ eſſet, nec poſſet uiuere; idq; non ſine ratione, ut uiſum eſt. cui & alteram non minorem (ut res magis innoteſceret) adiungere Galenus nõ prętermiſit, quę hęc eſt: ſi quidem ea daretur, non poſſet eſſe, quin aliquid etiam de ipſo cerebro deperderetur. Quum enim retro ἐπεγκρανίδες, ante uerò ad oculos & nares apophyſes poſitę ſint, iure optimo caput naturale prælongæ ſpheræ fuit aſsimile, eminentiaq; tam poſterior, quàm anterior, aut utraq; ſimul poſſunt interdum amitti, non tamen eò amiſsio hæc poteſt progredi, ut aliquid etiam de ipſo celebro ſimul deperdatur. Quod certè omnino

tè omnino usu uenit, si ad aures dimẽsio eam quem secundum longitudinem superarit. quod fieri nequit, nam (ut res clarius manifestetur) fatentur omnes tam medici, quàm philosophi, secundum hos ex quibus diuinus Plato fuit unus in Thimeo, qui uoluit naturam principiò capitis figuram finxisse rotũdam ad mundi similitudinem, secundum illos autem, ut ea minus iniurijs exponeretur, etenim sola figurarum rotunda ad uix patiendum exquisitè comparata est, ut quæ nullum expositum angulum frangi potentem habeat. Quocirca naturale caput rotundum est, sed quum retro ἐκπεγυραγὲ; et ante ad oculos & aures apophyses habeat, iure optimo prælongesphæræ fuit assimile, si igitur natura uellet secundum latitudinem figuram capitis oblongam efficere, necesse esset, ut de cerebro deperderetur, sit enim pars anterior. a. iuxta quod sit. b. à quibus duo gradus in capite naturali, in alijs autem unus intersit, pars posterior sit. e. propè quod per duos gradus etiam in capite naturali, in alijs autem, per unum etiam sit. d. Dexterior uero pars sit. f. sinisterior autem. g. intersint. ab. a. ad. c. duodecim gradus, in capite naturali, in alijs uerò undecim, octo autem à. b. ad. d. f. uero nouẽ. ad. d. igitur demẽsio quæ erit secundum latitudinem, si debet esse longior, nonnè opus ut de ipsis deperdatur. a. scilicet &. c. supersunt. n. b. &. d. à quibus distant octo gradus secundum longitudinem. f. uerò &. g. nouem secundum latitudinem, sed ut tandem rem finiamus, hæ sunt rationes, quibus Galenus persuasus non sine causa affirmauit non posse dari quintam capitis figuram: quibus etiam motus Hippocrates quatuor

omnino

omnino figuras, & cuiusque futuras quomodo paulò ante habere diximus, astruxit, nusquam in suis commentarijs quintæ capitis figuræ mentionem faciens, à quibus arbitror deuiatũ fore neminem, qui ipsos sedulò, ac studiosè perpenderit, quas & si Vessalius etiam intellexisset, non mehercle fuisset ausus fingere se illam conspexisse. Proinde quis negabit eum esse in Nassam, ex qua exeat si potest, eumq; non Damam Damiani tritamen, sed dominum Brutoq; liberiorem salutabo. Præsertim si in alijs etiam in quibus damnat Galenum, huiuscemodi se præstiterit, quantùm tamen liceat primò examinare, de osse, & eius usu, quod à cunei similitudine græci Σφηνοειδὲς, latini uerò cuneiforme nuncupant, quod scripsit Galenus in.ix.de usu partiũ, sub cerebri basi locatũ esse, cribri similitudinẽ referens, ut pituita per id trãscoletur, sed id falsum esse iactat Vessalius in suo prægrãdi Antiphontis opere.i.ca.xii.in.vii.ca.xi.ubi nõ cribri nec spongiæ modo extructũ, sed leue esse, ac solida cõtinuaq; constare squama, atq; ĩtus cauitates, quæ, nisi effracto prius osse, non uisuntur, plerunq; amplas continere, per quas, quũ forinsecus nullæ sint, pituitam haudquaq; descẽdere est in sententia, in qua Vessalius quantum mehercle mentiatur, unusquisq; facilè experiẽdo, scire poterit. Etenim si Σκελετῶν copia non sibi affuerit, ubiq; locorũ adsunt sepulcra caluariis plena, ex quibus licebit certiorem fieri, sicuti nos etiam fecimus, dum in hac re, atq; in aliis plurimum angeremur. Nam (ut fatear uerum) postquã Vessaliũ plus iustò in Galenũ acerbatiorẽ uidimus, dubitare occepimus, cui potius credẽdũ esset. in his enim quæ

acutissimè

acutissimè memoriæ prodidit Galenus, acerrimum pugnatorem esse Vessalium semper comperiebam, unde admirabar plurimùm de tanto homine, qui fuit Galenus, in his ita pueriliter cæcutiuisse, quum scriberet Vessalius res aliter longè se habere, quàm meminerit Galenus. sed testor Deum Opt. Max. postquàm rem adoriri cœpimus, ut ab hoc suspectu, qui habebatur in Galenum, uendicaremur, hunc hominem mendacem esse statim comperimus; quapropter eius malitiam deperditam, ac temeritatem non ferẽdam, eò tunc detestari non desinimus. nec mihi persuadere poteram, quæ furiæ hunc hominem exagitarint, ut in has prorumperet ineptias, nisi fortasse illum imitaretur, qui Dianæ Ephesiæ templum incendit, ut ad hominũ peruenirent ora, quod assecutus est, ut optabat, sed notus, ut dignus. Arbitror enim fore neminem, qui Galeni studiosum, ac in Anatome exercitatum se præstiterit, non calumniaturus sit Vessalium, tanquàm hominem adeo uaniloquum, ut ex eo nulla certa possit haberi ueritas, præsertim dum fingit in humanis corporibus reperiri posse, quod non datur, quod autem datur, non posse, ut de Galeno malos rumores excitando, ipse solus in hac disciplina uideatur esse primarius; de quo nisi certus essem eum apud studiosos iam esse cognitum, non uererer suis depingere coloribus, ut sua manifestaretur, tum arrogantia, tum malitia, qua usus est in Galenum, omnium in Anatome facile principem. sed si Vessalius, nec arrogantia, neq; malitia hoc factum esse contenderit, id tamen cæcitati erit ascribendum. Etenim nullus est tam Myops, qui non fateretur,

cuneĩ

cuneiforme os ad instar cribri perforatum esse, si in calvaria admodum exiccata conspexerit; sed arbitror in cadaueribus recentibus, quæ studiosis administrabantur, Vessalium inspexisse, in quibus potest esse, ut illud foraminibus non uisum sit peruium, ob pituitam crassam ibi infarctam, sed in exiccatis ualde, ac uetustis, quia ille humor iam aboletus fuit, manifestè apparent foramina non admodum exilia cribri similitudinem referentia, de quibus (si forsan mihi credere nolueritis ob summam quam habeo erga Galenum beneuolentiam) sunt etiam pleriq, studiosi alij hic Vercellis in hac disciplina profitentes, qui attestari poterunt, potissimùm noster Franciscinus Bursa Casalensis huius rei admodum studiosus, quam ullus alius, mactæ uirtutis, atq; excellentis ingenij iuuenis, chirurgus nostri Illustrissimi Sabaudiæ Ducis, qui quum huiuscemodi uiderit, malam de Vessalio opinionem etiam habere cœpit, quam arbitror & alios omnes habituros esse, qui huic negotio non modo librorum lectura, uerùm sedula etiam inspectione, fideq; oculata, cuiusq; tum ossis, tum alterius humanæ partis speciem accuratè examinando, nauare operam non grauabūtur, de qua re plurimùm doleo, quod cum maiori ipsorum parti, ut hæc ostenderem, adesse non potero, sed hos quę so absentiæ nostræ cum summa eorum diligentia uelint satisfacere. Nos autem in præsentia, quibus rationibus erit concessum, humanas partes ita esse, ut meminerit Galenus, tantum persuadere conabimur. Itaq; (ut rem cœptam peragamus) dubium potest esse nemini, cuneiforme os ad instar cribri fuisse factum, oportere ut pituita

per illud haberet euacuari. Etenim meatus qui ad palatum descēdunt, alter quidem ex fundo medij cerebri uentriculi profectus, fertur deorsum, reliquus uerò emergit quidem à meatu qui cerebrum cerebello connectit, fertur aut obliquus deorsum, uersus alterum. qui uerò primum in idem simul conuenerint, locus quidem communis utrosq; excipit, cauus, ac decliuis, cuius labrum supernum absolutus est circulus, inde autem semper magis ac magis arctatus, descendens in subiectum adenem immittitur, amplæ sphæræ simile, manifestamq; cauitatem habentem, excipit autem hunc cunei forme os, frustra tamen nisi cuidam cribro simile in palatum desineret, ut excrementa, quæ per adenem ad ipsum fuerunt transcolata, per idem euacuarentur. Quod si non fieret, ad quid illas, quæ intus effracto osse conspiciuntur esse, ut admittit etiam Vessalius, natura fecisset cauitates, nisi ut pituita, quæ per externa ingreditur foramina, per eas paulatim descendendo ad palatum transcolari haberet, alioquin illas fuisse factas incassum fateri cogeremur, præsertim si per aliam uiam excerni pituitam oporteret, ut malè autumat Vessalius, qui nescit, ut constat, quid in Galenum blatiat, quum illarum cauitatum functiones, ac usus sicco pede pertransierit. quos si Vessalius diligenter examinasset, sine dubio nunquàm huiuscemodi effutisset ineptias, quas mehercle, arbitror fore neminem, qui alicuius sit iudicij, dum adeo sint absurdæ, ut ne uetulæ quidem in eas prorumperent, indignè possit sufferre, nec minus illas, quas sexcenties in Galenum etiam ingerit; sed quia palati & nasi meatus cerebrum purgantes mutuis

foraminibus

foraminibus quidem in idem conueniunt, operę pretium erit, de nasi ossibus, & eorum usu, priusquam de cæteris, ut in præsentia nos aganus. Porrò Vessalius non his exaturatus, quibus debacchatus est in libro, cui titulus est de Humana fabrica, nec ueritus est etiam in libro qui de radice Chynæ inscribitur, petulanter Galenum in pugnam lacessere. scribit enim se admirari plurimùm, cur Galenus in. viij. de usu partium, illa à spongiæ similitudine σπογγοειδῆ potius, quàm à cribri similitudine ἰθμοειδῆ appellari maluerit, quum eius foramina ad cribrum magis sint conferenda; sed quantum etiam sit mendax Vessalius, qui ea uiserunt, attestari possunt: uaria enim habent foramina, quo modo spongiæ, neque ea habent recta, ut cribra, ipsa tamen dura menix quæ cerebrum contigit, instar cribri est tantum perforata: at præposita ipsi ossa magis adhuc uariè & quemadmodum spongiæ meatus, neque ex directo sibiipsis respondent, neque recti planè omnes; & quanquam nonnulli eorum sunt huiusmodi, plurimi tamen sunt tortuosi & anfractuosi, adeo ut iure optimo σπογγοειδῆ potius, quàm ἰθμοειδῆ appellare satius fuerit. Nec erit ceruicosus admodum Vessalius, ut illa cribri foraminibus conformia, reperiri magis uelit: quandoquidem id non posse omnino esse, porrò demonstratur. Etenim oportet, ut ea spongiæ potius quam cribri modo essent extructa, ut alia atque alia periodus longa prius ei sit conficienda, quod per ea ad cerebrum peruenturum est, ne scilicet aliud corpus durum quoddam extrinsecus inci-

dat, neq; etiam uiribus integris, aër frigidus inſpirantibus nobis, recta in cerebri uentriculis ſeſe inſinuet. Non enim ſemper eramus inſpiraturi aërem moderatè frigidum, ſed nonnunquam frigidiſsimum; quòd ſi recta in cerebrum incideret, ipſum profectò immodicè refrigerant, omnemq; uitam in periculum adduceret. Propterea quis erit, qui cum Veſſalio ſentire uelit? mehercle expers eſſet omnino mentis. Non enim eſſe poteſt, ut natura inſtar cribri illa planè effecerit, ſiquidem (ut ſolita eſt in cæteris omnibus) ſe nobis admodum ſagacem præſtare uoluiſſet, de qua (ut liquet) iſte Veſſalius, ut penè alter Epicurus, diuinam prouidentiam tollere non erubeſcit, ut Galenum perturbare uideatur, qui quod multo melius in re ac eorum nomenclatura Veſſalio ſenſerit, arbitror unicuiq; perſpicuum eſſe, præſertim quum ſi quicpiam celeriter ex huiuſcemodi corpore eſt elapſurum, ut comprimatur hoc corpus undiq;, planè oporteat, ut ſpongia manibus, quod mehercle non contingeret, ſi cribri modo (ut obſtrepit Veſſalius) eſſe peruium. Etenim pituitæ diſtillationem abſq; quòd uehementer emulgeretur, nec tempore multo paulatim tranſcolaretur, & repentè & confertim effluere ipſam oporteret, quò fit hãc uiam ad pituitæ euacuationem priuatim paratam eſſe, quando animal omnino rectè ſe habet, alimentumq; bellè uincit, ac percoquit, quum tanta excretionis facilitas ſequeretur, liceret affirmare, quod omnino uerum eſſe abnegat Veſſalius, innuens tamen hanc fuiſſe Galeni ſententiam. Sed quantùm aberrat hic homo, quis neſcit, porrò Galenus in libro prȩcitato ſic ſcriptum reliquit: pri-

ma,

ma,(inquit)utilitas ipsorum à cerebro,in nares foraminum,propter quam potissimum facta sunt,nõ superfluorum est excretio, sed ea quidem ex abundanti cerebro male affecto est subsidium. Hæc quidem Galenus, qui etiam eodem in loco quando cerebrum ex abundanti non afficitur,præter hæc,ponit alios duos,qui per palatum in os totius cerebri excrementa eructant, quos quidem purgando cerebro solos duos sufficere,est in sententia,cuius impudens Vessalius, sibi ascribendo,non ueritus est, se illius plagiarium esse,ut sua omnino agnoscatur temeritas,quæ qualis sit,arbitror eam apud plerosq; omnes iam notam esse,dum in alienis inuentis se ingeniosum facit; atq; idcirco quis ex medicinæ studiosis,hunc hominem explosum iri posthac dubitabit? Præsertim quum Galeni placitum de Anatome ac partium usu calummiare assumpserit prouinciam, sed constare potest quanta ueritatis sit uis,quæ è pectore nolentis & non sentientis erumpit,in quam utinam Vessalius,ut in hanc,ita & in alijs incurrisset, ne studiosi in hac medicinæ parte haberent hæsitare,quò in ea uersari non deterrerentur,sed arbitror ex eis nonnullos fore, qui ad illam rimandam ardenter & accuratè magis incitabuntur,sibi persuadentes illud Platonicum, quæ difficilia,esse pulchra, in quibus(credo) non parua capietur animi delectatio,præsertim quum res pertractando,illustrabitur, sciriq; poterit,quorum alieri à posteris plus fidei habendum sit, siq; Vessalius rationem habet,ut in Galenum acerbissimè dentes acuat,uel potius excogitatis fictisq; criminibus eum petulanter infestando,moliatur insidias, quod

quidem (ut mea fert opinio) illi magis ascribendum est, manifestè apparet, ex his, quæ dicta sunt, & quæ posthac dicentur, sumpto tamen exordio à maxillis, quæ deinde præseferunt examinandas. In quibus Vessalius suo libro, qui tam prolixus est ut Lyci commentario iure optimo comparari posset, ubi cap.ix.&.x.primi libri improbat Galenum, tanquàm is non hominum, sed canum aut simiarum eas dipinxerit; sed miror plurimum de hoc homine, quomodo id Galeno imputare uoluerit, quum clarissimè in.xi.de usu partium scriptum reliquerit hanc uerborum seriem ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ βραχὺ τ' ἄκρων ἡ φύσις ἀποχωρεῖν εἴωθεν, ὡς τοῖς τῶν ζώων γένεσιν, ὡς καὶ τοῦτ' ὑπ' Ἀριστοτέλους ὀρθῶς ἐπιδεδείκται, διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν οἱ πίθηκοι μετ' ἀνθρώπους ἐπιμηκεστέραν ἔχουσι τὴν γένυν, εἰδείχθησαν γὰρ οὗτος πολλάκις ἤδη καὶ πρόσθεν, ἀνθρώπου γελοῖον εἶναι μίμημα, δευτέρα ἢ καὶ τρίτα, καὶ τἆλλα ἐφεξῆς ἅπαντα κατὰ τὴν οἰκείαν τάξιν. Hoc est, at quoniam à breuitate extremorũ natura in animalium generibus discedere consueuit, ut id quoq; ab Aristotele recte proditum est, atque idcirco primùm quidem simiæ, secundariò homines genam adeptæ sunt longiorem. Demonstrauimus enim antea ridiculam esse hominis imitationem, secunda autem, tertia, & alia deinceps uniuersa, secundum proprium ordinem. nec obiurgabit Vessalius Galenum de gena inferiori tantùm intellexisse, de altera tamen tam hominis, quàm simiæ, non esse dissimilem, uoluisse, quando quidem satis constare potest, si inferna est dissimilis, necessarium esse, ut etiam sit superna, alioquin periret earum

rum usus. De eo autem quod Galenus imputatur perperam scripsisse, in. xi. de usu partium, maxillam superiorem esse medullæ expertem, necminus inferiorem, si diutius concoquatur, aut exsiccetur, in summa menti extremitate laxari, ut etiam uoluit in libro de ossibus cap. vi. iam reor studiosos in Vessalij sententiam haud ituros esse, propterea quia Hippocrates, atque alij antiquiores, qui accuratè ossium naturas explicuerunt, quos habuisse oculos ac perinde lynceos fuisse, ut Vessalium, porrò est credendum, ita etiam dixerunt, ut scripsit Galenus: qui oscitantiæ nec etiam est arguendus, & si senserit maxillæ inferioris os non esse simplex, ut in. xi. de usu partium, in libro de ossibus cap. vi. & alijs in locis, sed per symphosin uniri, ut uoluit eodem in libro de ossibus cap. i. quam Vessalius in puerulis tãtum comperisse, scriptum reliquit: in alijs autem, qui grandiores sunt, nequaquam, atq; ideo tamen duplici osse constare eam, inquit, non uelle asserere, quandoquidem Galenus occipitis os, & quæ ossi sacro nectuntur ossa, ac uertebras pluribus ossibus uniri, non edocuerit. Sed de uertebris equidem nihil, quod scribam, in præsentia me habere fateor, nec hactenus ullo in loco animaduertere potuimus, Galenum uoluisse, ipsas ex pluribus ossibus extructas esse, immo arbitror eas ex uno osse, nec ex pluribus unquam constare posse, ipsius fuisse sententiam. cui uidetur annuisse forsan Hippocrates, etiam in tertio de Articulis Aphorismo nono, quum dixerit, si id os uergat in partem anteriorem, si enim id non esset simplex, dixisset equidem, si hæc ossa uel ex his extructum,

in partem anteriorem, sed dixit, si id os, ut ostendat nobis illud simplex esse, cuius luxationem à se inuicem, quia non potest dari, ideo nec curauit ponere, sed si Vessalius erit contumax reluctator, ut uelit id ex tribus componi, in puerulis fuisse obseruatum, illi potest responderi, quod ipse in Galenum protulit, de maxillæ inferioris osse, quando in paulò ante enarratis negauit, non esse simplex; quia si tenet ipse os maxillæ, licet in puerulis reperiatur; in summa menti extremitate laxari, quod ob id tamen duplicí esse constare non uult asserere, pari modo dicemus nos cum Galeno, quòd si obseruetur uertebram in paruulis luxari, quòd ob id nos non uelimus asserere, quod ex tribus quàm ex uno ipsa consiet: quæ ratio est admittenda, quum illi par insit. De structura autem illorum, quæ ossi sacro connectuntur, ossium, potest esse, quòd Galenus fecerit mentionem in libro de ossibus cap. xx. quando ita scripsit, rectis, (inquit) ab utroq; latere magnisq; sacri ossis processibus, duo quædam ossa apposita adstructaq; sunt (ab ossibus scilicet subaudiendum est, quia subiungit) quibus integris, nullum nomen inditum est. Sed si Vessalius id abnegabit, non subterfugere tamen ullo modo poterit, de osse occipitis, etenim in xi. de usu partium id uniri, clarissimè Galenus exprimit. Porrò, inquit obscura in ossibus densissimis futura est, cuiusmodi est occipitis, frontis, palati, & summæ maxillæ, atq; ideo Vessalius non admodum studiosum, ut profitetur, se fuisse omnino demonstrauit, quod mehercle parum esset, si inscitiæ suæ tantùm fuisset adscriptum, ed non possum non demirari hunc hominem, qui Galeno impu-

imputauerit, quod ſuæ pigritiæ potius erat attribuendum, profectò arbitror fore neminem, qui eius non ſit futurus calumniator perpetuus, quum Galenum non modo non legere, uerumetiam deuorare non curauerit, ne unquam in huiuſcemodi errore deprehendi potuiſſet, ſed id omnibus in propatulo eſt illi maximo eſſe dedecori, quũ repræhendat Galenum in his, quæ & ſi ob ſuam ignauiã non legerit Veſſalius, ab eo tamen fuiſſe tradita comperiuntur. Quod manifeſtum eſt poteſt, non ſolùm ex prędictis, ſed etiam ex ſexcentis alijs locis de quibus poſterius, ut opus erit, nos agemus, incipientes, ut oportet, à dentium cauitatibus, quas Veſſalius à ſua in Galenum non deſiſtens maleuolentia, in libro cui de radice chynæ titulum indidit, in hac quidem ſententia eſt, Galenũ haud cognouiſſe. ſed quomodo id poteſt aſſerere Veſſalius, quum Galenus in quinto, de Comp. med. ſecundum locos cap. viij. & in. xi. de uſu partiuu et aliis multis in locis apertè ſcripſerit, dentium radices habere quidem neruos imo etiam alio in loco in. ix. de uſu partium, ſcriptũ multò clarius nobis reliquerit, ipſos ligamentis fortibus, prę ſepiolis quæ φατνία à græcis dicuntur, eſſe alligatos, & potiſſimùm ad radices, præſertim quando ſcribitur ἵνα πρὸς τὰ νεῦρα καταφύεται, hoc eſt, ubi & nerui inſerũtur, quod manifeſtare quidem poteſt, Galenum utiq; uoluiſſe ipſorum radices eſſe cauas, alioquin non dixiſſet in ipſorum quidem radicibus neruos inſeri, quomodo enim ipſi dicerentur inſeri, niſi darentur cauitates? quæ quidem tot eſſe comperiũtur, quod radices dentibus obtigerunt. Atq; ideo credendum eſt, eas ab immẽſo rerum opifice

opifice fuisse factas, non ut leuiores essent dentes ut in suo præmaximo libro primo cap. xi. autumat Vessalius; sed ut ij arctius in suis alueolis & firmarentur, & mollium cerebri neruorum (ut author est Galenus in libro de ossibus cap. v.) essent participes, quò sentiendi uim possent obtinere, quod indicium esse potest, si dentes recenter eruantur, in illis equidem nulla cauitas in cõspectum uenit, ob neruos eas implentes, si uerò ualde exiccati dentes franguntur, manifesta cauitas apparet, quum nerui, tum ex siccitate, tum quandoq; ex carie aboleti sint. Nec illam licebit expendere, ut existimat Vessalius, in dentium erosionibus, quia satis constat omnibus, ex humorum acrium & erodentium influxu eam fuisse factã, sicuti in cute non rarenter contingit, atq; ideo experiundum esse arbitror in his, quos ab omni noxa immunes esse uiderimus, in quibus mehercle ita comperietur esse, ut memoriæ prodidit Galenus, quem neq; in ipsorum radicibus improbandum esse censeo, ut inuerecundè boat Vessalius, in libro cui de radice Chynæ titulus est, quandoquidem Galenus huiuscemet est quidem sententiæ, cuius est etiam (ut ueritas exigit) ipse Vessalius in suo prægrandi libro primo capi. xi. Sed arbitror Nicolai Regij translationem fuisse in causa, ut hic homo in has ineptias incurrerit, quare ut quilibet ueritatis studiosus percipere ualeat, quæ nam sit de his Galeni mens, placuit uerba, ut in græco codice iacent, transcribere, quæ talia sunt in. xi. de usu partium, τί δὴ (inquit) περὶ τῶν ῥιζῶν ἐροῦμεν; ὅτι τοῖς μὲν μικροῖς μία, δυο δὲ τοῖς μείζοσι, καὶ τρεῖς καὶ τέτταρες τοῖς μεγίστοις εἰσὶ, quod est, quid

de

de radicibus dicemus, quoniam paruis quidem una, duę uerò maioribus, & quatuor maximis sint. Quod equidē (reor) si uidisset Vessalius, ut est, non utiq; debacchatus unq̄ fuisset. Sed is nonne scire debebat, huiusmodi à fontibus ipsis, non à turbidis lacunis esse hauriendā? de qua re plurimùm dolere oportet, quum hisce temporibus plerique reperiantur, qui & si sciant medicinam à græcorum fontibus deriuatam esse, in ipsis tamen non curant se diligenter exercere, unde non mirum, si tot scrupulosæ quæstiones, tot Orestis somnia, tot deniq; sphingos Aenigmata oriantur, quibus impediuntur studiosi, ne Medicinam ueram adire possint; sed in his detardati, ac totam suam consumentes uitam, omnino deperduntur, nescientes adhuc quomodo ueritas illis insit. Proinde studiosos admonere plurimum soleo, ut in exemplaribus græcis quotidie uersari non pigeat, si aliquam frugem in ipsa uelint facere, alioquin de ipsis male sperandum esse iudico. Sed hos (si mihi credere noluerint) tanquàm malis auibus inmitiatos, in sua ignorantia relinquemus. Tandem & reliqua expedire iam tempus est, in quibus Vessalius impudenter Galenum adoritur, auspicantes à caluariæ foraminibus, de quibus ei quis non conuiciabitur? quum petulanter scripserit in suo Apologetico libro, qui de radice Chynæ inscribitur, Galenum utique uoluisse, foramen primæ neruorum coniugationis quàm Græci Ἐξυγίαν uocant, duplo maius illo esse, quod secundæ coniugationis neruo uiam præbet. Sed id fuisse Galeno perperam impositum à Vessalio, facilè

facilè unumquenq; ſtudioſum ſcire poſſe arbitror, quum Galenus in.ix.de uſu partium, ita aperte de hac re meminerit. ſed ne quiſpiam credat fortè translationem, quæ circumfertur, deprauatam eſſe, ut omnis auferatur ſuſpitio, libuit græcam uerborum ſeriem hic adſcribere, quæ hæc eſt, τὰ γὰρ αἰσθητικὰ νεῦρα τ̃ ὀφθαλμῶν, οὐ μόνον μακρῷ μαλακωτέρα τ̃ κινητικῶν ἐστιν, ἀλλὰ ἔτι μαρῷ κυριωτέρα, διὰ ταῦτα γοῦν ὅτε σύμπας ὀφθαλμὸς γέγονε, καὶ ὁ κῦρος ἅπαν τῆς ὄψεως ἐν αὐτοῖς ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρματα αὐτ̃ ὁμοίως τοῖς νεύροις ἐστὶ μεγάλα, κατὰ λόγον οὖν τούτων μὲν ἀπεχώρησε, ὡς ἂν καὶ διὰ μεγάλων ἤδη πορμάτων φερομένων καὶ κυριωτέρων πολὺ καὶ μαλακωτέρων, ὑπαρχόντων τοῖς δὲ σκληροτέροις τε ἅμα, ἀκυροτέρους καὶ διὰ στενοτέρων πορμάτων διεξεροχμένοις, συνδιεξέβαλε τὰ τῆς γένυος νεῦρα, τίνητε γειτνίασιν αὐτ̃ ἀλύπου εἰδὼς ἐσομένην, καὶ ὁ μέγεθος τ̃ πόρματος οὐδὲ πω τ̃ αἰσθητικῶν μεῖζον γενησόμενον, προμήκες μὲν γάρ ἐστι, οὐκ ἀκριβῶς στρογγυλον, ὥσπερ ἐκεῖνο, Quod eſt; Nerui oculorum ſenſifici non modo meliores longè motorijs ſunt, uerumetiam multò principaliores; propter illos enim totus oculus factus eſt, in eiſq; præcipua uiſus pars cõſiſtit, adde etiam quod foramina eorum ſimiliter ac nerui ſint magna. Meritò igitur ab his abſtinuit, ut qui per magna foramina ferentur, principaliores q; multo ſint ac molliores, cum durioribus uerò ſimul ac minus principalibus & per foramina anguſtiora erumpentibus, neruos maxillæ traiecit, exploratum habens uicinitatem ipſorum nihil moleſtiæ habituram, magnitudinem q; foraminis maiorem nerуorum

uorum sensificorum foraminibus haudquaq̃ futurã, prælongum enim est non exactè rotundum, ut illa. Ex quibus Galeni uerbis non licet (meo quidem iudicio) asserere Galenum uoluisse foramen primi neruorum paris duplo illo maius esse, quod secundi paris neruum transmittit, nisi uelit forte Vessalius ex hīs quæ postmodum Galenus subdidit, id attestari, quæ talia sunt, καὶ τάχα ἂν τῷ δόξειε μῆκος αὐτοῦ μεῖζον εἶναι τῆς ἐκείνου διαμέτρου, ὅλου ὅλῳ παραβαλλόμενον, οὐκ ἄντι φαίνοιτο μεῖζον. Hoc est, & forsan quis existimarit longitudinem huius maiorem esse illius diametro, totū autem toti comparatum, non utiq; maius esse uidebitur. Sed hic Vessalius in suo admodum immenso libro primo cap. xij. hoc uerum esse obstrigilat maximè, uolens foramen id quod neruo uisorio uiam præbet, amplitudine quidem uincere, & similiter id, ut illud, esse prorsus orbiculare in humiliori sui parte, in elatiori uerò in acutum angulum, & prælongum desinere ut triplo quadruploue, si totum foramen toti collatum esset, amplius efficeretur. Sed quantum hic etiam decipiatur Vessalius, non immorabor pluribus id ostendere, uerumtamen hoc unum tantùm dicã, consentaneum esse, ut hic homo planè deliquerit, si in caluarijs admodum uetustis illud inspexerit. Etenim quum illius foraminis labra ex osse constent ualde tenui, atq; exili, in his sæpius usu uenit, aut ob cariem: aut ob aliam quam uultis causam, ea decidere, quo fit, ut maius, licet non de sui natura huiuscemodi sit, foramen reliquatur, sed in alijs caluarijs illum prælongum, atque angustum, nec orbiculare, sæpenumero comperijsse nos quidem non mentimur.

mentimur. Quod mehercle ita esse, ut diximus, & is inueniet, qui huic negocio dare operam non grauabitur. Atque idcirco licet eò & uenæ & arteriæ iter habeant, non tamen est credendum, id nerui uisorij foramine duplo maius esse, quia non latitudinis, sed meritò prælongitudinis, concederet Galenus id contingere, in alio autem foramine, per quod soporalis arteriæ portio, secundum Galenum, male sursum ferri autumat Vessalius; credo, quod is desipiat, quum fingat in tertia figura. xij. cap. i. libro, illam per foramen à Galeno non animaduersum, quod est obliquum ferri rursum, sed Vessalius, ut Tyrunculus in ossium Anatome esset mehercle instituendus, quum nullum huiusmodi foramen in caluariæ basi comperiatur, nisi unum, quod, excepto cæco formine nuncupato, in osse lapidoso, λιθοειδῆ, à græcis uocato, continetur; sed Vessalius existimat id haberi in osse temporis, per quod & tertiam & quartam neruorum cerebri coniugationem deferri uoluit Galenus in nono de usu partium, quum isthæc scripserit, τούτων δὲ ἐκπλαγίων μερῶν τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τὰ λιθοειδῆ τῶν ὀστῶν εἰσιν ἀποφύσεις, hoc est, earum ex obliquis capitis partibus uersus ossa petrosa esse productiones, uerumtamen constat nullum esse quod uicinius existat ipsis quam illud, quòd in osse temporis continetur. Atque idcirco fateri oportet, id cognouisse Galenum, quamuis aliter sentiat Vessalius, quod nec (ut arbitratur) obliquum est, neque longo tramite productum, nisi quod in osse petroso præter cæcum haberi diximus. sed istud non arteriæ soporali, græci καροειδας uocant, sed instrumento auditorio à Galeno

leno in octauo de usu partium, deputatum est, ut clarissimè apparet in hac uerborum serie, quam, ut habetur in codice graco, quum translatio non admodum fida sit, placuit transcribere, quæ isthac est, ὀστοῦν, πυκνὸν καὶ σκληρὸν προσθεῖσα, διατιμῆσαι αὐτῷ λοξοῖς ἕλιξι δίκην λαβυρίνθου προμηθουμένη τοῦ μὲν ψυχροῦ πνεύματος τὴν ἀκραιφνῆ βίαν ἣν ἐκ τῆς κατ' εὐθὺ φορᾶς ἔσχεν, ἐκλύσαι κατὰ βραχὺ τῷ ποικίλῳ τῆς κλάσεως, τῶν δ' ἄλλων σωμάτων τῶν σκληρῶν σμικρῶν ἀνειρῆξαι διὰ μακροῦ τὴν προσβολήν, τὰ μὲν γὰρ μείζω τοῦ πόρου μὴ ὅτι βλάπτειν ἀλλὰ οὐδὲ ψαύειν ἔμελλεν, τὰ δ' ἐλάττω τὰ μὲν ὠκέως τε καὶ σφοδρῶς, καὶ κατ' εὐθὺ φερόμενα, ταῖς ἕλιξι προτερτεῖχος ἂν ἐμπεσεῖσθε, τὰ δ' ἥρεμα φερόμενα, καὶ οἷον κυλινδούμενα δι' αὐτῶν ἀβίαστος τε καὶ πρᾴως ἅψαιτ' ἂν σκεπάσματος, quod ita uertendum, os densum ac durum opposuit flexibus obliquis, instar laberynthi pertudit ipsum, prouidens quo frigidi quidem aëris uires integras (quas ipse ex recta irruptione erat habiturus) flexuum uarietate sensim exolueret, aliorum uerò corporum duorum exiguorum impetum longè ante propulsaret; quãdoquidem quę meatu ipso sunt maiora, non modo non nocitura erant, sed ne meatum quidem erant contactura, minorum autem, quæ celeriter ac uiolenter & recta ferentur, meandris ipsis prius inciderent, erat necesse: quæ uero leniter & uelut in ipsis uolutata citra uiolentiã ac mansuetè operimentum erant cõtactura, hactenus Galenus. Sed hic opportuna uidetur præstari nobis occasio, de auditus ossibus in presentiarum agere, de quibus Vessalius est in sententia nullibi Galenum meminisse,

minisse, sed quantum ipse toto aberret cælo, in his atq; alijs, loco suo nos disseremus. Nunc autem ad capitis motus iam expedire necessarium est, quos & si Galenus in.xij. de usu partium, omni cura, ac diligentia laborauit ostendere, adeo ut nunc illi, qui ea, quæ ibi dicuntur, excogitauerit, non opus sit, si alicuius sit iudicij, ut iterum hi quomodo fiant, persuadere debeant; sed quia Vessalius in Galenum fuit admodum calumnioſus, uisum est etiam mihi operæpretium fore, si eius rationes diluendo, rursus hanc materiam pertracta uero. Sed quãtùm hic in luce ipsa caliget Vessalius, quis nescit? profectò huius audacia estimari debet maxima, quum non solum in partiũ inspectione, uerumetiam in earum usu, atq; eius demonstratione, uellicare Galenum nõ erubuerit. Sed hic, hunc hominem uolumus: quoniam studioſis quum quandoq; uidendi hominum sectiones (quas ut sedulò non pertermittant inspicere, adhortor ipsos plurimùm) non ulla præstatur occasio, licebit dijudicare, quanti saltem eius commenta in Galenum ualere possint, siq; ut hic atq; alibi debacchari iure optimo debuerit. itaq; ex his quæ in hominum Anatome inueniri concesit Vessalius, nos equidem Galeni sententiam corroborare operam dabimus, incipientes, ut propositum est, à capitis motibus, in quibus Galenum reprehendit Vessalius; quia in.xij. de usu partium, in.iiii. de Anatomicis administ. in lib. de ossibus cap. viii. scripsit ipsos duplices esse, uel annuendo, renuendoue scilicet, uel in latera circumagẽdo, illum secundæ uertebræ proceſſu, (qui quia figura est turbinata πυρηνοειδὴς appellatur)

pellatur) potisſimùm præſtat, hunc uerò ſumma uerte-
bra quũ capitis corconis aduertitur, eius ſcilicet et ipſius
capitis tranſuerſæ partes efficiunt. ſed hoc ita eſſe, indi-
gnatur Veſſalius in ſuo pregrandi libro primo cap. xv.
fingens illud, aut primario motu quieſcente collo moue-
ri, autem ſecundariò quum ſcilicet caput colli motum ſe-
quitur; proprios autem capitis motus duos eſſe exiſti-
mat, quorum prior eſt, qui annuendo renuendoq; perfi-
citur, quem celebrari ſuper primam: poſteriorem uero
qui fit circumagendo, ſuper ſecundam colli uertebram,
eum uerò quo caput in latus ducitur, nullum proprium
uendicare ſibi motum, ſed ſecundariò colli motum ſequi
imaginatur Veſſalius; ſed perperam, quum huiuſmodi di
ſtinctio hac in re ullo modo dari non poſsit, ut inferius
etiam dicemus. Etenim ſiue moueatur caput à propriis
muſculis ſiue à communibus, ſiue primariò (ut utar Veſ-
Salij uerbis) ſiue ſecundariò, duplicem ſemper habent de-
articulationem; altera qua ipſum ad latera circumuer-
titur, altera uero qua in priora annuit, & in poſteriora
abnuit, in hoc tantum differentes, quia motiones propriæ
breuiſsimas, communes autem longiſsimas habent mo-
tiones, quod autem moueri poſsit caput, & non moua-
tur collum, uel eius pars (ut ex prædictis oritur difficul-
tas) poteſt haberi declaratio ex Galeno, in. xij. de uſu
partium in hiſce uerbis. οὐδ' ἐν χρῷ οὔτε διαρθρώσεως οἷόν
τε γενέσθαι χωρὶς, οὔτε συνδέσμων, οὔτε μυῶν, ἀλλ' ἥ-
τε διάρθρωσις ὀστῶν ἐστι σύνθεσις, ἕνεκα τῆς καθ' ὁρμὴν
κινήσεως γενομένη, καὶ δῆλον ὡς πάντως οὐκ ἐλάττω
χρὴ δυοῖν εἶναι τὰ συνταττόμενα, τῆ τε συνδεσμῶν ἕ-

καστος, ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν μυῶν ἑκατέρου τῶν ὀστῶν ἐκφυόμενος εἰς θάτερον καταφύεται, κἂν τῷ δὲ ὅλον ὡς καὶ διάρθρωσις ἅπασα, καὶ σύνδεσμος, καὶ μῦς, ἐν τῇ πρὸς ἄλληλα τῶν ἄρθρων τέτακται συνθέσει, καὶ προσηκόντως ἐλέχθη τῶν κοινῶν εἶναι μορίων, ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἷόν τε κίνησιν οὐδεμίαν ὀστῶν γενέσθαι χωρὶς τοῦ διαρθροῦσθαί τε ἅμα καὶ διὰ μυῶν συνάπτεσθαι, δέδεικται πολλάκις, εἴγε χρὴ πάντως εἶναι μέν τι τὸ κινοῦν εἶναι δὲ καὶ τὸ κινούμενον, καὶ τούτων τὸ μὲν ὁ μῦς ἐστὶ τὸ δὲ ἡ τῶν ὀστῶν σύνθεσις.

Hoc est, nihil enim sine articulis, ligamentis, ac musculis agere possumus, at quidem articulatio ossium est compositio, propter motum uoluntarium comparata, perspicuumq́; est ea quæ componuntur, pauciora duobus omnino esse non posse, necminus quod ligamenta omnia, itidem & musculi ab osse altera producti in alterum inseruntur, quapropter intelligi potest articulationem omnem, ligamentum ac musculum ad componendos inter sese articulos esse adsumpta, eaq́; communibus partibus ritè esse adnumerata. Porrò demonstratum nobis sæpe fuit, motum fieri planè non posse, nisi ossa articulentur simul, ac per musculos connectantur, si modo aliquid esse, quod moueat, & aliquid quod moueatur, est necesse, quorum illud quidem est musculus, hoc autem ossium est compositio. Nec ista contradicunt his, quæ scripsit Galenus in primo de motu musculorum quum dicat, non totam compositionem moueri, sed alterum ex ossibus ex quibus fit compositio, alterum uerò, ut sedes ei quod supponitur, esse subfirmatum, quo modo ostiorum cardines,

nes: quia si considerentur quæ paulò inferius scribuntur, & aliud exemplum quod de catena ponitur, planè inuenietis ossium constructionem utique moueri, præsertim quando ab altero osse productus musculus in alterum inseritur. Et ex his haberi potest, quod exempla magna ex parte dantur, non quod ita omnino sint, sed ut res proprius manifestur, ut fatentur etiam philosophi. Atque idcirco quum à musculis moueatur caput, qui ab eo nascuntur & in collum uel in alias partes desinunt, quo modo moueri potest caput, alijs quidem immotis? quum moueri non possit tibia, nisi cum ea & quoquo modo moueatur fœmur? Itidem apparet clarissimè in humero cum cubito, atque alijs in partibus, quæ communes habent musculos, qui ex altera orti in alteram implantantur, quæ etiam moueri non possunt, nisi & aliæ quæ communicant in musculi actione (quæ unica est, ut scribit Galenus in duodecimo de usu partium, & in primo de Articulis commento septimo: coitus, scilicet in sese, & contractio) propterea existimare moueri posse caput, ut non moueatur collum, uel eius pars, inscitiam non ferendam esse planè dijudico. Sed si Vessalius extimabit fortasse, quod quando pars colli mouetur, non dicatur compositionem moueri, attento quod Oribasius in libro de Difect. musc, cap. xxxij. & Galenus eodem in libro, capit. xix. uno ore protulerunt caput moueri quiescente collo, respondeo id improprie, & non simpliciter intellexerunt, respectiuè enim quando pars colli ad motum capitis mouetur, dici potest, quod collum

quieſcit, non quod re uera quieſcat, quieſcit tamen, & non mouetur reſpectu colli, quando totum mouetur: ſi enim mouetur manus et quoquo modo moueatur radius, non dicitur radium moueri, ſed quieſcere, & ſi dicatur moueri, id eſt improprie, quia mouetur ad motum manus quæ dicitur proprie moueri. Et ita haberi poteſt de capite ſimul cum ceruice. Nec obſtat Galenum uoluiſſe in xij. de uſu partium muſculos dorſales, quos græci ῥαχίτας uocant, mouere quidem per primas fibras, quæ in primam, & ſecundam uertebam implantantur, ſolum caput; quandoquidem perſpicuum eſt, primam & ſecundam uertebram habere alios muſculos, ut tertium, quartum, quintum, & ſextum muſculorum paria, quæ in ipſis inſeruntur, ut etiam fatetur Veſſalius in ſuo prægrandi lib. ij. cap. xxviij. à quibus abunde ſatis ipſæ mouentur. Atque idcirco non neceſſe erat (ne darentur motus ſuperuacanei) ut ab his etiam mouerentur, ut cæteræ colli uertebræ; quæ quum alijs careant muſculis, mouentur per reliquas dorſalium muſculorum fibras, ut meminit, Galenus in loco prȩcitato. Sed quia translationes uidentur quoquo modo uariæ, libuit ſeriem uerborum hic adſcribere, ut iacet in græco codice, quæ hæc eſt, διὰ δὲ τῶν ὑπαλύπων ἰνῶν, πρώτους μὲν τοὺς ἄλλους πέντε τοῦ ῥαχίλου αὖθις δ' ὕλους, ἅμα δὲ αὐτοῖς συγκινοῦσι τὴν κεφαλὴν ὀπίσω, καὶ λοξάς· ἀπρέμα ποιοῦνται κινήσεις οἱ λοξοὶ, quod eſt, per reliquas autem fibras, primum quidē reliquas quinque colli uertebras, ſimul autem cum ipſis commouent caput retrorſum, quorum qui ſunt obliqui, motus obliquos ſenſim efficiunt. Hinc manifeſtum eſſe poteſt,

poteſt, neceſſarium eſſe partes, in quas proprij muſculi inſeruntur, ut illæ unà moueantur ad motum unius, ſi muſculus illorum partium proprius mouebitur. Proinde quum muſculus dorſalis ſit, quinque colli uertebrarum, proprius cum capite, ut moueatur, ſed quum in primam & ſecundam uertebram implantantur quum ille muſculus non ſit illarum proprius, eſt tamen proprius cum capite, moueri poteſt quidem caput ipſis immotis, uerùm ſi muſculi illarũ proprij cum capite mouebuntur, unà cum capite & ipſæ mouebuntur. Sed ſi Veſſalius hic reluctabitur, eſto ſuum ſibi pulchrum, mihi meum, dummodo ueritatis amatores, quibus me ſubmitto, hac in re uelint eſſe arbitri. Porrò in præſentia ſat mihi ſit pro Galeno tantùm in arenam deſcendere, ut propoſuimus, in quibus Veſſalius Galenum adoriri impudenter auſus eſt, præſertim in motu capitis, in quo eum hallucinari plurimùm cõſtare poteſt omnibus, dum rectum motum, qui annuendo, renuendoq; perficitur, ſuper primam, poſteriorem uerò, qui fit circumagendo, ſuper ſecundam colli uertebrã celebrari exiſtimat. Sed in has ineptias prorumpere, qua fronte perfricta Veſſalius non erubeſcit? peculiariter ſi partes, ut is etiam conceſſit, examinentur. Etenim ut ab articulationibus incipiam, primæ quidem uertebræ duas indidit cauitates, capitis quæ ibi ſunt, conuexitatibus, ſiue proceſſibus, prorſus æquales, quarum altera quidem eſt in dextris, altera autem in ſiniſtris, quo modo & capitis ipſius proceſſus, ut admiſit etiam Veſſalius in ſuo pregrandi lib. i. in quinta ſexti capitis figura depingens & in eodem lib. i. cap. xv. Proinde perſpicuum planè eſt

quod natura cauitates has atque eminentias motuum in utranque partem gratia comparauit, quandoquidem si rectorum gratia natura ipsas fecisset, omnino aliam in partibus anterioribus, aliam autem in posterioribus posuisset, sed manifestum esse potest, illas fecisse in dextris & sinistris partibus, ut capitis processus, quos græci κορυφὰς nuncupant, ab illis continerentur, in hisq; quum ad latera sint, motum circumagendo perficerent, alioquin ipsas naturam frustra effinxisse liceret asserere. In secunda autem uertebra utrinq; unum esse processum ac cliuem, ac prælongum, qui ligamento ualidissimo capiti est connexus manifestissimè in hominum sectione uideri potest, ut fuit sententia etiam Vessalij in suo prægrandi libro.ij.cap.xxx. eius enim beneficio caput erat attollendum atque deprimendum, ad obliqua uero per articulos cum prima uertebra mouendum, non autem ut uigilans somniauit Vessalius. Etenim si id secundam uertebram occipitio firmissimè colligans, & unà cum dente ueluti axem efformans, secundum quam caput primæ uertebræ interuentu, in gyrum haberet agi, quo modo is motus posset fieri? constat enim cauitates esse in primæ colli uertebræ dextro ac sinistro latere, quæ capitis eminentias excipiunt. si igitur moueretur caput super colli primæ uertebræ proximam, necessarium quidem esset, ut etiam moueretur prima uertebra ob suas cauitates, & capitis processus; quæ, quum simul articulentur, non omnino posset esse, si caput circumageretur, quin simul raperentur. Atque idcirco perspicuum est, si huiuscemodi darentur, altera alterius

motus

motus impediret, quũ quæ quiesceret, agentem aliã retra heret, ac coherceret, sed utrãq; uersum motum suũ posse solam obire, quiescẽte altera, est in propatulo. Nam primæ uertebræ cauitatibus supernis, quæ capitis eminẽtias excipit, aliæ quædam cauitates parte inferna consimiles subiacent, quæ primæ uertebræ conuexitates complectuntur, quarum beneficio, neq; uertebræ secundæ cum capite conuexio (cuius actio erat caput sursum tollere ac deprimere) à prima quicq̃ habet negotij, q̃uis ea sit interiecta, neque motus reliquus ad latera propter articulationem cum prima impeditur quicquam à secunda, ut sequeretur, si motus ad latera super secunda colli uertebra celebraretur, ut parum rectè finxit Vssalius, nec obstat, si caput super primam uertebram in latus agitur, in eo motu primam uertebram debere immotam seruari, quia humerus ad cubiti, & fœmur ad motum tibiæ etiam mouentur, & tamen hæc quidem super his mouentur, licet istorum nullum sit immobile, sed habent quoddam immotum super quod isthęc mouentur. Pari modo, & si prima uertebra ad capitis motum moueretur, non tamen inconueniens, quia mouebitur & hæc super quoddã, quod & immotũ erit, nec licebit asserere caput super illud, quod immobile est, moueri quidem, quia cubitus super humerum, & tibia super fœmur moueri dicuntur, licet & ista ad motum illorum etiam moueantur: super primam itaq; uertebrã in latera super secundam autem attollendo deprimendoq; caput artificiosè moueri dicendum est, nec quod à Vessalio de secundæ uertebræ beneficio ingeritur, fateri cogit oppositum: etenim si flecteretur dens nec

ſpinalem medullam frangeret, quandoquidem inuehitur ora ipſius ſuperior partibus primæ uertebræ anterioribus, atq; inferius unde quum in eo ſpinalem medullam eſſet contactura, ipſamq; compreſſura, ac contuſura potiſsimùm dum moueretur, natura, quò nihil afficeretur, remedium duplex eſt fabricata: nam primæ uertebræ partem eam excauauit, dentemq; ipſum ibi indidit ligamentum forte tranſuerſum ei extrinſecus circũdans, quod ſimul à dorſali medulla diſpiceret, ſimul autem ad primæ uertebræ cauitatem alligaret, quòd ſi periſſe ipſum animo finxeritis, nullam aliã meliorem cuſtodiam ſpinali medullæ excogitare poteritis. Neque enim primæ uertebræ cauitas ſola dentem in ſeipſa continere in omnibus motibus, niſi ligamentum ſit circundatum, poterit, quod & ipſum ſi per hypotheſin fuerit conceſſum aliud tamen manebit incommodum, comprimetur enim eo caſu ſpinalis medulla, ac contunderetur, nunc autem quum ligamentum intercedat, ſimul uiolentiam proceſſus τραχηλοειδὴς exoluit, ſimul ſpinali medullæ fit propugnaculum, quod etiam aſſeruit Veſſalius in ſuo prægrandi libro. ij. cap. xxx. à Galeno in hoc tantùm diſcrepans, dum ſcripſerit, ligamentum iſtud manifeſtiſsimè quidem demonſtrare caput ſuper ſecundam uertebram ad anteriora poſterioraue neutiquam moueri, idq; non prohibere, quo minus prima uertebra ſimul cum capite ſuper ſecundam circumagatur, ſed & ſi illud ligamentum impedire non dicatur, quo prædictus non fiat motus, prohibebunt tamen alia, ne huiuſcemodi celebrari poſsit motus, ut articulatio ſecundæ cum prima, connectuntur

ctuntur enim non orbicularibus cauitatibus, atque eminentijs, ut hæc circumuerti possint, proinde chymera, quam finxit Vessalius, quanti facienda sit, quis est, qui nesciat. porrò non licet imaginari secundam colli uertebram nobis trabem referre, cui terræ infosso axem infigimus, ipsum autem dentem, axem esse, super quem prima uertebra simul cum capite circumducatur, quandoquidem prima uertebra in parte inferna, & secunda in parte superna, essent omnino plana, hæcq; solum dentis tuberculum haberet, super quod uelut ad axem circumageretur, hoc quidem ita esse fateri oporteret, sed quia (ut etiam concedens meminit Vessalius in suo pregrandi lib. i. cap. xv.) primæ uertebra cum secunda huiuscemodi fit connexus, duobus nimirum latis secundæ uertebræ tuberibus totidemq; primæ cauis, & uno uersus primæ cauo, cui dens committitur. his igitur stantibus quomodo prima uertebra cum capite simul poterit (ita ut imaginatur Vessalius) super secundam circumuerti, quum eminentiæ ex omni parte cauitatibus orbiculariter respondere haudquaquam possint, ita ut prima uertebra unicam inferius habeat cauitatem, quę tribus, ut saltem duobus secundæ uertebræ seruiat tuberculis, ut huiusmodi in gyrum motus perfici possit, quem non posse dari, scire possunt omnes, quia contingeret secundæ uertebræ spinam impedire latera uertebrę primæ ne circumagitari ualeat, ut experti sunt, qui eas omnino uersarunt, atq; idcirco haud immerito eum Galenus non curauit agnoscere, quum in rerum natura dari non possit. alios autem duos, qui planæ dantur, studuit admodum ipse, ut cognoscceret,

ſceret, quorum alterum (ut diximus) qui in latera fit circumagendo, ſuper primam, alterum uero qui flectendo, reflectendoq; perficitur, ſuper ſecundam uertebram celebrari uoluit Galenus, quē Veſſalius dum ſperat nimirum diffamare, ſummam reportat ignominiam, quum hoc in loco nec Phyſicum, nec eſſe Anatomicū (ut iactat ipſe) ſe omnino demonſtrat. Etenim ſi eas accuratè contēplaſſet, in has unq̄ haud incurriſſet ineptias. ſed quæſo uos ò ſtudioſi qui iſthæc legeritis, nec illi, nec mihi fidem adhibeatis, ſed uoſmetipſi, ut eas uideatis, curare uelitis, adhortor plurimùm, id erit facilimum, peculiariter ſi Bononiæ fueritis, nec Bartholomęi Magij domum, aut Andreæ Albij, adire non grauabimini, bi oſſiū humanorum compoſituram quam græci ἔκτελεστὸν uocant, oſtēdere uobis poterunt, alibi etiam ut Piſis, præſertim Ferrariæ ubi Ioānes Baptiſta Cananus de Anatome uir benemeritus, Patauij ubi Gabriel Phalopius omnium bonarum Artium indagator acutiſſimus, Ticinij ubi eſt Gabriel Cueneus Mediolanenſis uir noſtræ ætatis inſignis ſplendor, cum Petro Martire Trono, præclaro admodum uiro, ſingulis annis Anatomen publicè profitentes, oſſium diſciplinas, priusq̄ illa aggrediantur, auditoribus ante oculos exponunt, quod ſi non aſſequamini, licebit ſaltem uel cuniculi, uel leporis, uel hędi, aut huius generis ceruicem inter edendum contemplando expendere, ſi ſuper ſecundam uertebram, motus in gyrum poſſit celebrari, meherc le hunc non poſſe fieri, omnino comperietis. etenim cauitates tubercula, ut in gyrum uerſentur, haudquaquam excipiunt, ſed & quæ dicuntur cauitates, & tubercula

in ipſorum

in ipsorum medio, utraq; inueniuntur eminentia, quæ non essent si super illis motus in gyrum celebraretur, sed cauitates in medio essent profundæ, quò tubercula quæ in medio uisuntur alta, in illis commode circumagerentur: ueruntamen constare potest omnibus, utraq; quidem à natura fuisse facta, in summo medij non sine artificio eminentia, ut motus antrorsum, & postrorsum, commodius efficeretur. Nec mirum si isthæc ille ueteranus tam solers in Anatome, haud planè cognouerit, quoniam Galeno contradicendi, arbitror, libidinem fuisse in causa, quæ, quum summa sit, coegit hominem, ut rem exactè non perpenderit. sed num existimare debuerat, tam magnum uirum, ut fuit Galenus, non sine diuinitate (ut in cæteris omnibus assolet) isthæc protulisse, præsertim quum in maleuolorum reprehensiones, ac calumnias, incursurum esse pertimuerit, quod euitare non potuit, sed constat eius famam ab huiuscemodi sciolis, ac inuidis, nec attolli, nec ullo modo posse deprimi, quin Galeni nomen ubique magnum sit, necminus Anatomicorum existat facile princeps, oblateret Vessalius, quicquid uelit, ac omnibus perturbationum fascibus in eum inuehatur, nunquàm sibi excidium moliri poterit, quò minus apud Doctos is fiat, ut fuit antea, quos mehercle, in quibus uidebor utique defeciſſe, in certamen pro tanto uiro descensuros esse, nequaquam dubito, laturosque esse mihi suppetias, qui pro Galeni uindicta insudare non desierim, imò detestantes ipsum, quum isthæc deliramenta in tam diuinum

hominem

hominem eructare sit ausus. Nam quis (ut rem proposítam exequamur,) ferre posset, unquam quæ insaniens scripsit Vessalius, caput quidem triplici moueri motu, in latera scilicet, & attollendo deprimendoq; ac in gyrum circumuoluendo: equidem perspicuum est, ultimum omnino dari non posse, ut in utranq; partem caput eousq; circunducatur, ut modo quæ sunt ad latera, sed etiam posteriora uidere possit, nisi fortasse, illum uelit intelligere, quem in latera fieri tradēs Galenus nobis insinuat, quod mehercle negabit Vessalius, dum scripserit illum motum Galenum non intellexisse, sed illum subaudisse motum, quo caput in latus inclinamus ac ueluti humeris seu scapulis admouemus. sed quàm perperam ille Galenum perceperit, arbitror esse neminem, qui non sciat, quum à Galeno in. xij. de usu partium, apertissimè sit demōstratum, cuius uerba ut leguntur in græco codice, ne is subterfugere habeat, citare uisum est, Εστι δὲ κοινὰ μόρια τραχήλου καὶ κεφαλῆς, δι' ὧν ἐπινεύομεν τε καὶ ἀνανεύομεν, καὶ περιάγομεν αὐτὴν εἰς τὰ πλάγια, quod est, sunt autem partes colli & capitis communes, eæ, per quas caput ipsum deprimimus, atq; attollimus, ad lateraq; circumagimus, atq; id multo clarius habetur etiam, non longe ab his, quod est. Επειδὴ γὰρ ἐχρῆν δύο γενέσθαι κατὰ γένος τῆς ὅλης κεφαλῆς τὰς κινήσεις, ἑτέραν μὲν ἐπινεύον των καὶ ἀνανεύοντων, ἑτέραν δὲ εἰς τὰ πλάγια περιφερόντων αὐτὴν. hoc est, quum enim totius capitis duos oporteret esse motus genere, alterum quidem, dum deprimimus, atq; attollimus, alterum uerò dum in latera ipsum circumferimus, ex quibus locis iam constat, quum illa duo,

la duo, quæ in græca uerborum Galeni serie leguntur, uocabula, περιφέρομεν scilicet, & περιφερόντων, hoc quidem circumferimus, illud uero circumagimus, in latinam linguam transferri oportere, manifestum sit, Galenum utiq; non illum quidem motum, quo caput inclinamus, ac ueluti scapulis seu humeris admouemus, sed illum sub audisse quidem motum, qui circunferendo circumagendó ue, aduſq; latera perficitur. Nec Vessalio licebit hic multùm obstrepere, oblu&tanti forsan, si ita est, quòd ibi de illo motu, qui circumducendo fit, intelligat Galenus, nullibi igitur de eo, quo caput inclinamus, mentionem fecit, quem dari satis constat omnibus. Eum igitur non cognouisse manifestum erit, idq; magis comprobatur, quia iam scriptum reliquit, totius capitis motus esse duos genere, alterum (ut uisum est) dum attolimus, & ipsum deprimimus, alterum uerò, dum in latera circumuoluimus, sed quantùm illi sit facilis responsio, arbitror latere posse neminem, quum de eo motu, quo caput inclinatur (ut in presentia ostendere non grauabimur) etiam Galenus memi nerit, comprehendens eum partim sub illius genere, quæ in latera circumferendo fieri diximus, partim sub altero qui attollendo deprimēdoq; perficitur, atq; hæc est causa, quia utriq; motus ab eisdem celebrātur organis: nam à quibus, qui circumferendo fit motus, mouetur musculis, ab eisdem & ille, quo caput inclinatur, sed in hoc tā tùm differūt, quòd ille in hoc genere tantum à pluribus, hic uero à paucioribus utiq; perficitur, ut colligi quidem potest, ex illa uerborum Galeni serie, quæ in. xij. de usu partium habetur scripta, quam ut legitur in propria lin

gua,

gua, ne hæsitare cõtingat, placuit adscribere, quę hæc est
ἐπεὶ ἡ κὴ τ̃ ὀκτὼ μυῶν τ̃ μικρῶν τ̃ ὄπισθεν, ὅσοι πρὸς τὸ
πλάγιον ἐγκλίνουσιν, εὐθεῖαν μὲν ἀνανεύσιν ἐργάζονται
κατὰ συζυγίαν ἐνεργοῦντες, λοξὴν δ' ὅταν ὁ ἕτερος ἐξ
αὐτ̃ μόνος, ὡσαύτως ἡ κὴ οἱ κατ' αὐτὸν ἐπικείμενοι μείζο
νες οἱ μέχρι τ̃ πραχήλου πάντως ἐκτεταμένοι, κὴ διὰ τ̃
τ̃τ' ἀναγκαῖον ἦν ἀντιτάξαί τινας αὐτοῖς ἔμπροσθεν
μῦς, λοξὴν καμπτὴν ἐργαζομένους, οἱ καθήκοντες εἰς τὴν
κλεῖν καὶ τὸ στέρνον ἐδημιουργήθησαν· ἓξ μύες, ἅμα μὲν
ἐπινεύειν τὴν κεφαλὴν, ἅμα δὲ εἰς τὸ πρόσω περι-
ἄγειν ἱκανοὶ, οὕτω δὲ καὶ τῶν τεττάρων μυῶν, τ̃ εἰς
τὰ πλάγια καμπτόντων ἦν πρόχηλον· εἰ μὲν εἷς μόνος
ἐνέργησθεν πρὸς ἐκεῖνο. *Quod est, postq; aũt ex musculis
octo exiguis ac posterioribus qui caput ad obliqua incli
nãt, rectã quidẽ erectionẽ efficiũt, quũ coniũctim ac bini
agunt, obliquã aũt, quando alter eorum solus agit, simi
liter autẽ & qui maiores ipsi incumbunt omnes, qui usq;
ad collũ omnino sunt extẽsi, ob idq; erat necesse, quosdã
ei parte anteriori apponere musculos, obliquã flexionem
edentes, ideo musculi sex qui ad clauẽ & pectus perue-
niunt, fuerũt comparati, qui caput possint flectere, atq;
etiam antror sum circumagere, pari modo & musculorũ
quatuor, qui collum flectunt ad latera, si unus solus ege-
rit, ad illum inclinatur. Nec obiurgabit hic Vessalius de
quatuor hic ĩferius enarratis musculis, forte fortuna exi
stimans illos quidem ad latera dũtaxat collum flectere,
& non caput, quum propositum tamen fuerit Galenum,
non illum quidem cognouisse motum, quo caput inclina-
tur, sed illi huiusmodi responsum esto, & illos cum col-*

lo

lo etiam mouere caput, ut authoreſt Galenus loco iam
prę citato, cuius uerba ut habentur in græco codice tran-
ſcribere non grauabimur, quæ ſunt hæc, ἄλλοι δ' ὑπὸ καθ'
ἕκατερον μέρος οἱ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν οἱ δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν, ἀν-
τιτεταγμένοι δὲ καὶ οὗτοι πρὸς ἀλλήλους, πρῶτον μὲν κε-
φαλίσαι φέρει πρὸς ἑαυτοὺς ἕλκουσι, σὺν ἐκείνῳ δὲ
καὶ ὅλην τὴν κεφαλήν, quod ẽ, alij uero duo ſecũdũ utrãq;
partẽ hi quidẽ ex dextris, hi autem ex ſiniſtris oppoſiti,
& ipſi inter ſeſe primum quidem & maxime collum ad
ipſos trahunt, cum illo autem & totum caput, quod qui-
dem moueri ab his coniunctis ad latera. Ab vno autem
ad illum inclinari, manifeſtum eſt, quò fit ut ille motus,
qui fit ad latera ſit genus, alter uerò qui inclinando effi-
citur, uel ſpecies, uel ſi mauultis illius differẽtia, iure op-
timo ſit appellanda. ſi tamen huiuſmodi motus qui incli-
nando fieri dicitur, ab aliquo celebratus muſculo, ad ob-
liqua perficietur, ſi.n. recte fiat à recto, ſub altero cõtine
ri genere uoluit Galenus, ut ſeipſum explicuit in loco
præallegato, ubi ſcripſit genera motuũ duplicia, muſcu-
lorũq; eos efficiẽtiũ etiã duplicia quidẽ eſſe genera, recto-
rũ. ſ. utriuſq; generis, & obliquorũ, quo fit ut ait Gale-
nus, quum oĩs muſculus, aut rectus ſit, aut obliquus, eius
motus pari modo, aut erit rectus, aut obliquus, ſiqdẽ re-
ctus ſub rectorũ, ſi obliquus ſub obliquorũ qdẽ genere cõ
tineri meminerit. proinde haud mirũ eſt, ſi totius capitis
duplices tantũ dixit eſſe motus genere, quũ id multiplici
ter etiã moueri Galenus aſſeruerit, ut mãifeſtiſſimè appa-
ret ex illa uerborũ ſerie, q̃, ut habetur in græco codice, ne
ulla ſuboriatur hæſitatio, allegare uiſum eſt, quę hęc eſt.

καὶ

καὶ μέν γε καὶ ὅτι πολυειδὴς αὐτῶν ἡ θέσις, ἐκ τοῦ παντα-
χόθεν ἐσφαιρωμένου τὴν κεφαλὴν ἐναργῶς ἐπισέ-
κυται, διὰ τοῦτ' οὐδὲ κινήσεως οὐδεμιᾶς ἀπορεῖ, πρὸς
ὅτι γὰρ ἂν ἐθελήσῃς αὐτὴν ἀποκλίνειν, ἑτοίμως δυνή-
σει, τῶν κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη μυῶν ἐνεργησάντων, hoc est,
Atq; etiam quod eorum situs sit multiplex, ex eo clarè
cõprobatur, quod caput corona undiq; cingũt, ob eam q̃;
causam, capiti nullus motus deest, quocunq; enim ipsum
inclinare uolueris, eius musculi, qui ea parte situm ha-
bet, beneficio, expeditè id poteris. quid clarius? num co-
gnouit Galenus capitis inclinationem? Nec obstat ip-
sum uoluisse quatuor utriusq; generis tantùm esse diffe-
rentias, quia omnes illę ad has quatuor reducuntur, quũ
omnis motus fiat à musculo (ut uisum est) uel recto, uel
obliquo, extensio quidem & flexio erit rectorum, ad le-
uam uerò ac dextram obliquorum, sed isthæc satis scio,
Vessalio quidem uidebuntur absurda, quum is in Logi-
ces methodis haud planè se exercuerit. ueruntamen id
sciri uoluimus, isthæc quidem non illi nos scripsisse, sed
his dumtaxat qui in Logica speculatione fuerunt alti,
quos speramus optimè Galenum laudaturos esse, qui
scientificis in huiuscemodi usus sit rationibus, sed cum
Vessalio aliter persentienti, tantum persistendum esset in
his, quæ oculata fide in Anatome conspiciuntur, in qui-
bus Galeno maledicit, tanq̃ illa omnino non agnouerit,
ad quę quum bonarum disciplinarum omnino sit expers,
tanquàm ad Asylum confugit, quum nesciat, nec possit
in Galenum cauillare. Atq; idcirco quęso uos ò studiosi,
qui humanorum corporum sectiones aggredieminí, ue-

litis

litis examinando musculorum situs, & ipsorum fibras perpendere, si uerum sit, quòd Galenus ipsorum usus male tradendo cæcutierit, etenim si dixero me, ut scripsit Galenus, comperisse, ut damno Vessalium, fortasse damnabor ipse, quapropter in sedula humanorum corporũ inspectione exercere non pretermittatis, nec Galeno, nec illi credite, sed uosmet, ut uideatis, procurare uelitis, abhortor plurimum, certè constabit vobis vbique locorum (si vllam mihi adhibetis fidem) mentiri equidem Vessalium, vbi calumniandi Galenum assumpsit prouinciam, nec veremini eum delirare admodum asserere, dũ huiuscemodi audietis ineptias, quas nemo sanę mentis posset ferre. Quis enim indignè id non toleraret; quod effutit in Galenum; non posse quidem caput moueri ad latera super primam uertebram, quia daretur uacuum. sed mihi respondeat quomodo non id pari modo dabitur, si motus qui attollendo fit & deprimendo, celebrabitur super istam, ut arbitratur ipse; porro isthæc, quin in motè ab inuicem abscedant, esse non posse, manifestum est. Quis enim deprimeret, nisi retro; quis attolleret nisi ante, caput à prima uertebra dehisceret. Atq; id circo Vessalius dum studet Galenũ reprehẽdere, facit, ut in easdẽ incurrat calumnias, sed si Vessalius responderit, id nõ posse quidem fieri, quia musculi & ligamenta ad motum capitis super primam uertebram, dum deperimitur, atq; attollitur, laxantur, & adimplent locum, adeo ut dari non possit uacuum: pari modo dicemus nos, posse Galenum respondere Vessallio, id etiam cõtingere potius, dũ caput super primam uertebram ad latera circũagitur,

ut manifestissimè apparebit illi, qui rem excogitãdo ad amussim considerauerit, cui ad id credendum, non opus erit, ut lõga utamur persuasione, qui nec perturbabitur, & si audiuerit reliqua, quæ in Galenum obiectat Vessalius, si natura scilicet super primam uertebram caput circumducere uoluisset, acutum utique processum in capitis amplitudinem, quia cerebrum continetur à prima uertebra, produxisset, ad quem caput ueluti ad axẽ uolueretur, insinuans nobis motum qui fit in gyrum ducendo celebrari super secundã uertebram, quum huiusce modi processum ab illa produxerit natura. sed iam demonstratum est, illum processum propter aliam causam iam dictam, a natura fuisse factum, non autem ut caput ueluti ad axem circumuolueretur, quia opus fuisset, ut natura illũ alicui capitis sinui indidisset, non tamen ut is ligamento capiti implanteretur, si caput super illum ueluti ad axem haberet circumagi, ut autumat Vessalius. Nec dicendum illum cum prima uetrebra super secundam in gyrum moueri, quum secundæ uertebræ tubercula & cauitates primæ, non inuicem respondeant, ut huiusce modi motus celebrari possit, ut satis abunde superius explicauimus. Quapropter non alio (ut rem tandem finiamus) opus esse longiori sermone, equidem arbitror, quia manifestum esse potest, ex his quæ scripsimus, satis acriter dimicando, nostra ut potuimus oratione, persuasisse motus capitis fieri super uertebras, ut fuit Galeni sententia, cui mehercle, quis erit tam mente captus, qui non acquieuerit? Profectò si honoris sui erit cupidus Vessalius, palinodiam recantaturũ esse utique

speramus

speramus, non in his dumtaxat, uerumetiam in alijs omnibus, in quibus Galenum damnauit, de quibus partim diximus, partim in sequentibus ostendere non grauabimur. Sed ò studiosi uos oratos esse uelim, quum multa sint in Galenum perperam excogitata, quæ ulla ratione aliter esse demonstrari non possunt, in his quæso, uelitis Galeno credere potius, quàm Vessalio, præsertim quum in his quæ ulla demonstratione ostendi possunt, ut scripsit Galenus, rem esse comperiamus. Atque idcirco in alijs etiam magis credendum est, quum Vessalius cæcutierit, in quibus non licebat ob rationes quæ poterant eũ dirigere, ut ueritati non contrairet, sed id in causa fuisse arbitror, quia quum demonstrari non possent, à Galeno dissentire nõ erubit, sciens ab illo reprehendi nõ posse, (duplex enim confutatio, una quidem ex Anatome, alia uero ex consecutione logica, ut scribit Galenus in sex. de usu partium) quum huiuscemodi ulla ratione pertactari non darentur: ut est, septimæ uertebræ processus interdum esse perforatos, interdum uerò non, ut uoluit Galenus in libr. de ossibus capitu. viij. Vessalius autem semper perforatos eos se competysse asseruit, in suo prægrandi libro primo capitu. xvi. Itidem dici potest de uertebra thoracis decima, quam Galenus eodem in libro prȩcitato capitu. ix. & xiij. de usu partium transuersis priuauit processibus, Vessalio autem eodem in loco prȩallegato eos habere placuit scribere, & alia, quibus persuadet Galenum non hominum, sed simiarũ, leporũ, canũ, & aliorũ id genus animantium ossa tantum cõspexisse. ueruntamen existimamus latere posse

neminem, Galenum utiq; & homines fecuisse, ut satis latius explicatum est, quod etiam in præsentia ostendere non erit mihi difficilimum, nec arbitror eum posse amplius subterfugere, quin in nostrā pedimus & manibus iturus sit sententiam, Nec pluribus immorabor, sed solam Galeni authoritatem, quæ habetur nu. 3. de Articulis Aph. xlv. adducere mihi sufficiet satis, quam ut legitur in proprio idiomate (ut noster est mos) ut maior fides adhibeatur, allegare visum est, quæ hæc est, πάντες ἀχρι κὴ τοῦ περατος τοῖς ῥαχεως, ἀλλήλου ἀνάλογον μείζους εἰσιν ἐπ ἀνθρώπου ἐξεταζομένου τοῦ λόγου, κὴ μετ' κῶτον ἐπὶ πιθήκοις, ὅσι γὰρ πρόσωπον ἀνθρωποειδὲς ἕτερον ἔχουσι, κὴ μᾶλλον τ ἀλλῶν ὀρθιοι βαδίζουσιν, οὗ τοι τά τ' ἄλλα κὴ τὴν τ ὀσῶν θέσιν ἂν εἰκασιν ἀνθρώποις, ἔχουσι δέ τι κοίνος ἐν τῇ ῥάχει πρὸς τὰ ἄλλα ξωα τὰ τετράποδα, τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχον ἔστι γὰρ αὐτοῖς ὀσφύς; μακροτέρα τοῖς ἐπ' ἀνθρώπου, ἀναλόγον δηλονότι τοῦ ἄλλου, ἐξεταζόντων ἡμῶν ἀνθρώποις μόνον ἐκατα τὴν ὀσφὺν εἰσι σφόνδυλοι, τοῖς πιθήκοις ὥςπερ κὴ τοις ἄλλοις τετράποσιν ἃ εἰσιν. Hoc est, omnes usque ad extremam spinam sunt proportione alterę alteris maiores, si res hęc in homine perpendatur, deinde uero post hominem in simijs, quæ homini faciem similiorem habent, queque aliis rectè magis incedere ualent. hæ enim tum in aliis, tum uero in ossiū structura, homini similes sunt, tamen in ipsis spina quoddam cum ceteris quadrupedibus commune habet, quod in homnib us non ineſt, lumbi enim illis longiores quàm hominibus sunt, si pro ratione reliquarum partiū hoc existimare uelimus,

in ho-

in homine enim quinq; solum modo ad lumbos habẽtur, in simiis uerò non secus, ac in aliis quadrupedibus, sex. Quid clarius, ò præstantissime, Vessali, que ulla tibi unquàm persuadebit ratio, quin & fatearis ipsemet, & Galenum utique hominum sectiones aggressum fuisse, & illorum ossa expendisse, profectò nulla quidem amplius tibi suffragari poterit ratio, quin & dicas te esse uictum. Nec obiurgare oportebit Galenum, & si uiderit, in multis tamen aberrasse, quia id opinari absurdum est, quum tot uiri celebres post Galenum extiterint, qui de Anatome scripserunt, quos illum suggillasse haud unquam legerim, quos & oculos perinde lynceos, ut Vesalius, habuisse fateri oportet, apud quos comperio hunc diuinum hominem, in Anatome haberi omnium facile principem. Quum illa quæ Hippocrates, Erasistratus, Lycus, Marinus, & alii de Anatome tradideruut, ab eo deinde diligentius acuratiusq; tractata sint. Is enim Romæ sub Antonini primùm, mox sub Marci Aurelii imperio, quæ ad exquisitam singulorum membrorum, ac minutarum quoque particularum dissectionem pertinent, diligentissimè scripsit, nihilque quo interiorum sedes, figura, ordoq;, ac magnitudo, dignosci posset pertermisit, dissectis non hominũ tantummodo, sed simiarum quoque & eorũ animantium corporibus, quæ aliquam nobiscum similitudinẽ habent, vt doctrinam de Anatome magis scientificam, & clarã faceret, nõ tamen ut existimauit Vessalius, ut illa cum hominibus quoddam cõmune habere crederet Galenus, quum, ut satis abunde demonstratum est, in quibus differant, ipse scripserit. Nec alio modo fieri

poterat, ut scientia de Anatome, & partium usu perficeretur, ut rectè cogitauit Galenus, quem illam compleuisse quis negauerit, si in eius libris ac hominum aliorumque animantium dissectionibus, se exercuerit. Sed Vessalius obstrepet quicquid uelit, credo studiosos ī hoc mihi obtemperaturos esse, ut credant Vessalium quidem delirare, quum Galenum nesciens, nec potens cauillare, ingerat semper (quum nesciat quid dicat) Galenum hominum dissectiones nunquam aggressum fuisse, ut suam uideatur obtegere dementiam: quod non potest, nec unquam poterit, in his, quæ ulla ratione exagitari poterunt. Idque erit in propatulo ex his, quæ de coccyge, & osse lato, uel si mauultis sacro quod græci ἱερὸν uel πλατὺν nuncupant, ausus est petulanter in Galenum debacchari in suo prægrandi libro primo, capitul. xviij. in secundo libro, capitu. lvi. obstrigilans Galeno quidem, de illo quum libros de usu partium scribens non meminerit, fuisse planè incognitum, de hoc autem sibi pugnantia loquutum fuisse. Sed quæso uos, o studiosi, ut uelitis hic parumper attendere, ut eius tum insciti am, tum temeritatem, quæ maxima sunt possitis agnoscere, certe si de omnibus ut de his liceret certare, mehercle non dubito, quin dijudicaretis Vessaliū nescire quid oblateret. sed quia intricat in Anatome aliter inspici, quàm scripserit Galenus, non possum de his, ut fortasse uelitis, satisfacere, sed uos oratos esse uelim, ut ex his, quę demonstrari quoquo modo quidem possunt, eodē modo uelitis dijudicare, et alia nihil esse, quod in Galenū possit eructari, quum adeo concinnè & ad amussim

musſim de illis ſcripſerit Galenus, ut ab ullo qui alicuius ſi iudicij, damnari meritò quidem non poſsit. Etenim (ut a propoſito incipiam) quo modo ſanæ mentis eſſe potuit Veſſalius, obſtrepere Galenum in lib. de uſu partiũ de coccyge nullibi meminiſſe, quum Galenus in xij. huius ſcripſerit, os latum ex quatuor conſtare quidem oſsibus, ex hoc quidem loco clariſsime conſtat ſub eo coccygem intellexiſſe, ut in libro, de oſsibus, capitu. undecimo, manifeſtisſimè declarauit, quum dixerit, os quidem latum ex tribus particulis, tanquam ex propriis quibuſdam uetebris conſtructum eſt, harumque in extremitate os aliud quartum (quod coccyx nominatur) additum eſt. Quapropter ò clariſsime Veſſalij quis de te non indignabitur audiens has tuas ineptias, quas in Galenum euomere non erubuiſti. Profectò arbitror eſſe neminem, qui ſe poſsit continere, quin pluſquàm ſexcenta euomat in te conuitia, quum impudenter auſus ſis Galenum calumniari in his, in quibus ab omni culpa alienũ eſſe manifeſtum eſt. Quis etiam non indignè poterit ſufferre, quod de oſſe ſacro de baccharis, putandum eſſe, Galenum, uel a ſe ipſo diſſentire, uel ſibi ipſi pugnantia protuliſſe, quum in xij. de uſu partium tranſuerſos illius proceſſus eſſe tenues, in libro autem de oſsibus, craſſos & amplos eſſe tradiderit. Porrò in libro de oſsibus capitul. xi. illos craſſos in ullo codice hactenus haud legendos eſſe animaduertimus, ſed grandes & patentes, uti uertit Ferdinandus Balamius, ex cuius traductione Galeni pugnantiam eſſe nullam ſatis apertè manifeſtari quidem poteſt.

Non enim grande idem est cum crasso, quia id ad latitudinem, illud uero ad amplitudinem esse referendum. Equidem constare potest omnibus, unde & si in lib. de usu partiū illos tenues ac subtiles esse edocuit, nō tamē sibi ipsi contradixit in libro de ossibus, dum grādes esse asseruit, quia subtile non contrariatur grandi, quum ambo eadem in re simul esse possint, ut multa quę īueniuntur in rerū natura, quæ grandia sint & subtilia. sed quid in istis amplius īmoror? quum aliàs in lib. nostro Antithetῶn longè melius hec difficultas pertractata sit, quum græcam literam examinauimus, ubi legitur μεγλαι τεχὴ πλατειαὶ, sed hic quum latina (quæ est illi mehercule conformis) sit tritior, ut unusquisque de eo malè tum asserere, tum diuidicare quidē possit, placuit illā in præsentia tātùm perpendere, sed si Vessalius obiecerit illos sacri ossis processus, in re uera est crassos, non autem subtiles, in hoc tantum debebat persistere, nec Galenum de pugnantia maledicere, sed quia malum animum impugnandi Galenum semper habuit, in quibus potuit, non euitauit occasionem, sed excogitando, fingendoq; turpes de Galeno rumores, ut excitaret, semper studuit. Quapropter, ò studiosi, qualem de eo opinionem habendam esse creditis? Equidem uos non præterit, quot & quales chymeras & fabulas à Baptisq; Eupolidis & Nubibus Aristophanis, Atallanisq; Pomponij mutuatas confingat maleuolus, & calumniator, unde nec credendum illos sacri ossis processus, laterares quidem, de quibus meminit in libro de usu partium, esse crassos, nec sacrum os, & coccyx pluribus constare particulis, quam scripserit

pſerit Galenus nec quod lũborũ proceſſus aliterſurſum in hominibus duci cernentur, neque q̃ horum aliquis nervum muniens, qui inuehitur fermè oræ vltimæ ſuperioris uertebræ in ſimijs & canibus, non autem in hominibus emergat, nec quod ſingulæ coſtæ duplici articulo non coarctarentur, harumque uerarum, nec cartilagines oſſeas, ſpuriarum uerò nec exquiſitas eſſe cartilagines, nec quòd os humeri poſt fœmur omnium oſſium non ſit maximum, nec quod uertebræ alligantur uel cartilagine uel membrana ea quæ geminas ſpinalis medullæ tunicas extrinſecus ambit, nec denique multa alia, quæ ſi ſint necne, nulla ratione demonſtrari nõ poſſunt quò fit, in ipſis Veſſalium (ut libet) exilire permittimus, in illis aũt quæ ullo modo oſtendi quidem poterunt, ſuas haud feremus ineptias, ſed quia aliqua ſunt ex ipſis, quæ paulò ante diximus, quæ perſuaderi quoquo modo poſſunt ab ipſo, quod eſt decimam thoracis uetrebam tranſuerſis quidem priuari proceſſibus, auſpicantes prius, noſtrã proſequemur intentionem, ponentes illam ſtabilem in medio ſpinæ quę in ſpinam rotundam, quaſi fornicẽ ſolum deſinit, ſed ſiue ſit iſta, ſiue undecima, uel duodecima, ut ſcribit Veſſalius in ſuo pregrandi lib. primo cap. xvi. nõ poſſum multis immorari, quum id demonſtrari etiam nõ poſſit, ueruntamen eſto, & Veſſalium non negare, quin & decima thoracis uertebra huiuſcemodi haud poſſit non eſſe, Quæ profectò eſt, conſtat enim mediam hic omnino eſſe illam thoracis decimam, quum Natura hic quoq; totam ſpinã in partes omnino æquales diuiſerit, mole uertebrarum æſtimata, non autem numero. Quapropter

propter si darentur illi transuersi processus, fateri quidem oporteret, ut hi aut essent frustra, uel hæc non esset immobilis, quorum utrunq; opinari est absurdum. Etenim ut dorsum aqualiter flecteretur omnibus quidem articulationibus, hanc certè uertebram mediam immotam esse oportuit, reliquas uerò omnes mutuò à se digredi & à media, idq; sensim, superiores quidem sursum, deorsum aũt inferiores. Ad quẽ sanè motum iam inde ab initio natura articulationes adaptans, superioribus quidem ipsi mediæ productiones effecit, conuexas quidẽ accliues, cauas uerò sensim decliues. inferioribus autem contrà cauas quidem fecit acclines, conuexas aũt decliues. Quum enim (ut declarauit Galenus) ex parum obliquis motibus, spina rectos sit adepta, qui uerò motus sunt ita parum obliqui, nec habeant ut perfici possint, quum cauitates utroq; circum stabiles cõuexitates circumferuntur, iure optimo mediam quidem uertebram utraq; atticulatione fecit immobilem, reliquas uero omnes infernas quidem infernis articulationibus, supernas aut supernis: oportebat enim utiq; quum spinam curuaremus, infernas quidem ad partes infernas cedere, superiores uerò sursum tendere. Quin & quum sursum spectamus, atq; erigimur, uertebras motum prædicto contrarium habere oportebat supernas scilicet, deorsum, infernas autẽ sursum. Porrò figuræ utriusq; terminus est, ut quum flectimur, uertebræ quàm possunt longissimè mutuò à se digrediantur, perinde ac si longior tunc spina esse deberet: quum uerò erigimur, contrà, ut cuncti coeant ad mediã uertebram accedentes, ac si spinam tunc breuiorem esse

oporteret,

oporteret, unde Naturæ artem ac cõpositionẽ optimam magnopere admirari oportet, quæ uertebris inuenit motũ aptissimũ, ac productionũ multitudinẽ, ac magnitudinẽ & (ut summatim dicã) omnia tum inter se, tum spinæ usibus omnibus conuenientia, neq; enim decima thoracis uertebra temerè ac fortuitò, neq; reliquæ duæ, quæ post ipsam sunt frustra transuersis caruerunt processibus: sed hoc natura uidetur ob id esse consecuta, quod ita cõparasse præstiterat. Etenim has duas dorsi uertebras, alijs omnibus in eo subiectas non iniuria pro transuersis productionibus decliues articulis subditas habuerunt, quorum alter quidem ultimam costarum notarum habet sibi incombentem, quę breuis admodũ est ac tenuis, obscurèq; ac parum mouetur, alter uero Phrenon habet epiphysin. Non igitur ipsis opus fuit, quomodo & aliis thoracis uertebris productionibus transuersis, ualidis, affirmatis simul, ac tutò cum partibus quæ illic sunt ossium costarum articulatis, sed pro his decliues habuerunt proximis lumbi uertebris adsimiles Decima autem rectam habet posteriorem productionem, atq; articulũ utrunque conuexum, ut super hac immobili totius spinæ motus (ut diximus) perficiatur, nec oportebat, ut Natura transuersas effecisset productiones, quandoquidem opus esset, ut alterum istorum contingeret, uel illas frustra fuisse quidẽ factas, uel ut costis annecterẽtur, ut fit in alijs, & ad motum ipsorum, et ipsa quoq; moueretur, quorum utrumq; absurdum esse, manifestum est. Sed hic (quod peius est) de istius uertebræ decimæ processibus iure optimo licebit incõstantias aĩaduertere, in quas tur

pè

pè lapsus est Vessalius, dum indicat modo transuersis carere processibus, quum uelit illam simplici coarctari articulo, modo scribat impudenter illos omninò hanc habere, ut constat ex lib. cui de radice chinæ titulum indidit & ex suo pregrandi lib. pri. ca. xix. Porrò in hoc de ipsa hoc pacto scripsit, costis oĩbus non par ad uertebras obtigit articulatio, nouem enim superiores duplici coarctantur articulo, undecima autem & duodecima simplici quẽ admodum & decima. In illo autem hęc habetur uerborũ series, Decima sane costa duobus nexibus hęret, atq; ideo decimam uertebram transuersis non destitui processibus, apertè constat, Ex his igitur quis unquam huic homini poterit aquiescere, quis negabit uolubiliorem esse Proteo, quum modo horum, modo illarum sit partium. Equidem ò studiosi præstabat ne Vessalio, ut in suis scriptis adeo studuisset, ne ullam unquam contradicendi occasionem reliquisset, præstabat certè, quam Galenum male intelligendo, ut de ipso malos rumores excitaret, nõ sine ignominia procurare? Quis enim de hoc homine non indignabitur, audiens quæ dixit de costæ nexibus cũ uertebra decima, & illius processibus, dum cum pugnantia loqui non erubuerit, quis iure optimo non damnabit (ut hic persistemus primùm) quod in Galenum de his impudenter etiam ipse ingerit? Porro manifestum est, quia prius dixerat Galenus in lib. de ossibus cap. x. uertebras omnes usque ad decimam quidem processus habere transuersos, quibus costæ annectuntur. Propterea non mirum, si posterius scripserit Galenus eodem in lib. cap. xiij. singulas costas duobus modis ipsi uertebræ annecti,

quoniam

quoniam id ad uertebram usq; decimam subaudisse Galenũ suspicari oportet, præsertim quia prius id nobis manifestissimè declarauerat. sed si Vessalius equidem uoluisset, ut hoc idem Galenus repetisset, sciat ipse, nõ bis esse canendum surdis, quum non liceat illos imitari scriptores, qui quum pauca prorsus sciãt, ipsa in omnibus locis inculcant. Id enim non multa est docere, sed multa scribere, et multas chartas consumere, quum liceat paucas, ac multum temporis nulla necessitate conterere. Quam ob rem considerate (quæso) ò studiosi, quales nempè huius hominis sint aculei, uos mehercule potius diiudicare potestis, quam unquam meis uerbis consequi ualeam, sed hosce licebit amplius detestari, siquæ posthac examinabuntur, audire nõ grauabimini. Porrò manifestũ est, Vessalium omni modo damnandum esse, quum nesciuerit sine pugnantia etiam res depingere, ut constat de digitorum ossibus, quæ in suo prægrandi lib. primo, cap. xxvij. densa quidem esse, apertè tradidit, & medullosa, quum singulis sinus grandior scribat contingere, sed uidete uos, ò studiosi, quomodo hæc simul esse possint, ut illa simul densa & grandior adsit sinus medullæ asseruandæ gratia, profectò si rectè considerabitis, Vessalius meritò delirus censendus est. Etenim si uerũ sit digitorum ossa esse densa, planè constat ea medullosa esse non posse, ut obseruauit Galenus in primo de usu partiũ elegantissimè scribens, illa quidem dura ac densa esse atq; medullæ expertia, ut habetur ex illa uerborum serie, quam ut legitur in græco codice, libenter subscribam, Διὰ τὴν σκληρὰν καὶ σκληρὰ μυελὰ, τὰ τῶν δακτύλων ὀστᾶ, quod est,

Quapropter

Quapropter dẽſa,ac dura atq; medullę expertia.ſunt digitorũ oſſa,quo fit ut illa ĩ ij.de fracturis.Aph.viij.quũ ſint dura et medulla careant,ac minime ſint fiſtuloſa,nõ ĩmeritò lapillis cõparauit,nõ tamẽ negans ea quidem et aliquas habere cauernulas,in quibus id,ex quo nutriuntur,utiq; continetur,ſed quia illi adeo ſunt anguſti,nõ tamẽ fiſtuloſi,ut eſſe deberẽt,ſi in eis medulla aſſeruaretur iure optimo illa quũ ſint pręſertim dura,lapillos qui dẽ imitari apte aſſeruit.Nõ tamen credendũ eſt,Galenũ exiſtimaſſe,illa ſine ullis quidẽ eſſe meatulis,ut cõſtare põt ex illis Galeni uerbis,q̃ ſcribũtur ĩ.xi.de uſu partiũ, quæ,ut habentur in græco codice,tranſcribere non grauabor,quæ iſthæc ſunt, Δέδειχται ἡμῖν ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεσιν ὑπομνήμασιν, ὅτι μυελός ἐστιν ἡ οἰκεία τροφὴ τῶν ὀστῶν, ὅτι τε τοῖς οὐκ ἔχουσι κοιλίας ὀστοῖς, ἐν ταῖς σπάρυξι τοιοῦτόν τι περιέχεται, καὶ μὲν γοῦν οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ παχύτερος ὁ μυελός ἐστι τοῦ κατὰ τὰς σπάρυγγας χυμοῦ, καὶ τοιτοῖς αὐτοῖς ἕνεκα χρείας ἐκείνο γεγονὼς, διὰ ταῦτα μὲν δὴ μυελὸν ἔχειν ὅσα κοῖλα τῶν ὀστῶν, Hoc eſt,in comentarijs de facultatibus naturalibus demonſtrauimus,medullã oſsibus propriũ eſſe alimentũ,& oſsibus cauitate carentibus tale quiddã in eorũ cauernulis cõtineri. Poſtremò neminẽ admirari oportere,ſi medulla eſt craſsior eo ſucco,qui incauernulis habetur,quãquã eiuſdẽ uſus gratia hic extiterit. Ea igitur ẽ cauſa,cur quæ oſſa ſint caua,medullã habuerint. ex hoc loco perſpicuũ eſſe põt,et oĩbus quidẽ oſsibus propriũ,fiſtuloſis medullã,denſis uerò ſuccũ quendã medullã tenuiorẽ,quẽ fuiſſe medullã Veſſalium credidiſſe,eſt

ſuſpi-

ſuſpicādū, ſed ſi Veſſalius ceruicosè cōtēderit, illū quidē eſſe medullā, id haud poterit aſſerere, quū atteſtatus ſit digitorū oſſa eſſe quidē denſa. Ex hac igitur (ſi pōt) exeat Veſſalius naſſa, profectò, quin ipſe Stepſichorū ſit imitaturus, euitare haud poterit. In ceteris aūt qualē ſe prę ſtiterit enarrare proſequemur, nē aʒūtes tan.ū de digitorū formis, in quibus Veſſaliū à Galeno diſſentire nō equidē uererer aſſerere, ni Galenus ī li. de oſsibus c. xiiij. ſcripſiſſet illos quidē eſſe figuræ multiplicis. Nec multis immorabor ēt in his, quę mētitur Veſſalius ī ſuo prę grādi. lib. pri. c. xxxi. uolens in genu articulo Galenū illas non obſeruaſſe cartilagines, quæ binas tibiæ efficiūt cauitates, quas fęmoris tubercula ingrediūtur. Quādoquidē apertè manifeſtū eſt ex lib. de oſsibus c. xxij. illas utiq; Galenū & cognouiſſe; quū ita ſcripſerit. tibia, inquit, qua fęmori copulatur magna quidē adnata coagmētataq; appēdice duplicē ī ſe ſinū habēte, capita fęmoris ſeſe ī ſimuātia recipit: ſed cōſtat tales appēdices, quos greci Ἐπιφύσεις nū cupāt, cartilaginoſas quidē eſſe, ut manifeſtiſsime declarauit Gal. in xi. de uſu partiū, quas natura cōtraria uniri ĩter ſe poſſe diſperās, amicitiā aūt ipſis inter ſequādā ac cōſuetudinē ī noxiā ex ĩſertionis mō, ē machinata, ut ibi elegātiſsime ſcripſit Galenus, quē ex his et alias aīaduertiſſe credēdū ē, et ſi Veſſalius aliter cēſeat in ſuo p̄grādi lib. pri. c. ij. ſed quātū p̄perā, p̄ſpicuū eſſe pōt, quia ſi Galenus, brachiū ulnę radij fęmoris tibię et fibulę appēdices agnouerit, neceſſariū ē tamē, ut cartilagines illis circūfuſas aīaduerterit: de utroq; quorū Galenū ī lib. de uſu partiū loco iā p̄citato, credere quidē, nō egiſſe, eſt ſeſe illius

libri

libri non ſtudioſum eſſe omnino demonſtrare, ut partim ex alijs poteſt innoteſcere quæ paulò ante, alio ſcribuntur in loco, partim ex his quæ mox enarrauimus, deinde ſubiunguntur, Porrò hic ita ſubdidit, χονδρον ἑκατέροις ἐπαλείψασα καθάπερ τινα κολλαν, καὶ χαυνους μέν τῶν ὀστῶν ἀναπληρώσασα τους ἐν τοῖς περάσι σηραγγας, ἐκλειάσασά τε τας τραχύτητα, τῷ ὀχλιρῷ περικυθεῖς ἔξωθεν, ἔδησεν αὐτὰ πρὸς ἄλληλα, καὶ συνέφυσε δι' ἑαυτῆς μεσον καλῶς οὕτως, ὡς τε εἰ μή τις ἂν καθέλοι σειεν, ἂν ξηραινει αὐτὰ λανθανειτὴν συνθεσιν, *Hoc eſt cartilaginem inſtar glutinis cuiusdã utriſq; adliniẽs cauernulas quidam oſſi luxi quæ ſunt in finibus refarciens, aſperitates uerò leuigans. Quæ cartilago duro extrinſecus circunfuſa adeo ualide ſui ipſius interritu ipſa inter ſe colligauit, ac coniunxit, ut niſi quis eam coxerit, aut ſic cauerit, compoſitionem deprehendere nequeat. Illic autem iſthæc ſcribuntur uerba,* Αλλα καὶ τ' κωλων αἱ κεφαλαὶ, ἃς περ δή καὶ ἐπὶ φυσεις ὀνομαζουσι καὶ χονδύλους, διὰ τὴν κατὰ τὴν αἰτιαν γεγόνασιν, ἔνθα γὰρ ἂν ὀστοῦν μυελὸν ἔχη, τοῦτο καθάπερ ἐπίθημα τοῖς περάσιν ἑκατέρωθεν, ὡς τὰ πολλὰ κεφαλὴν ἰδεῖν ἐστιν ἐπὶ φυομένην, καὶ μοι δοκεῖ τοῦτον αὐτὸν καὶ τὸν λόγον ἀρχὴν ποιησασθαι τοῖς προκειμένοις, καὶ δεῖξαι πρότερον μέν, διὰ τίτε κάτω γένους ἐχουσὶς μυελὸν ὄμοιρὸς ἐστι τελεώς οὐσίας τοιαυτης ἢ ἄνω, δεύτερον ἢ διατί καὶ τοι μυελὸν ἐχουσὶς τοῖς κάτω, κατ' οὐδέτερον αὐτῆς τὸν περάτων ἐπιφυσις ἐστιν, οἷον Βραχίονι καὶ πήχει, καὶ κεκίδι, καὶ μηρῷ, καὶ κνήμη, καὶ περονη καὶ ὅλως τοῖς μυελὸν ἔχουσι, *Quod eſt, Artuum capita, quæ utique*

Epiphyſes

Epiphyſes,& condylos appellant,ob eandem cauſam ex titerunt,ubi enim os medullã habet, eius finibus utrinq; caput inſtar operculi cuiuſdam, ut plurimùm uideas adnaſci,mihiq; ab hac ipſa oratione,quæ nunc ſunt propoſita,uidentur eſſe auſpicanda, oſtendendumque primum quidem , cur maxilla inferior medullam habeat, eiuſcemodi ſubſtãtiæ ſuperior ſit expers. Poſt autem cur quum inferior medullã habeat,in neutro tamen ipſius fine epiphyſin reperias,ut in brachio , ulna,radio, fœmore , tibia,fibula, ac omnino his quæ habent , ſed hic Veſſalius in ſuo pregrandi lib.primo,cap.iij. indignatur de Galeno , tanquàm de Epiphyſi male tradiderit nolens illam ſinuum medullam continentium eſſe quidem operculum , quũ & ea medullã habeat,& multa comperiantur oſſa, quæ & ſi nec medulloſa ſint, ſibi tamen Epiphyſin adſciuerunt,neſciens Veſſalius, ut adiuiſtis de ea duplicẽ cauſam Galenum aſſignaſſe , uel ut quibuſdam,in quorum ſinibus eſt medulla ſit operculum,non tamen omnibus, ut clarè habetur ab eo de maxilla inferiori, in omnibus tamen,naturam (ut diximus) contraria uniri inter ſe poſſe deſperantem , amicitiam autem ipſis inter ſe quãdam ac conſuetudinem innoxiã ex inſertionis modo fuiſſe fabricatam. Nec tamẽ illam his oſsibus,quæ medulloſa ſunt, tantum ineſſe, ſuſpicandũ eſt,ut Galenus crediderit,quã doquidem & alijs quæ medulla deſtituuntur ineſſe , & hanc Galenum uoluiſſe legitur,ut apparet ex xiij.de uſu partium, cuius uerba ut græcè ſcripta ſunt allegabimus.

καὶ γὰρ οὖν καὶ οἱ λοιποὶ δύο τῶν κατὰ τὸ μεταφρενον σπονδύλων, οἱ κατόπιν ὁπάντων οὐκ ἀλόγως τὰς ἀντὶ

τ ἐγκάρσιων ἀπωφύσεων τὰς ὑποκειμένας τοῖς ἀρτρωσὶ τὰς κατάντεις ἐκτήσαντο. τοῦ μὲν ἑτέρου τὴν ὑςάτην τῶν μόθων πλευρῶν ἐχοντος ἐπιβεβηκυῖαν, αὐτήν τε βραχεῖαν πάνυ καὶ λεπτὴν ὑπάρχουσαν ἀμυδρῶς τε καὶ σμικρὰ κινουμενὴν θατέρου δὲ τὴν ἐπιφύσιν τ φρενῶν. *Hoc est, Reliqui igitur duo dorsi spondili aliis omnibus in eo subiecti, nō iniuria pro transuersis productionibus decliues articulis subditas habuerunt: quorum alter quidem ultimam costarum notharū habet incumbentem, quę breuis admodum est ac tenuis, obscureq; ac parum mouetur: alter uerò phrenō habet epiphysin: quem quidem locum Vessalium non animaduertisse perspicuum est. Etenim non in tot incurrisset ineptias, quum uelit uertebrarum non obseruasse epiphyses, atq; illas Galenum tantum existimasse a natura fuisse factas, ut sinuum medullam continentium essent opercula: sed quantum toto aberret cælo omnibus potest innotescere ex his, quæ diximus: ex quibus planum esse potest, hunc hominem nescire quid oblateret: præsertim quum & has epiphyses medullam continere, scribere non erubuerit. nesciens eas non esse adeo cauas, ut in illis medulla possit contineri, sed quiddam tale in earum cauernulis inesse, quod Galenus in undecimo de usu partium, non medullam, sed succum appellandum esse persuasit, ut satis superque a nobis demonstratum est. Propterea his relictis satius futurum esse duco ut etiam ad reliqua & alia quæ sequuntur examinanda, tandem acceleremus, prætereuntes tamen patellam, uel si mauultis rotulam, quæ a græcorum nonnullis μύλη id*

est, mòla: ab aliis ἐπιγονάτις, quasi supra genu dicas, appellatur, an hæc ossea et cartilaginosa, ut Gallenus in tertio libro de usu partium, & in libro de ossibus, capitulo trigesimotertio, & multi ac plurimi alij ante Galenum, ut fuit Marinus, & cæteri uoluere: an potius sit dũtaxat ossea, ut attestatus est Vessalius in suo prægrãdi lib.i.cap.xxxij, quoniam satis constat, si ossea quidem esset, & non extrinsecus cartilaginosa, ligamẽta quæ illi implantantur, implantari quidem non possent, ut paulò ante indicatum est, quum de catilaginibus ageretur. atq; idcirco non alio opus esse sermone in præsentia existimo, ut de hac re Vessalij insciti demonstretur. Sed ad alia me conuertam, in quibus necessarium est sermonẽ extendere, ut ueritas possit eluceſcere: non multum tamen in his, quæ de pedis ossibus in Galenũ debacchatus est Vessalius. Is etenim illos immitatus est homines, qui Aristotelem in prædica. ex Architæ opinione loquentem, nõ re ẽtè philosophiceue alio in loco disseruisse, petulanter diffamarunt: idq; aliis in sexcentis locis tentare non erubuerunt, præsertim in uisus opinione, in qua uarium ac inconstantem eũ appellare impudenter ausi sunt, quum in lib. de Ani. ubi locus erat proprius, quid senserit, aperte scripserit: alio aũt in loco, ut in li. μετεωρολογικῶν, atq; alibi uisus sit probare q̃ alibi cõfutarat. quẽ quidẽ scribẽdi modũ a Plato. Aristotelẽ, & ab aliis græcorũ sapientibus in quocũq; studiorũ genere usurpasse, ab horũ studiosis nõ reclamabitur: quos Galenus, cũ in his uersaretur, ac ex illis unus esset, æmulari studuit, ac effingere. Quapropter non mirum etiam est si in secundo libro de

fractu. Aph.viij.parem esse numerum & pedis & ossium manus, cum Hippocrate senserit, in iij.autem de usu partium, atque alibi, ubi locus erat proprius, ut in lib.de ossibus, in quo erat opus, ut suam stabiliret sententiam, ad quem id propter quum Hippocratis exponat librum, persuadet utique recurrendum esse, ut innuat nobis uerã ac propriam (quod non sit alibi) de ossibus doctrinam in eo fuisse traditam, in quo si Galenus quod in libro de fractu. scripsit equidem affirmasset, Vessalium mehercle eũ damnasse merito, fatendum esset, sed quia aliter existimauit, iure optimo credere oportet, Galenum in eo de fractu. ex Hippocratis sententia, in hoc autem de ossibus, quid ipse censeat, eloquutum fuisse, quem hic sequutus est Vessalius in suo prægrandi, lib.primo, capitu. xxxiij. quorum sententiam non necessarium est in hoc opere adducere: quoniam de his, in quibus contrariantur, pro Galeno summentes patrocinium, solum pertractare decreuimus. Atque idcircò operepretium erit, ut ad alia, quæ de ossibus relinquuntur examinanda, tandem me expediam, ut reliquis, quæ ueniunt pertractanda, possim non multis, ut erit concessum, satisfacere. Ea igitur, quæ de alijs habentur ossibus, exponam, quæ Galenum haud unquã inspexisse hinc & inde reluctans exclamat Vessalius, de quibus fit mentio in libro de ossibus cap. ultimo atque alibi, ut apertè demonstrauero. Porrò de gutteris osse constat, in hominibus Galenum conspexisse, (licet aliter censeat Vessalius in suo libro, de radice Chynæ) ut apparet ex lib.de neruorum dissectione, quũ scripserit illud tum a figura λ labdoides, tum à specie υ hyoides appellari

pellari, & brutorum & id hominum comprehendens, in his enim υ, in illis uero λ, si horum characteris quidem comparaueris, iure optimo assimilare poteris. De auriũ ossibus auditus organi constructionem ingredientibus, de quibus tantùm gloriatur Vessalius in suo prægrandi lib. primo, cap. viij. ut nihil supra, uolens ne illa quidem Galenum unquàm neque alium ante illum quenquàm cognouisse, quum nusquam horum mentio facta fuerit, si cum eo liceat asserere, ò studiosi præcor uos ut ex Galeni uerbis in v. de Placit. Hipp. & Plat. uelitis dijudicare, quæ hæc sint. Αλλ' οἶσθα δ' ἤδη που καὶ σὺ σαφῶς, ὡς κερατοειδής τε τις ἐφ' ἡμῖν χιτὼν καὶ ἀραχνοειδὴς ἕτερος, καὶ ἔτι κρυσταλλοειδές, τε καὶ ὑαλοειδὲς ὑγρὸν ἕτερά τε τοιαῦτα μόρια τῶν ὀφθαλμῶν, ὥσπερ ἐγὼ καὶ ὠτὸς ὀστᾶ. Quod est, sed tu scis iam ubique & manifestò, cornu specie esse quandam tunicam, & acini specie alterã, qui etiam & crystallinum, & humorẽ uitreum, atque alias huiuscemodi occulorum particulas, quemadmodum & auris ossa. Nec ualet ea ut sunt non depinxisse, Galenũ accusandum fore, quia scire doctrinam de ossibus non ad medicinam pertinet, nisi si uel frangantur, uel a sede sua dimoueantur, ut habeant in situm pristinum reduci, ut fiat sanitas, quæ medicinæ finis est, & hoc declarauit Galenus statim per initia libri de ossibus, quo fit ut Galenus non curauerit in his, atque alijs, similibus, multũ persistere, quum non possint dimoueri, neque frangi, & de his leuiter (ut dicebat) uoluit pertractare. Non tanquàm non agnouerit (ut uisum est) sed potius, quia scire ut sunt, & non scire, & eorum nomenclaturã imponere,

& non imponere, non multum refert, imo si præteriisset Galenus, nec ullibi de ipsis mentionem fecisset, propter causas iã dictas, nec ire deberet inficias. Itaq; Vessalius sua fastosa dicacitate non glorietur tãtum, quæso, sed acquiescat aliquantisper, perpendatq; posthac Galeni libros, nec amplius de huiuscemodi extollatur in gloriã, licet itidem faciat etiam de alijs perperam, ut hic paulò inferius. In situ illorum ossium quæ sesamotide uocãtur, existimare illum quidem præteriisse Galenum, non secus ac si illa aut omnino nulla, aut admodum pauca esse senserit, ut autumat Vessalius in suo paruo libro, cui titulus est de radice Chynæ, est omnino extrema dementia, cum Galenus de his latius in .ij. de usu partium, meminerit: ubi quidem esse multa hisce uerbis exponit, Ενατον τὶς τούτο δ'υνατῆς κατὰ τὸν καρπὸν ἀσιτμεῖν ὁσουῦν ἀλλα οὐκ ἠρίθμηται πρὸς τ ἀνατομικῶν, ὥσπερ οὐδ' ἄλλον τῶν σησαμοειδ'ῶν καλουμενῶν ουδ'εἰᾶ πολλοῖς τ κατὰ τὰς χεῖρας τε καὶ πόδιας ἄρθρων ἡ φύσις ἐξυπτε μέτρου περιτίθησιν ἀσφαλεῖας ἕνεκα. Hoc est, Nonum aliquis poterit hoc carpi os numerare, sed non est numeratum ab anatomicis, sicut nec aliquod eorum quæ sesamotide uocantur, quæ multis manuum & pedum articulis natura, uelut auctuarium, circumponit securitatis gratia. Alio in loco non multum longè a prædictis de illorum situ pulchrè meminit in hisce uerbis, οὔτε γὰρ ὁμοιαι πανταχόθεν αἱ κεφαλαὶ, διότι μηδ'ὲ ἀκριβῶς στρογγύλαι, καὶ αἱ τ ὑπδ'εχομενῶν αὐτας κοιλοτητ ὄφρυες, εἰς λεπτοὺς ἄμβωνας τελεύτωσαι, σφίγγουσιν ἐξω θεν ἀσφαλῶς πάνταχοτεν, καὶ τ καλουμένων σησα-

μοειδ'ῶν

μοειδῶν ὅσων ἐπιφυσεὶ; λαμβάνουσαι ὡς τε μέσως τως ἔχειν κατάσκευης ἑκάστων, τ κατὰ τοὺς δακτύλους διαρθρώσεων. *Quod est, Neq; enim similia sunt undiq; capita quod non ad amussim rotunda sint, & excipientium capita ipsa cauitatum supercilia in tenues margines desinentia constringũt extrinsecus ualide undiq;, assumptis etiam ossium, quæ sesamotide uocãtur, epiphysibus, adeo ut mediã quodammodo habeant constructionem singulæ digitorum dearticulationes. Eccete ò studiosi quomodo apertissimè calumniosa Vessalij garrulitas demonstratur, quæ & amplius, si & alia, quæ in alijs dicta sunt, audire non grauabimini, porro licebit, postquàm de ossibus doctrinam absoluimus, alium pertractare sermonem, in quo de alijs agitur partibus: seruantes igitur ordinem Galeni rem nostram aggrediemur.*

PRIMI LIBRI FINIS.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOMB.

Liber Secundus.



ROFECTO ò studiosi quantò magis magisq; cogito, conuertor ego medius fidius in stuporem, sioque Niobe stupidior, cur nonnulli sint qui tanto mentis errore adficiantur, ut hunc diuinum hominem, & si non agnoscant, audent tamen conuitijs onerare. Equidem sepissimè de hac re cogitanti, non potest in mentem uenire, qua ratione persuasi, sic illum male accipiant, ò stolidos homines, quis uos fascinauit. Quis obcęcauit? Quis mentẽ abstulit? Cur Galenũ quo non fuit unquã neq; nostra neq; patrũ memoria ex doctissimorũ probatissimorũq; omniũ uirorũ consensu, in arte medica præstantior, tot contumelijs adficitis, & tam strenuè ad illius perniciem incumbitis? Equidem studiosi quantum ego existimo, sed fortasse uaticinor, male peribunt quotquot in huius diuinissimi uiri damnum atque exitium coniurarunt. Non possunt felices exitus habere, quæ mala habuerunt initia,

initia, uexebat illos tum aliquis κακοδαιμόνων, quum hanc susciperent mentem, ac uoluntatem, sed spero unum quẽque à ueritatis amatoribus, ut est, habendum esse, quos non dubito huiusce modi beluarum (uolebam dicere hominum) genus damnaturos esse plurimùm, præsertim quum in his, sese uelint intromittere, detestantes, quę non intelligunt: ò audaciam non ferendam. Porrò quis erit tam patiens, qui se contineat, ut de ipsis non maledicat? Equidem nullus. Quis enim unquàm posset ferre, (ut propositum exequar) quod de musculorum natura in Galenum Vessalius oblatrauit, ipsum non intelligens, dum scribit in suo prægrãdi lib. ij. cap. ij. Galeni fuisse sententiã in primo de motu musculorum, mixtam esse naturam eorum ac mediam inter ligamentum, ac neruum. Sed uos obsecro, ò studiosi uelitis paulisper hic attendere, ut uos non prætereat Vessalij dementia, quam nobis ostendit, dum Galenum curauit subuertere in his quæ planè non intellexit, existimans illud assignasse musculis Galenum, quod tendonibus attribuisse toto aperto cælo unicuique manifestum erit, si quæ scribuntur ibi, exactius cõsiderabuntur quæ hæc sint, ut de musculorum egit pathematis, quę cum tendonibus esse communia apertè uoluit, dum ita scripsit, τὰ δὴ αὐτὰ καὶ τῶν τενόντων πάσχόντων γίνεται, (καλοῦσι δ' ἑλαὼτους ἀπονευρώσεις μυῶν οἱ νεώτεροι, ὅτι ὅμοιαι τοῖς μυϊκοῖς αὐτοὺς ὁρῶσι τελευτῶντας) μικτήν τινα ἔχει φύσιν αὐτῶν ἐστι καὶ μέσι συνδέσμου τε καὶ νεύρου. Quod est. Eadem tendonibus patientibus fiunt (uocant autem eos recentiores ἀπονευρώσεις quasi eneruationes musculorum, quoniam ut puto musculos

eos vident finire) mixta autem quædam ipsorum natura est, & media inter ligamentũ, & neruũ, sed hic vessalius non parum reluctabitur volens illud αὐτῶν, hoc est, ipsorum, ad musculos ob propinquitatem esse referendum, sed acquiescat hic Vessalius, idque adiscere non sit indecorum, hunc quidem locum (qui ita restitui debet) esse deprauatum, quum sine parenthesi ab omnibus legatur: sed arbitror illam ex primorum incuria librariorum fuisse prætermissam, quam nullo modo sine ea legere possimus, quum illud αὐτῶν non ad musculos, sed ad tendones referri oporteat, ut inferius ex his Galeni verbis haberi potest, ὅτι μὲν οὖν οἷον μίκτη τοῖς ἡ φύσις ἐστι τῶν τενόντων, ἔκ τε τῶν συνδέσμων καὶ τῶν νεύρων, εἴρηται μέν ουν καὶ εἰστῶ πρόσθεν, ἀλλ' ὁ λογισμος αὐτοῦ παραλέλειπται, νῦν δὲ προσκείσεται, hoc est. Quod igitur quasi mixta quedam natura tendonum sit ex ligamẽtis & neruis, dictum quidem & hoc ante, sed consideratio eius omissa est, nunc uerò adiungetur, sed constat nullibi in superioribus de natura tendonum meminisse Galenum, nisi in illis uerbis dicatur. Quid igitur obstat, quin dicamus, oportere Vessalium etiam sub pædagogis militando ferulis manum subponere, dum impingit Galeno male intelligens, quod nunquam somniauit, de qua re doleo plurimũ, hunc tantum uirum (ut fuit Galenus) in huiuscemodi diffamari, præsertim quum pleriq; omnes hisce temporibus in hac hæresi sint obcęcati Vessalio aspirantes, ex quorum albo est potissimum Leonhardus Fuchsius in suis commentarijs de sanguinis missione cap. xvi. qui arbitratur eum Anatomes rationem ita illustrasse

lustrasse, ut neminẽ aliũ ante ipsum, de quo nõ possũ qn admirer, q Galenũ in succũ & sanguinẽ sũmopere curãs uertere, in isthæc proruperit deliramẽta, quũ satis perspicuũ sit oĩbus nõ illustrasse Vessaliũ, sed Harpiarũ ritu oĩa quidẽ cõtaminasse, ut amplius ẽt haberi potest ex illo cõmẽto, quod fingẽs, ábnegat neruũ in fibras per musculi substantiã diffundi, ut tenuit Galenus in. i. de motu musculorũ, sed in quãto errore lapsus sit Vessalius, arbitror & aniculas scire posse. Et. n. manifestũ est musculũ in quacunq; parte habere sensum, quẽ obtinet aut a neruis, aut a ligamentis, quæ illum ingrediuntur, ab his aũt nequaquàm, cum sint sensus expertia. Ab illis igitur sensibilibus suppeditari sensum fateri oportet, qui riuorũ in morẽ a cerebro ceu ex quodã fonte deducũt musculo uires, quod quidẽ nequaquã fieri posset, ni (ut ingeniosissime scripsit Galenus in loco præcitato) illi qui proueniũt ad musculum, in prima quidem insertione in pauciores distribuerentur portiones, illis rursus in alias scissis, hisq; iterũ sectis in alias, eo usq; tãdẽ scissura procedat, ut in mẽbraneas & ualde tenues fibras desinãt. Sed audio Vessaliũ hic in his quæ nõ debebat ob suũ honorẽ ĩ Galenũ obstrepere q nõ oĩm musculorũ nerui ĩ caput inserũtur, sed subĩde multo inferius q̃ caput habetur, et medio sui quodã modo ductus, et lõgitudinis, ut ĩ anteriori flectẽtiũ cubitũ musculorũ, atq; ĩ aliys clare apparet: sed q subiũgit Vessalius facit credere q dicit cõtra Galenũ, nihil esse, dũ fatetur illũ quidẽ nerui primũ propaginẽ assumere, ubi duo ipsius principia in unum coeunt, quod illius esse caput, aperte constat esse asserendum, a quo

propa-

propagines oriri posse, concedit etiam Galenus in primo de motu musculorum in his uerbis, Διὰ τοῖς ἀνατομικοῖς, ἐναργῶς γὰρ ὄψει, τὴν μὲν ἀρχὴν, ἣν καλοῦσι κεφαλὴν μυὸς, νευρωδεστέραν, τὰ δὲ μέσα σαρκωδέστερα, ἵνα περ αἱ καλούμεναι κοιλίαι, τῶν μυῶν εἰσιν· ἐντεῦθεν δὲ αὖθις ἀεὶ κατὰ μάλλον ἔτι νευρωδέστερος γίνεται, κατὰ τὴν αὐτὴν πρόσθεν ἀναλογίαν, καὶ τέλος εἰς τοσοῦτον μᾶλλον νευρώδης φαίνεται τὸ κάτω μέρος, εἰς ὅσον περ καὶ κατὰ τὴν κεφαλήν, τοῦ νεῦρον καθηκὸν εἰς αὐτὸν· κατὰ μὲν πρώτην ἔμφυσιν, εἰς ὀλίγας νενεμητὲ μοίρας. Quod est, In Anatomicis manifestè uidebis, principium quidem, quod uocant caput musculi, neruosius, media uerò carnosiora, ubi uentres, ut uocant musculorum sunt. Inde rursus eadem qua prius proportione, multò semper neruosior efficitur, tandem eò magis neruosus appareat finis inferior, eo qui est in capite, quantò neruus qui peruenit ad ipsum. In prima quidem insertione in pauciores distribuitur portiones, quas (ut antea diximus) scribit Galenus, in alias scindi, hasque iterũ in alias, donec scissura procedat, ut in membraneas, & fibras admodum tenues finiant. Rursus & has particulas inuicem coire, ac neruos mole quidẽ prioribus maiores, cæterùm numero pauciores generare, qui in fine musculi, & numero & magnitudine pares ijs, qui initio primo locantur, euadunt: quos rursus in naturam tendinum transire unà cũ ligamentis, manifestũ esse, Galenus meminit, quum is multò maior sit neruo, qui in musculum descendit, unde nõ solùm ex neruo factus est, uerùm etiam aliquid ex matura ligamentorum assumpsit, nec sanè hoc

modi cum

modicum, multis enim locis sexcupla, multis etiam decupla crassitudine neruũ superat. Sed in hoc impudenter se opponit Vessalius in suo prægrandi lib. primo, & capit. præcitatis, sed multo clarius in alio suo lib. qui de radice Chymæ inscribitur, adducens multos quidem uideri musculos, cuius generis sunt, qui ab ilium osse enati, fœmoris motibus præsunt atque alij, qui suo principio quàm tendines latiores sunt. Sed ò studiosi uidete, obsecro, quàm sibi sit constans, & memor, dum scribat in prægrandi suo lib. ij. cap. lvi. Eos, & præsertim primum, & secundum, latis & admodum carnosis exoriri principijs, atque in latos ac ualidos finire tendines. Quapropter quis unquàm huic Eurippo præstabit fidem? cur enim Euripp ũ non appellem hominem inconstantem, qui nunquàm eundem uitę tenorem seruet, qui modo harum modo illarum sit partium: sed non mirum est, quum admodum sit difficile, ut qui mentitur, semper sibi constet, iuxta illud mendacem oportet esse memorem, sed ò studiosi huiuscemodi mendaciorum architectos esse relinquendos, omnino persuaderẽ. Quid enim lucri cum homine bilingui haberi potest, nisi ambages, & totius artis dehonestamenta. Date ueniam o uos qui Vessalij estis studiosi, si in uestrum Vessalium sim tam acerbus. Nostra in uos pietas & amor me talia cogunt, Moliri, præsertim quum sciã uos omnes in hoc homine esse deperditos, quum in Anatome præter hunc uelitis neminem, arbitrantes Galenũ male de Anatome sensisse, sed uidetis uos, ò ueritatis amatores, quantùm cæcutiant ij, atque hallucinentur, cum suo Vessalio, qui ut uideatur in Galenũ obstrepere,

in tot

in tot prærumpit deliramenta, in quæ ne morycus quidem incidisset, præsertim quum etiam teneat Galenum aberrasse in .xi. de usu partium, dum meminerit omnes musculos finire in tendines. Porro illius insaniæ atque dementiæ me miseret plurimum, doleoque ipsum in talẽ errorẽ incidisse, dũ ostendit se omnino nescire Galenũ fuisse eloquutum de illis musculis, qui mouent ossa, ut apertè scripserat in primo de motu musc. in his uerbis, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες μύες, ὅσοι μὲν ὀστᾶ κινοῦσιν εἰς τένοντας τελευτῶσι τὰ πάντα, ἢ μείζους ἢ ἐλάττους· ὅσοι δὲ ἄλλο τι τῶν τοῖς μὲν εἰσι τένοντες, τοῖς δὲ οὐ κινοῦσι δὲ ἄλλό τι, καὶ οὐκ ὀστοῦν οἵτε τὸν ὀφθαλμόν, καὶ οἱ τὴς γλώττης, καὶ οἱ τὸν ὄρχεων τε καὶ παιδίου, et reliqua: Quod est, Cæteri omnes musculi quicunq; ossa mouent, in tendines omnino uel maiores uel minores terminantur: qui uerò aliud quidpiam quàm os mouent, horum quibusdã sunt tendones, quibusdam uerò non. Moueant aũt aliud quidpiam, non os, musculi oculorum, linguæ testium, & penis, deinde ex eo quod non longè ab his subditur, etiã scire licet quod Vessalius in libro, cui titulus est de radice Chynæ, Galeno adscripsit nullum musculum scilicet nisi ab osse originem ducere, Galeni fuisse sententiam, est omnino extrema dementia ut ex his aperte constat, οἱ μὲν οὖν τῶν ὀφθαλμῶν, ὑμενώδεσι μέν, ἀλλὰ ἰσχυρὰς ἀπονευρώσεσις, εἰς τὸν σκληρὸν καὶ νευρώδη χιτῶνα τὸν περικείμενον τῷ ὀπτικῷ καθήκουσιν, οἱ δέ τοῦ παιδίου τε καὶ τῶν ὄρχεων οὐδεμίαν ἀπονεύρωσιν ποιησάμενοι, τοῖς σαρκώδεσι σφῶν αὐτῶν μορίοις ἐμφύονται, quod est, Musculi igitur oculorum membraneis quidem, sed ualidis

ualidis apaneurosibus in duram, & neruosam tunicam adiacentem rhagoidi peruenit, Penis autem & testium aponeurosi facta carneis ipsorum particulis innascüntur. Ecce, nam quis erit qui huius Vessalii dementiam, ne dicam insaniam, non summopere admiretur? aut quis erit qui egabit huic homini opus esse, ut nauiget Antyciram? sed ad rem, si instabit Vessalius, etiam plures esse musculos mouentes ossa qui tendinibus destituuntur, mehercle sciat non posse esse quin omnes musculi in tendones non finiant. Nam quosdam esse (ut referebat Galenus in libro duodecimo de usu partium) qui in magnum tendonem desinunt. Alios autem, qui partibus carnosis ad membra perueniunt, multis tamen tendonibus, ac minimis, ob id à quibusdam non animaduersis, ea mouentes, quos sine tendonibus etiam esse, ut ex illis alius Myops existimat Vessalius, uerumtamen ob eius cæcitatem licebit, rem ita esse, ut diximus, rationibus comprobare. Porrò fateatur ipse, quo modo ipse musculus ossibus alligatus absque tendone mouere quidem possit ossa, ligamentum quidem ualide admodum colligare potest, neque impedit quo minus membra moueantur, motorium tamen instrumentum esse ipsum non potest, (ut declarauit nobis Galenus in libro duodecimo de usu partium) quum non ex principio animal mouente, quo modo nerui, sed ex osse originem ducat. Equidem constat molle esse oportere huius principij corpus. Porro neque ex molli durum planè, neque ex duro molle quidque potest nasci: ob

has igitur causas natura non potuit solis ad motus uoluntarios uti ligamentis, quod sensum non habebāt, neq; motum, ut quæ in loco, qui principem animæ facultatē continent, non sint deuincta, neruis autem solis uti nō poterat, ut qui propter molliciem tanta onera transferre nequeant. Conuenienter igitur ubi membrum solo uinculo indiget, ibi solum est ligamentum, ubi uero sensu solo neruus, ubi motu uoluntario est opus, utrunque ut ibi reperias, est necesse: neruum quidem qui missum à ratione imperium perferat, motusq; principium præbeat, ligamentum uerò quod robur ad ea quæ à neruis mouentur gestanda suppeditet. Mixtum certè ex ambobus motus instrumentum quoddam efficere oportebat, quod omnino neruo quidem durius, ligamento autem mollius erat futurum. Proinde ut sensus minus quid quàm neruus, sed magis quàm ligamentum particeps erat futurum, atq; etiam roboris ac imbecillitatis aliorumq; contrariorum quæ neruis insunt ac ligamentis medium locum erat habiturum. Propterea quod substantiæ utriusque sese constituentis est particeps, neutram tamen sinceram neq; solam, neque secretam habet, sed ex ambabus est conflatū. At qui nihil per totum cum alio potest commisceri, nisi prius in partes exiguas, fuerit comminutum, utrunque igitur in fibras tenues diuidere fuit necesse, tum autem eas inter sese ad motorij instrumenti constitutionem connectere, quod substantia inter utrumque est medium: uerum si (inquit Galenus in xij. de usu partium) id fecisset solùm, neque spatia inter ipsas media substantia molli (quæ instar stæbes cuiusdā ac sedis firma esset futura) opple-

oppleuisset, ne temporis quidem momẽtũ seruari potuissent, quia contunderentur ac rumperentur: stœbem igitur hanc natura (quæ eius in omnibus est sapientia) haud quaquã reliquit inanẽ, sed quo æstus ac frigor propulsaret, cadentiq; ipsi aut alioquin procubanti substerniculum sit molle, cum aũt uulneratur propugnaculum, quum uero cæditur operimentum simillimum, tum uenis atq; arterijs substerniculum quoddam, atq; amiculum admirabile comparauit: de quo .i. de usu partiũ admonẽs Galenus, carnem id nominari dixit, utilitates enarratas animalibus præbens, inter quas & aliã existimauit Vessalius in suo prægrandi lib. ij. cap. ij. qui scripsit eam præcipuũ esse motus organũ, quam ad tendinem reijcisse uisus est Galenus in. xij. de usu partiũ, cui ante Vessalium petulanter reclamasse Auerroem in. ij. suorum Collectaneorum aperte legitur, nesciens & ipse eam non fuisse Galeni sententiam nec medicorum, sed Platonis in Thimæo, ut in .i. de usu partium annuitur. Porro ut res manifestetur amplius, licebit, ut habetur in Thimæo, uerba adscribere, Οὑτω τ νευρῶν κ τὸ τῆς σαρκὸς γένος ἐμηχανήσατο, ἵνα τῷ μὲν πάντα τἄλλα μέλη ξύνδησας ἐπιτεινομένῳ κ ἀνιεμένῳ, περὶ ἃς τροφὴν γους καμπτόμενον τὸ σῶμα κ ἐκτεινόμενον παρέχοι, τὴν δὲ σάρκα προβολὴν μὲν καυμάτων, προβλημα δὲ χειμώνων ἔτι δὲ σωμάτων ὗον τὰ σιλπτὰ ἔσεσθαι κτήματα σώμασι μαλακῶς κ πράως ὑπεικούσας, θερμὴν δὲ νοτίδα ἐν τοῖς αὑτῆς ἔχουσαν θέρους μὲν ἀναδροῦσαν κ νοτιζυμενὴν ἔξωθεν, ψυχος κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παρέξειν οἰκεῖον, διὰ χειμῶνος δὲ πάλιν αὖ, τοὐτο τῷ πυρὶ τ τροφὸς ἐσομε-

νον ἐξωθεν καὶ περιστάμενον πάγον ἀμυνεῖσθαι μετρίως.
Hoc est, Sic neruorum carnisq; genus effinxit, ut neruis quidem membra reliqua uincientibus, intensis remissisque circa cardines ipsos, corpus omnem ad flexionem tẽ sionemq; ac promptũ, et agile redderet, caro uerò tegmen foret aduersus frigus, atq; calorem: & quemadmodum externa corporis fulcimenta solent ad casus uarios munimentũ esse, præsertĩ quia talis erat futura, ut molliter leniterq; corporibus cederet, cui calidum idcirco humorem indidit, ut æstate quidẽ rosida madidaq; extrinsecus, toti corpori domesticum præbeat refrigeriũ, hyeme uerò rursus proprio igni exteriorem glatiẽ moderatè repellat. Hactenus diuinus Plato, a quo mutuatus est Galenus in primo & .xij. de usu partium. Constat tamẽ Platonem per neruorum genus tendines intellexisse, ut rectè exposuit Bartolomæus Puteus genitor meus, cuius in eum Platonis librum non indoctos habeo cõmentarios, ut & alij, ut uiderint, dijudicare poterint: prodibunt enim propediem in lucem, & iam studiosorum manibus uersarentur, ni etiam frater meus Amadeus, qui eum publicandi assumpserat prouĩciã e uita excessisset: qui quum Papiæ legibus operam daret, ueneno infectus non longè post diem obijt: de quibus in æternum dolere oportet: erant enim uiri maximi in quocunq; studiorum genere plurimum ualentes, ut sciũt omnes qui illos agnouere, præsertim frater meus, qui & si esset admodum iuuenis (uigesimũ secundũ annũ nondũ attigerat) scripsit tamen nonnulla in utroque Iure, de Sublimitate scientiarum, & librum Emblematum, quem dum in humaniori

adhuc

adhuc ſtudio uerſaretur, equidē compleuit, cæteros mor
te præventus abſoluere nequiuit. Sed quàm elegans, &
in utraque lingua fuerit excellens, ex eo ſolo manifeſta-
ri quidem poterit: ex alijs autem, eum præcocis ingenij
extitiſſe: & ſi Deus maiores in luce moras dediſſet,
quod & ipſe non mediocre lumen & literis & legibus
attuliſſet, planè oſtenditur: ſed ſic uiſum eſt ſuperis. Ad
rem igitur, ſcribit pater meus (de hoc ingenioſa facta quæ
ſtione) per neruorum genus tendines intellexiſſe, tum
quia imitatus eſt antiquos, qui tendines neruos appella
runt, ut auctor eſt Galenus in primo de uſu partium: tū
quia Plato uiſus eſt in paulò inferioribus ſe ipſum expli
cuiſſe, licet ſecundum Marſilium ſicinum explicuerit: ta
men quia eius tranſlatio non eſt multum fida, placet ali-
ter ſentire propter uerba græca, quæ aliter ſonant, quæ
hæc ſunt, κατὰ φυσιν γὰρ σάρκες καὶ νεῦρα ἐξ αἵμα-
τος γίνεται, νεῦρον μεν ἐξ ἰνῶν διὰ τὴν συγγενειαν, σάρ-
κες δὲ ἀπὸ τοῦ παγέντος ὃ συγγνυται χωριζόμενον ἰνῶν.
Quod eſt, Secundum naturam carnes & nerui ex ſangui
ne generantur, nerui quidē a uillis propter cognationē,
carnes autē a coagulatione quadā eius quod ſecretum a
uillis concreuit. Sed conſtat, ut declarauit nobis Gale. in
primo de motu muſc. a uillis, qui ī muſculos sūt ſeminati,
oriri tēdines. hæc pater meus. Itaq; ut rē peragamus, du
biū eſt nemini Platonis fuiſſe ſentētiā, neruos, hoc eſt, tē
dines, mouere quidē mēbra, carnē uerò a natura et ad fri
gus & ad æſtus pro tutela fuiſſe procreatam: quem
ſequutus eſt Galenus in primo & duodecimo de
uſu partium, non tamen ut oſtenderet ſuūpſius etiam

& hanc esse sentẽtiam, sed ut eam, quum esset tempestate sua admodum famosa, ibi cũ non esset locus ualde proprius, esse præferendam, utiq; insinuaret ut græcorum est mos, sicut dictum est antea: in libro autem de Motu musculorum quid sentiret erat asserẽdum: quia ibi locus erat proprius, & ibi suam stabiliuit sententiã: ubi in hac fuit sententia, musculum & non tendinem uoluntarij esse motus instrumẽtum, quia si tẽdo esset motus instrumẽtũ, necesse esset ut ubi esset motus, ibi adesset semper tendo (Quod non animaduertit etiam Franciscus Valleriola uir apprimè doctus, in libro. iiij. suarum enar. med. enar. ix.) Sed datur motus nullo existente tendine: non datur tamen quin existat musculus. hunc igitur fateri oportet esse motus instrumentum, & non tendinem, ut clarissime apparet in primo de Motu musculorum, his uerbis, Ἐν κεφαλαίῳ ἡ κατὰ πάντων τῶν μυῶν λεκτέον, ὅτι κινήσεως τῆς καθ' ὁρμὴν ὄντες ὄργανα ποτὲ μὲν ἑαυτοὺς μόνους κινοῦσι συστέλλοντες, ὡς οἱ τῆς ἕδρας τε καὶ τῆς κύστεως, ποτὲ δὲ καὶ τὸ ἔρμα πρὸς τὴν ἑαυτῶν, ἀρχὴν ἑλκόμενοι συνπιπτόντες, καθάτερ οἱ κατὰ τὰ χείλη, καὶ τὸ μέτωπον, καὶ ὅλως οἱ κατὰ τὸ πρόσωπον, ἐκ τούτων μὲν οὖν οὐδεὶς ἀπορεῖται τένων, Quod est In summa de omnibus musculis dicendum, quòd motus uoluntarij sunt instrumenta: tum quandoq; se ipsos duntaxat mouent contracti, ut musculi sedis & uesicæ, quãdoq; uerò & cutem ad principium suum, dum trahũtur, simul attrahunt, uelut hi qui in labris & fronte, & omnino ĩ facie sunt: ab his itaq; nullus nascitur tẽdo. Ex quo quidẽ loco manifestum est eos quidem delirare, qui arbi-

trantur

trantur tendinē esse primum motus instrumentum: quod si esset uerum sequeretur opus esse, ut omnes musculi haberent tendines, si hi deberent esse motus instrumenta: declaratum est tamen quāplures esse musculos absq; tendinibus, qui motus efficiūt arbitrarios. Hos igitur omnes motus a musculis perfici, licet asserere, ut etiam scripsit Galenus in .ij. de placit. Hippocratis & Plato. in. x. ca. viij. in xi. etiam de usu partium, capit. xv. in .i. de locis affect. cap. v. & .iij. eiusdem cap. vi. & denique in quinto, de causis symp. cap. ij. atq; alijs infinitis locis. sed si quispiam reluctator dixerit Galenum in. xij. de usu partium, & illud meminisse dum scripserit .ὁ μὲν γὰρ τενων, τὸ πρωτὸν ἔχειν αὐτὸ τῆς κινησεως ὄργανον. Hoc est, Tendinem esse primum motus instrumentum: sciat me hercle id in his tantum intellexisse, qui habent tendines: in alijs aūt qui illis destituuntur, utique negasse. Atque idcirco uerum est tendinem in eo, in quo quidem est, esse primū motus instrumentum: quia id quod primò mouet membrum, est tendo: non tamen quòd uelit dicere Galenus eū quidē esse motorē primū, quia opus esset, si id esset uerū, ut omnibus adesset tendo: quod est falsū, ut apparet his qui in anatome fuerunt exercitati: in omnibus tamen in quibus est motus arbitrarius, in his semper est musculus. Hunc igitur licet asserere esse proprium motus instrumentum, non tamen tendinem: sed si est, est per accidens, & non proprium, ut musculus: quia non omnibus adest semper in quibus est motus, sicuti adest musculus, ut declarauit Galenus in primo de motu musculorū, ut diximus, ubi ex propria: in. xij. autem de usu partiū, ex alie-

na (si maualtis) loquutus est sñā. Proinde ò studiosi uidetis uos q̄ malè Galenus fuerit intellectus: ex quo non mirū si tot errores expullularunt: sed parū id adhuc esset, si & in alijs, quæ pp aliquorū in aīaduertētiā petulanter ingesta sunt, uellicare Galenū non fuisset præsumptio, ut & in illa mēbrana, quā pānic ulū carnosum barbari appellāt, uolentiū quidē ne illā Galenū agnouisse. Quorūdā uerò est opinio Galenū utiq; de hac meminisse in.iij. de Anato. administ. ubi in excoriatione edocet, quo modo ea a cuti sit separāda: quos sequutus est Vessalius in suo prægrādi lib.ij. c.v. in quo quidē loco uehementer ipse delirauit, existimans id quidem esse uerum, ob id Galenum ne hominum quidem Anatomen inspexisse, quum id de simijs non autem de hominibus fuisse explicatum sibi persuaserit. Sed ò præclarissime Vessali, nō possum quin de te doleam plurimùm, quum in his ineptire non erubescas: porrò tua nunc ostenditur ignorantia, dum nescis Galenum uoluisse duas esse membranas: unā quidem continuare ipsi cuti, de qua loco præscripto intelligit Galenus: alteram uerò adherere ipsis musculis, quam, & si Galenus ei nomen non indiderit, esse tamen uocatam panniculum carnosum licebit asserere, ut constat ex his quæ scribuntur in vi. de morbis curan. ca.iiij. quæ hæc sunt, Τέρμα μὲν ἔξωθεν ἁπάντων προβέβληται τελευτῶν εἰς ὑμένα μεθ' ὃ κατὰ μὲν τὴν μεσὴν χώραν, ἃ πογευρώσεις μυῶν τε ταυτα δ' ἴσται δ' ἰκνυ ὑμενων, ἀς οὐδ' ὅτι δύο εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνατομικῶν ἐπίστανται καὶ γὰρ καὶ συμπεφύκασιν ἀλλήλαις, ὡς ἔργον εἶναι χωρίσαι, καὶ λεπτότητος εἰς ἄκρον ἀκρίβειαν, ἐφεξῆς δ' ταὐτὸ δύο

δύο μῦες ὀρθιοι σαρκώδεις ἀπὸ τῆς ἥβης ἐπὶ τὰ χόνδρου μεσα τὰ ἡ ἢ ὀστᾶ χαλοῦσι, τοῦτα μὲν δὴ σήμαινε τὰ εἰρημένα, συμφυῆ τ' ἐστὶ καὶ οἱ τὰς καλουμένας γαστροραφίας ὅπως χρὴ ποιεῖσθαι γράφαντες, ἐπιγράφουσι τὸ συγκείμενον ἐξ αὐτῶν, ὅσον ἢ ἐφεξῆς τῷ κοιλίτης μὲν ἐπ' αὐτὸ περιτόναιον, οἰομένων ἓν ἁπλοῦν ἀσύνθετον εἶναι σῶμα, τὸ δὴ οὐχ οὕτως ἔχει, συγκειτὸς γὰρ ἐξ ὑμῶν σωμάτων ἀγγείων μὲν ἀμφοῖν καὶ νεύρων &c. Hoc est, Cutis extrīsecus oībus antè stat, hæc uerò in mẽbranã finitur, a cute medio circiter loco neruea tenuitas musculorũ, quã aponeurosin græci uocãt, gemina tẽditur mẽbranarũ ritu. Eas pleriq; Anatomicorum duas esse minime norunt, quum & unà cohereant coalescantq; sic ut labor sit eas separasse, & summa præterea sint tenuitate. Post has deinceps habentur duo musculi recti & carnosi, q a pectore ad ipsa pubis ossa perueniunt. Atq; hæc quidem memorata omnia & sibi coherent coalescũtq; & quod conflatum ex ipsis est, græci, qui quemadmodũ diuisum uentrẽ sibi conueniat, prodiderũt, epigastrõ nominarũt: q uerò hoc deĩceps excipit, ab illis quidẽ uocãt peritoniõ, putãtibus uidelicet unũ et sĩplex id esse corpus minimeq; cõpositũ, sed falsò cũ id cõpositũ ex duobus corporibus sit, quorũ utrũq; et exãgue et neruosũ sit: uerũ alterũ eorũ neruosa tenuitas eorũ musculorũ, est q p trãsuersũ se agũt: alterũ mẽbrana prætenuis uelut aranea q̃ utiq; uerè est peritoniõ. hactenus Gal. Sed hic Vessalius obiurgãs indignabitur, cũ Galenus hoc in loco agat de partibus epigastri a Latinis obdominis nũcupati, cur nõ agat etiã de adipe, quã inter

cutem & carnosam membranam in hominibus reponi fatentur omnes Anatomici, nisi uelimus asserere Galenū quum nullibi de ea mentionem faciat, non hominum, sed simiarum Anatome tantum descripsisse. Certe ò Vessali toto aberras cœlo: nam declaratum est antea Galenum utiq; & hominum Anatomen inspexisse, uti simiarum. Nec oportet ob id in tuo libro, cui titulus est de radice Chynæ, Galenum etiam diffamare, cum tamen ipse adipē agnouerit, & si tu quidē oscitanter eius libros lectitans non animaduerteris, ut haberi potest ex his quæ scripsit in. iiij. de usu partiū, dū agit de peritonæi utilitatibus, Ἡ μὲν inquit, δὴ πρώτη χρεία μικρὰ, δυναμένων γε δὴ φρουρεῖσθε καλῶς, τὰ ἐντὸς τοῦ περιτοναίου, καὶ πρὸς τὰ ἔξωθεν ἐπικειμένων αὐτοῖς σωμάτων, οἱ τε γὰρ μύες οἱ τοῦτο μεγάλοι, καὶ ἡ κατ' αὐτὰς πιμελὴ δαψιλὴς, καὶ τὸ δέρμα παχύ, Hoc est, Prima utilitas exigua quidem est, quum possint, quæ sunt intra peritonæum a corporibus, quæ extrinsecus sibi incumbūt, satis muniri. Musculi enim illic sunt magni, super quos tum adeps multus, tū crassa cutis est: sed manifestissime quidem constat, quum uelit Galenus, ut diximus in sexto de morbis curan. ca. iiij. pāniculum carnosum esse nerueam tenuitatem musculorum, ob id non licet asserere adipem inter ipsum & musculos, sed potius inter cutim (quā appellat Galenus crassam, quia finitur in membranā) & ipsum pāniculū, ut uere est, Galenum reposuisse. Nec obiecerit quispiam quo modo illa membrana possit uocari panniculus carnosus, quum Galenus loco præcitato eam uelit nerueam tenuitatem esse musculorum, quia manifestum est omnes

quidem

quidem membranas de sui substantia neruosas esse. Atq; idcirco non mirũ, cũ agat Galenus de eius essentia, dicat eam esse neruosam musculorum tenuitatem. Nec eos damno, qui ei illud nomen condonarunt, nec Galenum similiter, quia semper sequutus est diuinum Platonem, qui dixit in Dialogo de Regno, καὶ διφαυλάξης τὸ μὴ κατὰ δόξαν ἐπὶ τοῖς ὀνόμασι, πλουσιώτερος εἰς τὲ γῆρας ἀναφανήσῃ φρονήσεως, Quod ita uertitur, Si uerborum curi sitati non studueris, euades in senectute sapientior. Proinde Galenus nunq; uoluit curare de nominibus, modo rei proprietas & ordo posset conseruari, ut ĩ huiusce modi membrana, quæ & si non uocata fuerit panniculus carnosus, eius tamẽ et essẽtia & proprietas (quod satis erat) declarata fuit. Sed si Vessalius & alij Galenũ flagellantes isthæc audire nõ uoluerint, esto ut libet: nos autem ueritatis amatoribus tantùm scripsimus, qui ut hæc legerint, non uereor quin omnes detestaturi sint Galenomastigas, & præsertim Vessalium, omnium me hercle impudentissimum, qui studuit Galeno semper contradicere, sed declaratum esse arbitror eius in Galenum rationes (uel potius dicam ineptias) hactenus esse nullas, & posthac etiam demonstrabimus, & hunc male Galenum intelligendo, in multis quidem deliraſſe. Nam ut ab his primò incipiam quæ subsequẽter scripsit Vessalius, quis eum nõ damnabit? quum uelit in suo prægrandi libro .ij. cap. x. Galenum quidem titubasse in his quæ scripsit de musculorum usu existentium in oculis. Porro Vessalius taxat Galenum de inconstantia, qui in libro iiij. de locis affect. cap. i. meminit musculos oculi palpebram

bram detrahẽtes esse duos, in libro autem .x. de usu partium, unum tantùm esse dixit: sed uidete obsecro ò ueritatis amatores, quid fuerit in causa ut hic homo in his quidẽ insanierit, certè fuit, quia in exẽplaribus græcis se studiosũ nõ pstiterit. nec poterat, quia nec a teneris fuit enutritus sicuti præstabat, non autem in malis translationibus, quæ eum ad tot ineptias perduxerũt: sed si quis piam me hercle contenderit, uolens Vessalium in græca lingua & esse quàm doctissimum, esto ut libet, modo fateatur ut oportet, eum saltem nec admodum studiosum nec multi esse iudicij. Etenim apertissimè constat ex his quæ deinceps Galenus non longè pòst subdidit. Postquã in .x. de usu patriũ scripsit motus oculorũ esse quatuor: unum quidem, quo intro uersus nasum adducuntur: aliũ autem, quo extra uersus paruum angulum abducũtur: tertium, quo sursum uersus supercilia tolluntur: quartuu uerò, quo deorsum uersus malas trahuntur: atque ideo consentaneum esse & musculos, qui motuum illorũ duces essent, totidem esse numero: duos quidem a lateribus, alterum scilicet in altero angulo: alios autem duos, quorum unum esse infernum, alterũ uerò esse supernũ. sed quia trãslatio, quæ circumfertur, est deprauata, subijciã igitur uerba græca, ἐστὶν καὶ ἄλλος τις μῦς μέγας περὶ τὴν ῥίζαν αὐτῶν σφίγγων μὲν καὶ φρουρῶν τὴν τοῦ νεύρου. τοῦ μαλακοῦ καταφύσιν, ἀνατείνων δὲ καὶ κουφίζων ἄνω, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐπιστρέφων, Hoc est, Alius est musculus quidem magnus circa eorũ radicẽ, constringens quidẽ ac muniens nerui illius mollis immissionẽ, oculũ uerò distendẽs. & leuans sursũ et deorsũ et unà cõuertẽs.

Porro

Porrò igitur ex hoc quidem loco non negabit quispiam Galenum utiq; sibi ipsi cū pugnātia nō loquutum fuisse & si meminerit quidē musculos oculi palpebrā detrahentes esse duos, & esse unū: quadoquidē utrosq; simul & per se licet asserere, esse quidē huiuscemodi motores. Etenim ultra illū qui in interiori oculi angulo uersus nasum situs est, cuius usus est oculi deorsum palpebrā quidem detrahere: et aliū esse scripsit Galenus, ut uidistis, qui deorsum etiā mouet oculum. Proinde & si Galenus dixit musculos oculum quidē deorsum inclinātes esse duos, intellexit & musculu, qui propriè debet dici deorsum oculi motor, quia inferius duntaxat mouet oculū: & alterū, qui etiā dici potest deorsū oculi motor, impropriè tamē, quia & aliū habet usum. sursū. s. retrahere. Qua propter & si Galenus in .iiij. de locis affect. cap. i. scriptum reliquerit, musculos oculi palpebrā detrahētes esse duos, generaliter tamē id esse quidē intellexit, sed propriè unū duntaxat uoluit esse, qui huiuscemodi motui est tantū deputatus, ut in .x. de usu partiū. Sed si quispiam forte contenderit Galenum & potuisse asserere, duos & esse musculos oculū leuātes, si ita est, dixit tamē unū esse tantū. Nos id etiā fatemur utiq; eū potuisse, si uoluisset, sed nō placuit: quid tū, sat tamē fuit sub illo modo et hūc subītelligere oportere, eū uoluisse quē, elicere possimus: nō tamē eū flagellare (si recte ut debemus ītellige re uolumus) sicut Vessalius, qui & si non intelligat, Galenum tamen calumniare non pepercit, non solū ut uisū est hic, sed in pluribus alijs ut posterius ostēdemus. Sed prius quàm agamus de musculis, satius erit expedire

& illud quod de oculis in Galenũ inuectus est, quũ de his prius sit factus sermo: Vessalius itaq; in suo prægrandi libro .viij.c. xiij.nõ exsaturatus his quæ paulò antè ī.ij. lib. debacchatus fuerat, uoluit etiam se intromittere in his quæ meminit Galenus de oculorum temperamentis, uolens quidem glaucedinem & eorum nigrorem non cõtingere ex his causis, quas scripsit in libro Art. med. cap. xxvij. Sed in quo modo mentiendo oblateret Vessalius, quis nescit? dum uelit esse non posse, ut propter humoris aquei, qui in pupilla existit, & quantitatẽ & qualitatẽ (ut tradit Gal.) colores oculorũ euariẽt, sed illos esse uarios ob colorem, quo tingitur uuea, a græci ὑαλοειδὴς appellata, quæ illum exprimit colorem, qualem ipsa prius sortita est: hoc modo persuasit Vessalius, quia is color in uuea perpetuò apparet, siue integro siue humore esluxo. Sed quantum mentiatur Vessalius, nolo in præsentia me extendere: millies enim iam dictum est, hunc hominem in mendatijs non erubescere, modo uideatur in Galenum obstrepere: de quo admiror plurimum, dum cum suis mendatijs, res ut sunt, crediderit euertere. Sed ò studiosi si forte fortuna nec mihi credere uolueritis, si dixero aliter uidisse quàm scripserit Vessalius, certe uos credere potestis id quod uultis: nos nec amore in Galenũ nec alia qua uultis causa, ut hæc dicamus, uos scire uolumus, sed ut ueritati tantum patrocinemur, quam semper sustinendam esse dijudicauimus, eamq; persuadere & alijs perpetuò curauimus, & oculata fide si concessum erat, sin autem, saltem rationibus, quibus poteram, nõ pertermittebã, ut ī pſentia, quũ nõ detur oculata fide uobis ò

studiosi

studiosi demonstrare saltem nonnullis rationibus ostendere non desinam, quibus spero uos conuinci posse, ut dicatis etiam uos hunc hominem mentiri quidem: sed eos præsertim requiro, qui in medicina fuerunt alti plurimum, quos non dubito, quin sint & arma susceptur in Vessalium, ut pro Galeno uindictam faciant, si & Vessalius recalcitrare uoluerit, ut hoc sustentet paradoxum: quod nec iactet esse suum. est enim Hugonis Senensis, Iacobi Forliuiensis & aliorum: qui quum Galenum exponerēt, etiā ipsi insaniēre: de quibus mirari oportet plurimum, quum essent medici non indocti, atq; admodum studiosi, non sciuerint id ab Aristotele in .v. de Generatione animalium, iam fuisse demonstratum cap. i. hisce uerbis τὰ μὲν ἐχόντα τῶν ὀμμάτων πολὺ τὸ ὑγρὸν, μέλανα ὄμματά ἐστι, διὰ τὸ μὴ εὐδιόπτα εἶναι τὰ πολλά, γλαυκὰ δὲ τὰ ὀλίγον καθ' ὑπερφαίνεται καὶ ἐπὶ τῆς θαλάττης, τὸ μὲν γὰρ εὐδιόπτον αὐτῆς, γλαυκὸν φαίνεται, τὸ δὲ ὕπτιον, ὑδατῶδες, τὸ δὲ μὴ διωρισμένον διὰ βάθος μέλαν καὶ κυανοειδὲς τὸ μεταξὺ τούτων ἅπτων, τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον διαφέρει καὶ ἥττον. Hoc est, Qui multum humoris habent oculi, ij nigri sunt: quoniam humoris copia transpici satis non potest: glauci autem sunt, qui parū habent humoris, ut in mari etiam cernitur. Etenī quātùm eius satis transpicitur, glaucum apparet: quantùm minus, aqueum: quantum præ gurgite alto nō præfinitur, id occupat, & nigrum & ceruleum sentitur: qui autem inter eos sunt eo iam differunt, quòd magis minus ue cōstiterint. Deinde Aristoteles his nec contentus, & aliā subdit rationem, experientia quidem comprobatam, (quā neq;

neq; effugere possimus: quin approbamus et nos ita esse ut ipse scripserat, ut etiã fatẽtur uno cõsensu omnes medici, præsertim Aetius in sermone. iij. secũdi sui Tetrab. c. 50. quæ hæc est, διαφοραὶ δὲ καὶ τὰ ἀρρώστηματα τῆς ὄψεως ἑκατέρας, τὸ μὲν γὰρ γλαυκώμα γίνεται μᾶλλον τοῖς γλαυκοῖς, οἱ δὲ νυκταλωπικοὶ τοῖς μελανόφθαλμοις, ἐστι δὲ τὸ μὲν γλαυκώμα, ξηρότητος μᾶλλον τῶν ὀμμάτων, διὸ καὶ συμβαίνει μᾶλλον γηράσκουσι, ξηραίνεται γὰρ ὡς τὸ πολὺ καὶ τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ ταῦτα τὰ μόρια, πρὸς τὸ γῆρας ὁ δὲ αὐνυταλώπηξ ὑγρότητος πλεονασμός, διὸ τοῖς νεωτέροις γίνεται μᾶλλον, ὑγρότερος γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὢν τῷ Quod ita uertitur, Egritudines oculorũ utrorũq; indiciũ faciũt: glaucedo. n. cæsijs potius accidit: luscositas nigris Est aũt glaucedo siccitas poti' oculorũ: itaq; senescẽtib. magis euenit. Nã oculi quoq; & reliquũ corpus senectute siccescũt: luscositas uerò humoris copia ẽ quare minoribus. natu accidit, cerebrũ eorũ humidius est. Sed hic ui deo contumeliosũ esse posse Vessaliũ, qui Aristotelẽ, ut philosophũ, in hoc audire nõ uoluerit, quia Paul. Aegi. qui optime de re medica sensit aliter scripsit in lib. iij. c. xxij. hisce uerbis: Posteriores aũt glaucomata humoris, qui ob similitudinẽ crystali Crystalloides appellatur, uitia ex humiditate in glaucũ colorẽ trãseuntis iudicarũt. Ex hoc loco opinari poterit Vessalius, ut pleriq; alij, glaucoma oriri quidem ex humiditate, non autem a siccitate, ut meminit Aristoteles. Veruntamen si Pauli uerba ad amussim excogitabuntur, non erunt quidẽ aduersus Aristotelẽ, qui et si esset sũmus philosophus, erat tamen & summus medicus, ut potissimum ex lib. προβλημάτων

λεμματῶν ostendi potest, atq; alijs in quibus partes medicinæ pertractantur, ut etiã prodidit Galenus in.i.met. med.cap.ij. ubi uult Hippocratẽ recte principia nobis dedisse, posteum Aristotelem recte sensisse, quum dixerit Glaucoma quidẽ esse oculorũ siccitatem: a quo nec Paulum dissentire licet asserere, si eius uerba recte intelligãtur. Etenim manifestũ est e uoluũisse asserere illud ex posteriorũ sententia oriri quidem crystalloide ex humiditate quæ perditur in glaucũ colorem transeunte, ut declarauit Aristoteles, ut dictũ est superius, & Aetius in sermone.iij. secũdi sui Tetrab.cap.50. qui lõgè clarius quã ullus alius, qui de eo scripserit, uidetur mihi pertractasse, quum uelit & glaucoma propriè dictũ esse mutationem crystallini humoris ad glaucũ colorem, siccitatẽq; ac concretionẽ: et alteram quoq; eius speciẽ ex prægressa suffusione, humore quidẽ fieri iuxta pupillã uehementissimè congelato ac resiccato, ut etiã Paulum uoluisse asserere, consentaneum quidem est existimare: quoniam glaucoma et hypochyma unũ et idem esse mali genus cũ ueteribus etiam posteriores credidissent, quod aliter sentit Paulus, quod non fieret si, admitterctur utrũq; quidem ex humore procreari: sed quia ponitur differentia, opus est ut in aliquo omnino differãt. nõ dicẽdũ est tamẽ quòd differãt penes situm ut unius causa sit in crystalloide, alterius aũt, sit inter ipsum & pupillã, quia dictũ est ex Aetij sentẽtia et glaucoma etiam uocari, quando humor, qui prius, dum nõ esset exsiccatus, suffusionem efficiebat, existens inter crystalloidem & pupillam, fuit congelatus & resiccatus, licet impropriè, proprie

tamen

tamen ita uocetur, quando huiusmodi exsiccatio ac sicci tas contingit crystallotidi: quia tamen in utroq; , oculi ad colorem glaucum ex siccitate transmutantur, ob id huiusmodi dispositionem glaucoma appellare uoluerunt medici, ut manifestissime etiam declarauit Galenus in. x. de usu partium, in his uerbis, Affectus qui a Medicis γλαυκωσις, id est, glaucedo nuncupatur, siccitas quidem est ac concretio immodica humoris crystallini. Hæc autẽ quia glaucis potius accidit, & oculi ex siccitate etiam fi unt glauci. Vnde manifestissimè apparet ò studiosi, mentiri quidem Vessalium, quum uelit colorem oculorum eũ dem esse, siue integro, siue humore effluxo: quod esse non posse iam demonstrauimus. Sed si ò uos studiosi aliter credere uolueritis, existimantes Vessalium non protulisse, nisi plus fidei suis oculis, quàm rationibus attulisset. Esto ut uobis libet, non possum quidem facere, quin uos credatis id quod uultis: doleo tamen plurimũ, quod sati, non me præterit plerosq; quidem fore, qui etiam me calumniabuntur, quod uoluerim in Anatome Galenum defendere, non oculata fide, ut præstabat sed rationibus, quũ non opus sit in his quæ oculis discerni quidẽ possũt. Quod uerum esse (ut ingenue fatear) & ego quidem arbitror cum Galeno in libro de optima sect. ad Thrasibulum cap. ij. ueruntamen, quia non possum omnibus adesse, ut id negotium indicare possim: uisum est tamen operæpretium fore, si quibusdam uterer rationibus, quibus persuaderem non ita leuiter huic homini credendum esse quia mendax est, ut etiam sciuerint illi, qui experiri uoluerint, ut nos fecimus, qui quum uideremus Galenũ in

tot

in tot & tot ab eo fuisse suggillatum, mirabamur plurimũ quo modo id posset cõtigere: sed quia uidebamus nos & in his quæ ulla ratione demonstrari quoquo modo possunt, & Vessalium quidem defeciſſe, ob id rem adoriri occepimus & oculata fide, & diligenter intueri, si ita est, ut ratio persuadebat, in rerum natura: & tandẽ re cognita hunc hominem detestari uisum est, & mãdare scriptis, quæ quibusdam rationibus ostendi possũt, ut uos ò studiosi uelitis rem adoriri, nec ita leuiter Vessalio esse adicti, ut faciũt pleriq; omnes hisce temporibus qui nec in Anatome experti ac uersati, nec docti in rationibus, sed sola librorum Vessalij lectura, audent & ipsi Galenum diffamare: propterea nos uidẽtes hanc heresim quotidie & quotidie serpere, non potui me continere quin succurrerem, si non licet istis, saltem posteris, ne & ipsis in huiusmodi aberrare contingeret, in eorum picturis etiam detardantibus, ut faciunt nostri hoc tempore: qui non corporum naturalium, sed picturarum dun taxat inspectione delectantur, credẽtes rem esse ut pingitur: unde in multis multi decipiuntur, licèt studiosis nostri temporis aliter uideatur esse, qui arbitrantur totam hinc de Anatome doctrinam haberi posse. toto tamẽ aberrant cælo: quia multa sunt, quæ & pingi nequeunt, & alia multa, quæ & si sunt picta, tamen ut sunt, nec resultare possunt, quum ita appareant ut studiosi quidẽ nec possint intelligere, ni prius ipsi in Anatome eorũ fuerint uersati, quæ naturalia sunt: quò fit ut huiuscemodi picturas haud omnino inspiciendas esse semper persuaserim: quoniam ab eis nec ullam frugem habere possumus.

Hortor igitur illos et moneo plurimum, qui in Anatome excellentes esse uolunt, ut ad sectiones his relictis se quidem conferant, hi poterunt & in hac re esse arbitri, & scire quantum ueridicus sit Vessalius, siq; illi sit credendum in his atq; alijs quàmpluribus, quæ aliter quàm scripserit Galenus, impudenter asseruit: nos autem in præsentia, (ut diximus) res esse, ut uere sunt, & ut scripserit Galenus, persuadere quibus rationibus erit concessum, tantum persistemus, ac operam nauare procurabimus, ut ostendamus eius animum in Galenum semper malum extitisse, ut ex his quæ dicta sunt haberi potest, ac infinitis alijs, quæ posthac dicētur, in quibus Galenū damnat Vessalius, in quibus non licebat. Nam ut rem cœptam peragamus, quam rationem habet Vessalius, ut eum quidem exagitet, quum dicat in libro qui de Radice Chynæ inscribitur, Galenum in libro de usu partium, & descriptionem, & musculorum usum, tum temporalium, tum mandibulariorum, quos græci μασσατηρας appellant & aliorum quamplurium, præteriisse, tanquam de ipsis nullam quippe habuerit notitiam, tunc quum eos scriberet libros, sicuti fecit in libris de Anatomicis administ. ubi seipsum correxit, eosq; perbelle quidem depinxit, nulla tamen de partiū usu inibi facta mentione, tanquam illos se aliquando recogniturum speraſſet. Sed esto, quod ita sit, ob id tamen Galenus est ne diffamandus? certe nō quia id & alijs quampluribus sapientibus usu uenit: qui quum aliqua in quibusdam suis libris parum recte, aut obscure descripsissent, in alijs autem seipsos quidem retractarunt: ueruntamen si Vessalius & plerique alij cō

tenderint

tenderint, & id peccatum esse, esto ut libet, nolo in præ sentia de lana caprina litigare: dicam tamen nec eos habere, ut in hoc Galeno quidem maledicant, quoniam in libris de usu partium, perinde pulchre Galenus de eis quidem meminit, ut in libris de Anatomicis sectionibus, immo longè melius (ut mea fert opinio) illic, quam hic pertractatum est, ut apparebit illi, qui in undecimo de usu partium, & in quarto de Anatomicis administrationibus studiose seipsum uersare uoluerit. Sed non mirum, quum in libris de administrandis sectionibus, tantum edoceat quomodo Anatomen illorum administrare oporteat, licet pertranseundo, ut ipsi magis demonstrentur, de eorum usu etiam mentionem faciat: sed in libris de usu partiũ, ut ostendat naturæ solertiam. necessarium est ut in ipsorum usu & descriptione magis persistat, quẽadmodum facit Galenus, ut est uidere: nam in .iiij. de Anatomicis administ. quanquã agat de musculis, qui a græcis (ut diximus) μασσαπῶ ες appellantur, tametsi hæc appellatio auctore Galeno in .xi. de usu partium & ad temporales non minime pertineat: etenim ij unam eam actionem in mastigationibus dũtaxat obeũt, ut dentes uehementer inter se cõmittant, quam rem cõsequitur, ut si quid inter eos fuerit, id cõminuãt: eos tamẽ nõ ita perbelle describit Galenus ut in .xi. de usu partiũ, cum illic nullã faciat mẽtionẽ de earũ figura, quã triangularem esse scribit Galenus in undecimo de usu partium, quam & esse concedit Vessalius in pictura quarta, & .ij. libri sui pgrandis. c. xv. uerũ de ipsorũ usu qd restat dicẽdũ? certe mẽtitur Vessalius, dũ uelit Galenum in

libris de usu partiũ, etiam in eo enarrando fuisse falsũ. Sed ut de utrisq; his agnoscatur ueritas, adscribam uerborum series & in .xi. de usu partium, & in .iiij. de Anatomicis administ. excerptas, ut facilius unusquiq; possit ferre suum de hisce iudicium. Porrò in .iiij. de Anatomicis administ. hæc uerba habentur, Διότι μὴ μόνον ἀνατείνεσθαι πρὸς καὶ προσάγεσθαι τῇ ἄνω γένυι τὴν κάτω μασσομένων τῶν ζώων ἐχρὴν, ἀλλὰ καὶ λοξὴν ἀτρέμα, ποτὲ μὲν εἴσω πρόσω, ποτὲ δὲ εἰς τοὐπίσω φέρεσθαι, τοιαύτης γὰρ τῆς ἐνεργείας εἰς τὸ μασσᾶσθαι δέομεθα, δύο τοίνυν εἰσὶ μύες ἑκάτερος τῶν μασσατήρων ἀπὸ κεφαλῆς ἰδίας εἰς κοινὴν τελευτὴν ἴοντες, ἡ μὲν οὖν τελευτὴ τῶν μυῶν ἐστὶ τῆς κάτω γένυος ἐστὶν, ἐφ' ᾗ ταύτην εὐθυνέεσθαι τὴν κεφαλὴν, ἡ μὲν ἑτέρα κατὰ τὸ μῆκος καλουμένου, ἰσχυρὰ καὶ νευρώδης φανεῖται σοι, συνδέσμῳ ῥωμαλέῳ συναπτομένης τῆς σαρκοειδοῦς οὐσίας, ἡ δὲ ἑτέρα καθ' ὅλον τῷ ζύγωματὶ ἐστιν ἴσχια νευρώδης, πρόσω μὲν ἀτρέμα λοξὴν ἡ πρότερα τὴν γένυν ἀναστῶσα, τῆς δὲ ἐναντίας ἕνεκα κινήσεως ἡ δευτέρα γεγονυῖα, τοσοῦτῳ γὰρ ὀπίσω τὴν γένυν ἀπάγειν πέφυκεν, ὅσον εἰς τοῦμπροσθεν ἡ πρότερα, καὶ μέντοι καὶ τείνοντι σοι τὴν κεφαλὴν ἑκατέραν ἐν μέρει σαφῶς ἡ τῆς κάτω γένυος ὀφθήσεται κίνησις. *Hoc est, Quoniam non modo attolli adduciq; inferiorem maxillam superiori, dum mandunt animalia, oportebat, se etiam obliqua paulatim nunc in anteriora, nunc in posteriora protendi: quippe tali functione ad cibum mandendum indigemus. Duo igitur musculi sunt masseteres utriq; ex proprio singuli capite ī cõe extremum profecti, quòd in maxilla inferiori habetur, quã*

doquidem

doquidem hanc moueri conueuiebat: ex capitibus uerò alterum in malis uti uocant, ualens neruumq; apparebit carniformi ſubſtantiæ robuſtiori ligamento coniunctum, alterum iuxta totum zygoma minime neruoſum. Primum quidem maxillam ſenſim obliquam prorſũ ad ſuperiora trahit: ſecundum contrarij motus gratia creatum eſt, nam etiam tantum maxillam retrorſum abducit, quantum primum in priora agit, quin tendenti tibi utramq; uiciſſim caput manifeſtò inferiori maxillæ motus cõſpicitur. In.xi. autẽ de uſu partiũ ſic ſcriptum eſt, dum de ipſis fit mẽtio, Αλλοι δ' τινες εἰς τὰς ἐν ταῖς μασήσεσι περιφορὰς τῆς γένυος ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγενόντο δύο μῦες, οἱ καὶ τῶν γναθῶν προσάρχωδες ἐργαζόμενοι, τοῦτους τίνες οὐχ ἕνα μῦν ἑκατέρου: ἀλλὰ τρεῖς εἶναι νομίξουσιν, ὅτι τρεῖς αὐτῶν οἷον ἀρχαί τίνες εἰσὶν ἀπονευρώσεις, ἢ τένοντες, ἢ καταφύσεις εἰς τὰς γένυος, ὀνομάζουσιν, γὰρ οἱ μὲν οὕτως, οἱ δὲ ἐκείνως ἑρμηνεῦσε μὲν σαφῶς ἕκαστος ὁριγνώμενοι τὴν ἰδέαν τῶν μυῶν, ἀνόμοιον οὖσαν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ἐποψίαν δ' ἄν τινι παρέξοντες, ὡς διαφέρουσι περὶ αὐτῶν, εἰ ὁ μὲν ἀρχὰς λέγει τρεῖς ἑκατέρου τῶν μυῶν ὑπάρχειν, ὑμῖν δὲ τελευτάς, ἢ κεφαλάς, ἢ ἀπονευρώσεις, ἢ τένοντας, ἢ καταφύσεις, ἔστι δ' οὐκ ἐν τῷ πράγματι μάχη, κατὰ γε τοῦτο τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσιν, ἀλλ' ἐν τῷ τρόπῳ τῆς διδασκαλίας, τριγωνος μὲν γὰρ πως ἐστὶν ἑκάτερος τῶν μυῶν οἷον κορυφὴν τινα τοῦ τριγώνου πρὸς τῷ καλουμένῳ μήλῳ κεκτημένος, ἐν ταὐτὰ δ' ἡμία μὲν, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ ζυγώματος πέρας, ἀποτείνεται πλευρὰ τοῦ τριγώνου, μία δεῶς ἐπὶ τὴν κατω γένυν, ἡ λοιπὴ δὲ καὶ τρίτη καθάπερ τις βάσις ἀμ-

φοτεραὶς ἐπιζευγνυουσα τὰς εἰρημένας πλευρὰς ὅλοις τοῖς εἰρημένοις μερέσι τοῖς κάτω γένυος ἐστὶ τε τατοῖς κατὰ τὸ μῆκος κατὰ τοῦς γένυος, ἔστι μὲν οὖν νοῆσαι δ' ἕκατος ἑαυτου κατὰ τὸν ὑποτ τ μήλων τόπον ὁμυς ὕτος, ἔνθα τὴν οἷον κορυφὴν ἔχει, κινεῖται ἢ καὶ περιφέρει τὴν γένυν ἄλλο τ' ἄλλων τ ἰνῶν τε καὶ καταφύσεως ἐργασαμενὴς ἀπὸ τοῖς φυσεὼς ἵν' ἀλλήλας δι' ἀλλήλων δέχομενων τ κινήσεων ἡ ἐν ταῖς μασησεσὶν ἐνεργεῖα πολυειδὴ γίνοιτο, δέοντως, οὖν ὀνομάζουσι τοὺς μῦς τουτους μοσιντῆσας. *Quod ita uertitur, Alij quidam duo musculi ad mandibulæ in maſtigationibus circumactionem à natura fuerunt comparati, qui carnoſa quoq; genarum partem conſtituũt, quos nonnulli utrunq; non ſimplicẽ muſculum, ſed triplicem eſſe exiſtimant, quod tres ipſorum ſunt oponeuroſis, aut tẽdones, aut in maxillas inſertiones inſtar principiorum quorundam: uocãt enim nonnulli hoc quidem modo, alij autem alio, qui quum perſpicue eorum ſpeciem ſtudẽt indicare, quæ aliis omnibus eſt diſſimilis, ſuſpicionem cuipiam præbere queant de ipſis inter ſe non conuenire: ſiquidem hic ait tria utriq; muſculo adeſſe principia, ille uerò caudas aut capita, aut aponeuroſis, aut tendones, aut inſertiones. Eſt autem nulla, quæ ad hanc ſaltem rem pertinet, uiris Anatomicis in re controuerſia, ſed in docendi ratione: triangularis enim quodam modo muſculorum uterq; eſt, uelut uerticẽ quendam trianguli atq; acutiem iuxta uocatam malam habens, hinc autem unum trianguli latus uerſus zygomatis extremitatem porrigitur, aliud uerò uerſus inferiorem mandibulam, reliquũ uerò ac tertium, uelut baſis*

sis quædam, prædictum utrunq; latus omnibus genæ inferioris memoratis partibus coniungens secundum ipsius longitudinem extenditur. Porrò musculus hic, quàm alibi est neruosior in loco qui est subter malas, quo loco habet ueluti uerticem, mouetur autem, & maxillam circumagit, alias alijs fibris atq; insertionibus natura prouidè, & hoc moliente, ut motibus alijs alios uicissim excipientibus, multiplices fiant in mastigationibus actiones. Conuenienter itaq; musculos hos massitiras, hoc est, mansorios, uel si mauultis masticatores, nuncupant. Deinde non longe pòst ab his subdit Galenus, τὸ μὲν ὡς περὶ ὑπὸ μύλων τὸ γομφίων λειοῦσθαι τὴν προφὴν, τῶν μασατήρων ἔργον μυῶν, οἵτοι δὲ αὐτοὶ καὶ μεταβάλλουσι τὰ σιτία, καὶ τὰ τῶν ὀδόντων ἀποπεσόντα παράγειν αὖ τοῖς ἐπιβάλλουσι, τεινόμενοι τε καὶ προσελκόμενοι. Hoc est, Porro cibum leuigari a molaribus, quasi molis masticatorum est actio musculorum. Hi enim ipsi & cibos mutant, & qui a dentibus exciderunt, rursus ijsdem cõmissis atq; applicatis adducunt tensi ac contracti. Hactenus Galenus, & in. iiij. de Anatomicis administra. & in. xi. de usu partium. Vnde ex his ò studiosi potestis conferre si uerum sit quod debacchatus est Vessalius, in libris de usu partium, Galenum & in descriptione & usu enarrandis fuisse falsum: siq; in libris de Administrandis sectionibus se correxerit, eosq; musculos inibi pulchrius descripserit, certe ò studiosi manifestum est longe melius & exactius in prædictis libris de usu partium, quàm in libris de Administrandis sectionibus de illis; Galenum quidem pertractasse atq; disputasse.

De musculis autem temporalibus, quos græci κροταφίτας nuncupant, nullam quidem & in.xi.de usu partiũ, & in.iiij.de Administ.sect.uarietatẽ comperio, nisi forsan uelit dicere Vessalius, & si non dicat,in .xi. de usu partium, & in .iiij. de Anatomicis administ. Galenum fuisse uarium in eorum descriptione : etenim scribitur in xi. de usu partium, τελευτῶν ἡ ἑκάτερος εἰς ἕνα τένοντα μέγαν. *Hoc est, uterq; finiens in unum tendonẽ magnum.In.iiij.de Anato. admini.sic autem legitur,* ὁ κροταφίτης ὅλος φαίνεται διὰ βύρσης τ τένοντος ἐμφυόμενος τῷ κορωνῷ τὴς γένυος. *Hoc est, Totus temporalis apparet,maxillæ coroni,per tendinem latum insertus,ut ex his dicatur temporalis quidem tendinem, modo latũ, modo magnum fuisse prolatum ac perinde si Galenus eũ non inspexerit: sed uidete ò studiosi qualis sit hæc calũnia:profectò nescitur quod Galenus,quum latitudo una sit ex his dimensionibus quæ magnum efficiunt,non sine causa eum magnum appellare non dubitauerit, speciem sub genere comprehendens: ut si magnum dixerit ut genus,& latum ut speciem quidem intelligat:quoniã illud natura est notius,scitur enim prius aliquod esse magnũ, quàm latum,ut declaratum est in Commentarijs Euclidis,ubi isthæc latius explicata sunt,quos ubi quis legerit,non uereor quin suam deponat rabiem, si quam prius assumpserat: tametsi in Galenũ nulla detur occasio, ut ea habeatur, quoniam eius scripta sunt adeo docta, ut si quis in primis disciplinis fuerit enutritus, de ipsis non cessabit quin admiretur plurimum,ac in eorum præ rumpat laudes, quanquam Vessalius quodam pestilẽti*

sydere

sydere afflatus, in eum debacchari impudenter ausus sit. Tamen uidetis uos ò studiosi, qualis hactenus habeatur de eo, ac habēda sit opinio, ab his saltē, qui ueritatis amatores extiterint, quibus duntaxat hosce Cōmētarios scribere uoluimus: alijs autem qui huiuscemodi sectæ erunt addicti, satis scio me operam (ut est in trito prouerbio) & oleum perdere: uerūtamen nihil ad nos, dummodo illis tantùm satisfaciam, quos spero & ipsos laboraturos esse, ut Galenum ab huiuscemodi detractatore uendicent, si in quibusdam refrigescere aliquatulū uidebor. Audio Iacobum Syluium uirum in Medicina quàm doctissimum, uiua uoce Lutetiæ, ubi profitetur, hunc hominem detestari plurimum: Branda Porrus præceptor meus semper uenerandus (qui non solum Papiæ, sed etiam Pisis ingenti auditorio philosophatus est, nunc audio in Ticinensi Academia Medicinam profiteri, tanta nimirū ingenij perspicacitate, & senili maturitate, ut diuinus potius quàm humanus passim ab omnibus uideatur) omni anno studiosorum persuasu Anatomen illstrans, hunc nescire quid oblateret (ut mihi relatum est) ostendit omnibus: Bartholomæus Catia, homo in Medicina excellentissimus, cū Iosepho eius filio quàm præclarissimo, Nouariæ unà mecum de hoc homine, quod in Galenum scripserit, conquesti sunt: itidem ibi Laphrancus Bonæpartis, nec immerito bonæpartis, quū alias Ticini ob bonas quas habet animi partes ab illa Vniuersitate electus sit Rector magnificus: nō præteribo meum Bartholomæum Beiletum Hipporediensem uirum beneuolnm & sapientissimum: sunt pleriq; & alij hic in Italia uiri excellentes,

tes, qui & publice & priuatim de hoc homine indignantur plurimum, quorum catalogus longus quidēm esset, si uellem recensere: ueruntamen est mihi animo nec eos texere, nec quæ ab his dicuntur asserere, sed ea tātū quæ nostro marte acquisiuimus, in præsenti libro patefacere, meū ostendēdo animū, qui talis est in eū, qualē in Galenū habet ipse Vessalius: nec sine causa, quis enim posset eū pati, quum tot contumeliis Galenum afficiat quibus nō oportebat, nec erat consentaneum? ut audiuistis uos ò studiosi, qui mehercle potestis scire, si Vessalius habeat rationem, & uerum dicat in suo prægrandi libro secūdo cap. xv. (ut ad rem redeundo, eam propositam tandem finiam) quod Galenus in .xi. de usu partium, messeterem etiam quendam enumerarit secus multo, atq; in. iiij. de Anatomicis administrationibus, ubi masseterem cognoscens, nihil de illa tendinis productione comminiscitur, quam uoluit Galenus in. xi. de usu partium, illi adesse mirificam, nec sine ratione, ut ipse in suis uerbis, ut uidistis manifeste explicuit, quum scripsetit, unum ex triangulis (quod est tertium ab eo scriptum) ueluti basim quandā utrunq; latus, & quod scilicet uersus zygomatis extremitatem, & quod uersus inferiorem mandibulam porrigitur, omnibus genæ inferioris memoratis partibus coniungens secundum ipsius longitudinem extendi, quod nō hercle fieret, nisi illa, ut manifestū est, esset mirifica, & non falsa, nec ficta, ut male quidem existimauit Vessalius, quā nec alio modo esse Galenus intellexit in. iiij. de Anatomicis administ: quum dixit, ex capitibus apparere alterum in malis uti uocant, ualens neruumq; carni

formi

formi ſubſtantiæ robuſtiori ligamento coniunctum: ex huiuſcemodi igitur, quum manifeſtum ſit in hoc tẽdine, ſecũdum Galenum hic cõcurrere & neruos & ligamentum robuſtum, non poteſt eſſe quin ſit fatendum & Galenũ hic in.iiij. de Anatomicis adminiſtra. cõceſſiſſe illã mirificam tendinis productionem, quam clarius, ob cauſam iam dictam, & latius explicuit Galenus in.xi. de uſu partium, alioquin ubi illud ligamentum, quod appellat robuſtum Galenus, euaneſceret, niſi in aliquam tendinis productionem ſatis mirificam terminaretur? Certe ò ſtudioſi, manifeſte apparet hunc hominem neſcire quid dicat: ſed de eo admiror magis, qui non contentus his, auſus eſt etiã Galenum diffamare quod diſſectionũ profeſſores, qui ante eum extiterunt, non intellexerit, quia illi quum dixerũt maſſeteres eſſe tres, non tribus illis angulis, uel ſi mauultis, capitibus adhibuerunt animum, ſed hunc maſſeterem eſſe unum, & ſecundũ temporalem, tertium uerò qui in ore recõditus eſt, utiq; poſuerũt: uerũtamẽ ò ſtudioſi id quidẽ aſſerere, eſt quodãmodo uaticinari: quia nõ habemus eorũ ſcripta, ut de hoc poſſimus recte dijudicare: cõperio tamẽ in lib. de muſculorũ diſſect. qui nuper repertus eſt, c.vi. antiquos ut eſt Aelianus et Pelops muſculũ temporalẽ ab eo quiĩ ore dilateſcit, priuatĩ ſeparaſſe: quo fit ſi huiuſcemodi muſculus qui alterius pars eſſe uidetur, ab eis quidẽ fuit ſeparatus, multò magis oportet credere maſſeterẽ, ꝙ illius nec minima ꝑs eſſe uidetur, ab illis ſeparaſſe antiquos de ipſis ſcribẽtes ꝙ cũ uiderĩt tres adeſſe aponeuroſis, uel quid aliud, ut ipſis uiſũ eſt, nõ fuit incõſẽtaneũ, nec abſq; rõne dubitare

hunc

hunc musculum non esse unũ, sed potius tres, quum unus musculus unum tantum habeat tendinem, ut in cæteris apparet musculis, qui & in alijs totius corporis habentur partibus in quorum extremitatibus illi quidem terminantur, excepto in musculis temporalibus, & his qui eis infra sunt oppositi: in istis enim partes carnosæ ĩ principio sunt, ac in fine: neruosæ autem sunt in medio, ut attestatus est Galenus in libro de muscu. dissect. ca. vi. & in .xi. de usu partium, cui assentitur Oribasius & in suo li. de mus. dis. ex Gale. c. xxix. in alijs autem temporalibus scripsit Galenus in .xi. de usu partium, ex eorum medijs enasci tendinem, sed hic Vessalius eodem in libro & cap. præcitatis, quum legerit Galenum in .xi. de usu partium, hac de causa naturam tot laudibus extulisse, non satis eum assequitur: nam ex tot Galeni in naturam laudibus, aliud nihil fatetur colligere Vessalius, quàm Galenum arbitratum fuisse musculum temporalem unà cũ massetere unum esse, atq; tendinem, quem temporalis acuto maxillæ processui inserit, a temporali & massetere produci, quod esse non posse ratiocinatur Vessalius. Sed eius rationes me hercle nullæ quidẽ sunt, propterea quia Galenus nec id intellexit quod imaginatur Vessalius, ut unicuiq; manifestũ esse potest, quũ Galenus de unoquoque separatim scripserit, imo antea quàm dixerit Galenus in .xi. de usu partium, ex medijs temporalibus tendinem emergere, apertè quidem scripsit de masticatoribus, uel si maxultis, mansorijs, se dicendi finem facere. Deinde agit de musculis temporalibus, quos nec alio fieri modo, ut traditum est, deinceps rationabiliter Galenus ap-

probat

probat, ut apparet in hisce uerbis,

ἐ τοιγὰρ ἡ μὲν κατὰ τὸ μῆκος αὐτῶν θέσις, αὐτοὺς προβεβλημένους ἐποίει καὶ ἀφῃρεῖτο τοὺς μῦς ἐξοχάς τε καὶ κοιλότητας ἀδίκους ὅλης τῆς κεφαλῆς, ἡ δὲ ἐν τῷ πλάτει χώρου θέσις αὐτοῖς τε ἀσφάλειαν παρεῖχετο τοῖς μυσὶν, ἰσότητά τε καὶ τάξιν ὅλης ἀπεργάζετο κεφαλῆς, οὐκ ἦν εὐκαιρότερον ἑτέρωθεν τάττειν αὐτούς, ἀλλ' εἰ τοῦτο δῆλον ὡς τὸ μέσον αὐτῶν ἐγίνετο κατ' εὐθὺ τῆς δεομένης κινήσεως κορωνῆς, ὡς τε ἐντεῦθεν ἀναγκαῖον ἦν ἐκφῦναι τὸν τένοντα,

Hoc est, Si igitur positio eorum secundum longitudinem, musculos ipsos reddebat prominentes, præsidioque spoliabat, eminentiasque ac cauitates iniquas in toto capite faciebat, quæ uerò præsenti loco est positio, tamen ipsis securitatem præbebat musculis, tum capiti toti æqualitatem, non erat commodius alibi eos constituere, quod si ita est, constatque ipsorum medium coronæ, quæ motu indegebat esse directum, tendonem iam hinc emergere, fuit necesse, sed ò studiosi, si quispiam uestrum, ob uerba quæ fecit hic Vessalius, hisce Galeni rationibus credere noluerit, ipsemet experiatur, quæso, quum uidendi Anatomen aliqua data fuerit occasio: Certè si totus musculus temporalis ab alijs duobus separatus per se quidem mensurabitur, ex illius medio certa mensura oriri tendinem comperiet: sit enim longus is graduum sexdecim, ex octauo tendinē emergere, oculata fide meheri cle inueniet, hoc deinde cognito, quas & quot in Vessalium debeat inculcare contumelias, suo relinquam iuditio, dummodo tantùm mihi in hoc obtemperet, quòd unà mecum & credat, & dicat, hunc hominem insanire, quum nec Galenū intellexerit nec in Anatome (ut præstabat) & mensura, et alijs ingenijs, res ut sunt, nesciuerit ostendere, neq; cognoscere,

cognoſcere: ſed quadam petulanti afflatus ignorantia, totam Anatomen contaminando euerterit, omnibus poſſit innoteſcere. Sed his tandem expeditis, ut clarius ad huc manifeſtetur, & alia ſubſequenter examinãdo, rem ita eſſe apertius demõſtrauero, auſpicãtes ab illis muſculorum delineamentis, quæ Galenus in.iiij. de Anatomicis adnini. uniuerſa capitis cute ablata circa aures, quæ in reliquis animantibus non delineamenta (in .xvi. de uſu partium appellat etiam delineamẽta) ſolum, ſed perfectos etiam muſculos obſeruari docuit: uerũtamen Veſſalius hic in ſuo prægrandi lib. cap. xvi. in hominibus hactenus non reperiſſe, in canibus uerò aures mouentium muſculorum naturam optimè aſſequutum fuiſſe, aperte ſcripſit: in hominibus autem fatetur eſſe membranam quandam, quam carnoſam uocat Veſſalius eodem in lib. & c. xiij. quam agere quoq; aurem motu uoluntario eſt in ſententia, in his hominibus in quibus aures mouentur quam arbitratur partem illius eſſe muſculi propemodũ triangularis, quem Galenus in.iiij. de Anotomicis adminiſt. aſſimilatur figuræ quã græci τρίγωνον, Latini geometræ menſalem figuram uocant, quem ad aurem uſq; porrigi meminit Veſſalius in ſuo prægrandi lib. ij. c. xiij. cuius poſtmodum fuit oblitus eodem in lib. ij. cap. xxvi. ubi dixit non ad aurem eum percurrere, ſed tantùm abeſſe, quantum ab occipitio procedere, ut etiã ſcripſit Galenus in.iiij. de Anatomicis adminiſt. quod uerum eſt, nec alio modo eſſe poteſt, ut etiam depinxit Veſſalius in nona tabula eiuſdem ſecũdi libri ſui prægrandis, unde oportet credere id quod eſt circa aures eſſe quiddam per ſe,

& istud aut esse musculum perfectum, aut loco ipsius aliquid aliud: quod quum non sit mera mẽbrana, nec musculus, uisum est Galeno ob lineas quæ eo in loco perreptant, musculorum delineamenta appellare, ut ostenderet illud esse ueluti musculum imperfectum, usu cuius aures in hoĩbus non mouebãtur, aut si mouebantur (ut auctor est Galenus in. xi. de usu partium) exiguum quendam, atq; obscurum debebant habere motum: atq; ideo natura in hominibus non curauit eum perficere, ut oculos in talpis, præsertim in his quibus non mouentur aures: sed in quibus quoquo modo mouẽtur, aliquo modo arbitror naturam in his musculi formam ostentasse, ac inueniri posse propemodum uere musculus, ut in reliquis animantibus, quæ manifestum habent aurium motum, quoniam unaquæque pars quæ moueri debeat, propriũ, quo moueatur, requirit musculum, ut declaratum est in libro de motu musculorum: tametsi (ut uerum fatear) in hominibus hactenus nõ obseruauerim, nec apud Galenũ meminerim me legisse, quod de eo mentionem fecerit, sed solum (ut diximus) circa aures esse musculorum delineamenta, loco præcitato aperte legimus: ueruntamen non mirum, quia forte fortuna nunquam uidit Galenus homines in quibus aures motæ fuerint, quamquam Vessalius in suo prægrandi libro secundo, capitulo decimotertio, duos quidem commumeret se uidisse homines in quibus aures mouebantur: sed si in illis hominibus hoc uerum est, quod etiam non negat Galenus (ut in præcedentibus etiam diximus) esse hoc posse. In ipsis enim potest esse ut talis sit aut reperiatur

ὑοειδὲς, εἴ ποτ' ἄρα βιαιότερον ὑπὸ τ ἄνω μυῶν ἀνατα βεῖν, καὶ τ θυροειδοις χόνδρον, προέλημα ἢ ἐγιώσ περ καὶ αὐτὸ το ὑοειδὲς ὁσοῦν, ἐτι ἢ τὴν τραχεῖαν ἀρ τηρίαν, προσέλλειτε καὶ ἀπολυξυνει, καὶ μὲν γε καὶ οι πρὸς τὰς ὠμοπλατας ἀνατεινομενοι μυες, τὴν ὡς πρὸς τον τράχηλον αὐτῶν ἐργαζονται κίνησιν, *Hoc est, Hæc igitur omnia mirabiliter a natura sunt facta, quibus accedit os id quod* ὑοειδὲς *dicitur, quod quamuis minimũ sit, maximas tamẽ atq; plurimas habet utilitates; quã doquidem musculorum linguæ bona pars ex hoc ossẽ habet originem: atq; adeo musculorum laryngis anterior coniugatio, de quibus ante disseruimus, aliiq; nonnulli qui ad omoplatas feruntur angusti ac longi: præterea robustus alius geminus qui ad os pectoris defertur: postremo alij duo musculi obliqui ad genas pertinentes. reliqui etiam parui, qui sunt ad radices propaginũ quos quidem gallorum gallinaceorum calcaribus, alij uerò stillorum cuspidibus assimilant, nuncupantq; barbare a colũnę forma stilloides, licet aũt cuiuis eos a graphij uel acus figura graphoides, uel belonoides appellare. Hi igitur musculi quos ultimos numerauimus, et ą adhuc ante hos sũt, per quos hyoides genæ inferiori cõnectitur, proprij sũt huius ptículæ, mouẽtque eã obliqs motibus sibi oppositis, quasi in ptes cõtrarias disterminãtes: aliorũ uerò nullus est proprius ipsius hyoidis, sed qui in linguã quidẽ ab eo inserũtur illius gratia extiterũt, ąbus appositis simul est is, quẽ duplicẽ ad os pectori, ptinere diximus, ut deorsũ hyoides detrahatur: si forte tamẽ a superioribus musculis uiolentis sursum tẽdatur, tũ cartilagi*

ne

ne scutiformi ὑυρεοειδῶν etiam uocant, simul propugna culum est, quemadmodum & ipsum os hyoides. Huc ad de quod & tracheam arteriam coercet, & dirigit: quin etiam & qui ad omoplatas feruntur musculi, motum ip sorum uersus collum efficiunt. Hactenus Galenus. Sed in his a Galeno dissentitur partim Vessalius, partim ue rò non: etenim quos Galenus (ut audiuistis) communes esse tenet, arbitratur Vessalius esse proprios, ut illi qui feruntur ad scapulas, quas Græci ὠμοπλατας uocant, & alius geminus qui ad os pectoris defertur: sed hos ut erat necessarium, non ita probat Vessalius esse propri- os, quemadmodum illos scapularum, in quibus persistit demonstrare non esse communes, ut dixit Galenus, sed esse proprios quia hi musculi parui sunt, & angusti, mi nusq; firmi, quàm qui scapulam (cui brachium cubitus & extrema manus appendent) attollere obliquo mo- tu possint: sed acquiescat Vessalius, suæ rationes nullæ quidem sunt, quia & si isti musculi non ita magni sunt ut illi qui scapulā obliquo attollunt motu, non tamen illi tantum assortiti sunt eneruationem, qua firmiores redderentur, ut isti, quò ipsarum scapularum motus uer sus collum effici posset. Atq; ideo natura in quibus po tuit ob motū qui debebat esse magnus, illos efficere ma gnos, ut præstabat, nō equidē prætermisit: quos aūt ob loci angustiā et esse magnos oportebat esse ob motū, qui debebat esse magnus, q̄ nō potuit magnitudine suppleuit fortitudine. nec reclamādū est tales musculos ita esse ut diximus, quia & ipse Vessalius etiam concessit in præ- grandi lib. ij. c. xvij. et eodē lib. ij. c. xxvi. in q̄bus locis

atteſtatur illos quidem & adeo multæ eneruationis eſſe, præſertim in eorum mediis, ut tendinum ſpecies commoni ſtrare uideãtur: unde quum illi ita ſint, non uereri oportet quod ſcapulas ſurſum uerſus collum mouere quidem poſſint, quia & ſi illi non ita magni ſint, ſunt tamen fortes, ut tale munus poſſint celebrare ob eneruationẽ, qua illi dotantur, concurrenti ſeptimo neruorum pari, ut auctor eſt Galenus in libro de Diſſect. neruorum, cap. viij. cui aſſentitur etiam Veſſalius in ſuo prægrãdi libro. iiij. cap. x. quanquã ſuimet fuit oblitus in libro. ij. cap. xvij. ubi non his musculis, ubi hyoidi inſeruntur, ſed ubi ſcapulæ committuntur, applantari neruulũ meminit Veſſalius. Sed ò ſtudioſi uidetis uos quàm aperte deliret Veſſalius: attamen nonne præſtabat ipſi, ut ſtuduiſſet ſibi, quã Galenum in contradicendo ſuſcepiſſe prouinciam, certè nemini dubium eſt: quapropter non poſſum quin de eo non rideam plurimum, qui dum arbitratur Galenum reprehendere, facit ut alij ipſum magis reprehendant, ac atteſtentur, quod eſſe non poteſt, quin ſit mendax, quum ſibi non conſtet, quoniam id ſepius illis cõtingit qui ſunt mendatiorum architecti: unde illud uſurpatum eſt, mendacem oportet eſſe memorem, credidit Veſſalius ſuis mẽdatijs potuiſſe Galeni dogmata infringere. Sed longè deceptus eſt, etenim tametſi noluerit Veſſalius, neceſſe tamen fuit ut ueritas e pectore nolentis, & non ſentientis omnino eruperit ut eius eſt uis: nec tamẽ ſequitur, quod niſi illiuſcemodi actio illis concrederetur muſculis, quod hyoidis oſſis ſitus omnino fallax eſſet, quia loco præcitato id fieri non poſſe declarauit Galenus in his uerbis,

quæ

quæ subsequuntur, Ἐπεχούμενον δὴ τοῖς κύρτοις τ̃ λάρυγγος τὸ ὀστοῦν τοῦτο, καὶ πολλοῖς οἷς εἶπον εἰς πολλὰ μέρη διειλημμένον μυσὶν, ἐπὶ αὐτὸν ἐκείνων ἑρματτόμενον, τῆς ἐν ἅπασι δικαίας φύσεως ἰσοσθενεῖς ἀλλήλοις τοὺς ἀντιτεταγμένους ἐργασαμένης, ἐπεὶ δὲ καὶ διατμηθῆναί τινα, καὶ παραλυθῆναι τ̃ μυῶν τούτων ἐνεδέχετο, καὶ μάλιστα τ̃ προτεταγμένων τ̃ λάρυγγος καὶ κίνδυνος ἦν ἐν τοῖς τοιούτοις παθήμασιν ἐπὶ τὸν ἐρρωμένον ἐλθεῖν αὐτὸν, τοῖς τε μέσης χώρας τ̃ λαρύγγος ἀποκυλισθῆναι, φερίτραπηναί τ' οὐθὶ πλεῖστον εἰς τὰ πλάγια, κάλλιστα ἔγνω μὴ μόνοις τοῖς μυσὶν ἐπιτρέψαι τὴν ἰσορροπίαν αὐτοῦ, κατασκευάσαι δὲ τινας ἰσχυροὺς συνδέσμους, οὐ κατὰ τὸ πάρεργον, ἀλλὰ τὸ διὰ τ̃το μόνον ὡς ἐνεργὸν, οὐ μικρὸν ἐργασαμένους χρησόν, τ̃των ἕνεκα μοι δοκεῖ τ̃ δεσμῶν τοὺς γενέσεως οὐκ ἀρχεσθῆναι ταῖς δυσὶ πλευραῖς τ̃ ὑοειδοῦς, ἀλλ' ἑτέρους, χονδρώδεις ἁπάσασα, συνδέσμους προγυίλους ἑκάστου τῶν πλευρῶν συμφῦσαι συνῆψαι δὲ οὐδὲν ἧττον, καὶ δι' ὑμενῶν τινῶν πρὸς τε τ̃ λάρυγγα καὶ τὴν ἐπιγλωττίδα μόνον, ἀλλὰ καὶ τ̃ στόμαχον, ἐφ' ὧν ἔστιν ὀλίθεως κἀτῶ καὶ σπυρματι συναπτόμενοον πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἐνίοις μὲν αὐτ̃ ὀστώδη μᾶλλον, ἐνίοις καὶ χονδρώδη, διὰ τὸ μέγεθος τ̃ ἐκφυομένων κἀτ̃ μυῶν γεγονότα, *Id est, Inuectũ uerò gibbis ipsius laryngis hoc os multisq; musculis, quos dixi, in partes multas diuisum, ab illis ipsis communitur, natura, quæ in omnibus est iusta, musculos appositos sibiipsis æquipollentes efficiente: sed quoniam horum musculorũ aliquis abscindi aut resolui poterat, & maxime eorum qui parte anteriore laryngis sunt collocati, periculumq;*

erat in huiuſcemodi affectionibus, ne ad fortem ipſum muſculum penetraretur, a medioq; laryngis loco deuol ueretur, atq; ad obliquum plurimum circumageretur, ſatius eſſe putauit non ſolis muſculis æqualitatem & uelut æquilibrium, ipſius cõmittere, ſed fortia quædam ligamenta conſtruere, non obiter, ſed ob id ſolũ ut actuo ſum non paruum adferrent commodum: horum mihi fu iſſe contenta in duobus hyoidis lateribus, ſed alia carti laginoſa produxiſſe, ac rotunda, eaq; utiq; lateri inſeru iſſe, connectitur aũt nihilo minus per membranas quaſ dam, non modo ad laryngẽ, ac epiglottidem, uerum etiã ad ſtomachum, a quibus mox ipſi ſtabilimentum accedit annexum ad caput, quibuſdam oſſeum magis, & alijs autem cartilaginoſum, muſculorum ab eo exorientium analogia comparatum. Ecce quo modo Galenus decla rat eſſe non poſſe, quod motus ipſius hyoidis ſit fallax etiam quod ipſi muſculi ſint affecti, unde oportet crede re, quod & ſi illa huiuſcemodi non concredatur actio illis muſculis, quod ob id tamen motus ipſius hyoidis nõ eſſet fallax, propter ligamẽta, atq; alia quæ ſcribit Ga lenus eſſe ſtabilimenta ipſius hyoidis: ſed de huiuſcemo di ligamentis ſi ſint, nec ne, non meminit Veſſalius, tan quam non ſint, neq; de ipſis ullam habuerit noticiam. Sed mehercle ò ſtudioſi non licet aſſerere, quod nõ ſint, quia manifeſte uidentur per diſſectionem: ſed arbitror ab eo fuiſſe prætermiſſa, non quod ea non agnouerit, ſed potius ut ſuam in Galenum ſtabiliret ſententiã: quia ſi de ipſis mentionem feciſſet Veſſalius, opus fuiſſet, ut eorum uſum omnino demonſtraſſet, non poterat tamen

alius

alius asscribi melior usus, quàm qui a Galeno condonatus est. Atq; ideo dedita opera uoluit ea præterire, quia sciebat, si dixisset utscripsit Galenus, quod suam diluebat opinionẽ: q̃ aliud aũt diceret, nec habebat cõgruens. proinde satius uisum est ea sicco pede pertransire, existimans quod si de ipsis non meminisset, quod unusquisq; sibi acquieuisset. Sed ò miser Vessali, nonne scire debebas quod isthæc cælari non poterant, & quod oĩa erant examinanda, ne ita leuiter in errorẽ dilaberemur, & quod erat necessariùm ut Galeni rationes sigillatim omnes, & tuæ prius perpenderẽtur, anteq̃ alicui uestrũ esset aspirandum: sed quia mentiri non erubescis, forte dices, ut tuam uidearis obtegere ignorantiam, illa quidẽ haudquaquã in Anatome obseruari. Verũtamen ò studiosi, quid creditis uos? si illa in Anatome non reperirẽtur, certe Vessalius, ut facit in pleriſq; aliis, præ gaudio gestiens, quod in Galenum dicat, nõ equidem præteriſſet, quin magnum feciſſet commentum: proinde dicamus nos, satius uoluisse diminutum esse Vessalium, quã in Galeni sententiã conspirare. Sed ò studiosi nonne summum dedecus est, in tam libro adeo prægrandi, ut Troianorum & Romanorum gesta etiam inscribi poterãt, se in Anatome diminutum esse, ommino demõstrare: de quo quis non admirabitur? quũ admodum ueteranus, et solers in Anatome sit speculator, unusquisq; certe. Sed adhuc magis admirari oportebit, quum Vessalius non intelligens Galenum, adhuc ausus est de Galeno maledicere, & si Galenus clarissime doceat suã quã habeat opinionẽ, ut apparet in his q̃ deinceps meminit Galenus

de cõmunibus laryngis musculis, quos esse octo Galenus scripsit apertissime in. vij. de usu part. sed hic Vessalius bene fatetur Galenum octo enumerasse, tamen in narratione sex tantum explicuisse, atq; ideo reliquos duos nõ agnouisse. Veruntamen ò studiosi existimare Galenum illos dixisse esse numero octo, non tamen de illis quidem omnibus, sed de senis tantum meminisse: unde sit suspicandum, quod reliquos duos non agnouerit, est quidem summa dementia. Etenim ad quid dixisset Galenus, illos esse octo, si sex tantum agnouisset? certe dicat mihi Vessalius quid coegisset eum ad id dicendum, si illos tot esse numero non cognouisset? Profecto uultis dicam uobis ò studiosi, nescit quid dicat Vessalius: unde dicamus nos & utiq; Galenum octo agnouisse, & si Vessalius aliter censeat. Sed id fuit in causa, quia Galenus fuit aliquantulum obscurus & difficilis, ob id eũ nõ intelligens Vessalius, arbitratus est, quod Galenus de ipsis omnibus non meminerit: sed nos, ut ostendemus o studiosi, demonstrabimus in quanto errore lapsus sit Vessalius, quum Galenus eos dixerit esse octo, & de ipsis omnibus in narratione, & si Vessalius non intelligat, quod mentionem fecit Galenus: sed ut ueritas manifestetur magis operæpretiũ est ut adducam Galeni uerba, & ea examinentur, quæ loco præcitato ita leguntur, Alij autem octo musculi circumfusis corporibus ipsum colligantes, alterius motus sunt duces, quo motu totus spiritus meatus amplificatur, ac contrahitur: quorum qui ab osse hyoide ad partes anteriores ac superiores pertinent, primam cartilaginem trahentes, a posterioribus eam cartilaginem abducunt, meatũ-

qui

que amplificant, musculi uero obliqui contrariam his actionem habentes, ac positionem, qui ex scutiformi cartilagine deorsum ferũtur, partes cartilaginis inferiores contrahunt, trahuntq; infra, cum hoc leuiter asperã arteriam contrahentes, ac constringentes, ut neq; replicetur quicquam in ea, neq; applicetur, neq; etiam plurimum amplificetur, quum animal uult loqui, reliqui uero qui ex obliquis scutiformi partibus prodeũt, has partes primæ cartilaginis protrahunt, secundæq; applicãt, quo meatus constringatur. Nec mirari oportet o studiosi, ꝙ non recitem uobis (ut meus est mos) uerba, ut habentur in Græco codice, quia illa uidere adhuc non potui, cum in illis Galeni libris, qui nuper Basileæ impressi sunt, quos habeo tãtũ apud me, & isthæc et multa alia desiderẽtur: sed quia ab oĩbus interpretibus quos hactenus uidere potui, isthæc & alia quæ ibi leguntur esse legitima Galeni cẽsentur, et esse possunt, qa illi fortè alios uiderũt codices, in quibus ista haberi poterant, quod hactenus mihi concessum non fuit, proinde uisum est etiam mihi, et de illis quoq; ut illi dijudicare: sed siue sit Galenus, siue quis alius, nolo litigare, esto quis uult, dummodo dicam esse uera, & Vessalium nec illa intellexisse, quia ille quius Auctor non de sex tantũ musculis, ut arbitratur Vessalius, sed de octo in narratione mentionem facit, ut nos explicabimus. Porro constat, quod quando dictum est, quorum qui ab osse hyoidis ad partes anteriores ac superiores pertinent, meatum spiritus amplificantes, non de una, ut credit Vessalius, sed de duabus coniugationibus, illa uerba esse exponenda manifestum est, quia os laryngis

gis non à duobus, sed a quatuor dilatari musculis, fuit Auctoris sentētia, ut inferius se ipsum declarauit, quā do dixit, a duabus musculorum coniugationibus os laryngis aperiri. Non aperitur autem ab obliquis musculis, quia contrariam his functionem habent, nec etiā ab alijs, qui ex obliquis scutiformis partibus procedūt, quia ab istis meatus etiam constringitur. Constat igitur quod dilatetur meatus spiritus ab his musculis, qui ab osse hyoidis prodeunt, qui sunt quatuor, quorum duos eam habere actionem, quam asscribit Galenus, concedit Vessalius, reliquos autem quos opinatur ipse Galeno fuisse incognitos, eorum functionem credit Vessalius esse, ut habeant laryngis operculum eleuare, ubi cibis potuq; fuerit depressum: sed quia uidetur Vessalius nō longe a Galeni sententia deuiare, qum dicat & Galenus os laryngis ab his & aperiri, non multis immorabor in his, sed potius me accingam ad alia, in quibus Galenus & Vessalius apertissime dissentiunt. Sed ò studiosi, ut sciatis omnia, multa quidem sunt in quibus isti duo longo sibi opponuntur interuallo: unde nescio quo me uertam, si dixero ut scripsit Galenus, Vessalei mihi contrariabuntur, attestantes non obseruari in hominū Anatome, quæ meminerit Galenus: si autem cum Vessalio sensero, contra ueritatem me iturum esse aperte scio: quoniam Galenus & hominum Anatomen perbelle agnouit, ut millies declaratum est: & si iste Vessalius petulanter iactet ubiq; locorum, haud unquā hominum Anatomen Galenū fuisse aggressum & multa ab eo fuisse descripta quæ in simijs tantū, non autem in ho

minibus

minibus reperiuntur, ut sunt illa plura quæ uidistis, & multa alia, quæ subsequẽter meminit Vessalius, ut est ille musculus, quẽ in.xiij. de usu partium, & in.v. de Anatomicis administrationibus, statim per initia describit Galenus ex mammarum regione incipere, deinceps sursum ad humeri articulum oblique porrigi: quẽ scribit Vessalius in suo prægrandi lib.ij. ca.xxiij. in simijs dumtaxat obseruari, non in hominibus. Equidem ò studiosi, si uerum esset quod in simijs tantũ, non autem in hominibus reperiretur, nonne credendum est, quod Galenus, quum multas alias & hominum & simiarũ dederit differentias, quod & hanc utiq; Galenus nõ præterijsset, certe negari non potest: sed Vessalius, ut arbitror, quum uideret in excoriatione eũ difficulter separari, & multos esse qui nescientes consectionẽ recte administrare, faciunt ut is sepenumero obliteretur, nõ ueritus est asserere eũ in hominibus nõ reperiri, sed in simijs: quò uideretur Vessalius in Galenũ dixisse: nõ aũt quod ueritas ita sit, ut etiã uos ò studiosi obseuare poteritis, si diligẽtes admodũ, ut spero, ac curiosos in Anatome uos præstabitis, certe ĩuenietis eũ musculũ sũma sub cute latescẽtẽ: sed si Vessalius reclamabit eũ nũq̃ cõspexisse, nõ est mirũ, quia & antiquis Anatomicis, qui ante Galenũ extiterũt fuit incognitus, ut arbitror, qa exiguus est, et facile obliterari põt male anatomẽ pertractãdo, ut colligi põt ex Galeno in.v. de Anato. ad. ubi se esse primũ, qui eũ ĩuenerit, et q̃ plus est, ĩ gymnasticis eũ ĩsigniter et clare, cũ sĩt carnosi, cõspexisse fatetur. sed ò Vessali credes galenũ ĩ simijs tãtũ obseruasse? sunt

sunt ne illæ gymnasticæ? certe o Vessali si uis dicere quod in hominibus non reperiatur ille musculus, id tuæ potius adscribatur inanimaduertentiæ, quã dicas eum in simijs tantum, & non in hominibus inueniri, quia Galenus nõ ita inconsulte dixisset, se eum in gymnasticis conspexisse, quid creditis uos o studiosi? equidem ita est. Sed de his ut ingenue fatear, doleo plurimum, quod non possum adesse quibusdam uestrum, qui forsan neq; Galeno neq; mihi credere uoluerint, ut oculata fide demonstrarem res ita esse, ut descripserit Galenus, certe si ulla unquã daretur occasio, ut aliàs pluribus alijs, ita uobis ostenderẽ, quod Vessalius non est ille homo, de quo a plerisq; prædicatur, immo sciretis quod Vessalius non amore ueritatis, sed potius ob popularem auram hanc cum Galeno assũpsit pugnam, sciens ipse quod in pluribus neq; damnari, neq; in his Galenus defendi poterat, quum nulla possit adduci ratio, cur in simijs nõnulli adsint musculi, qui nõ reperiuntur in hominibus, unde cogor de his ne uerbum quidem facere, sed potius sicco pede pertransire, & prætermittere quod Vessalius in sua gloria & felicitate gestiat, ac trepudiet: sed spero quod is non multum admorabitur in Antheserijs, quod opus erit, ut more seruorum, quod suum cognomẽ indicat, etiam ipse submittat collũ, si uos o studiosi eritis admodum (ut non uereor) diligentes in Anatome, & unamquamq; particulam expendere non grauabimini. Certe etiam scietis si Vessalius habeat etiam rationem, ut Galenum infamet, quod & quorũdam musculorum usus alteriusmodi sint quàm posuerit Galenus, de quo equidem excogitari non potest, quàm di-

ligens

ligens semper extiterit, ac studiosus, ut omnium musculorum usus edoceret, ut ex mille locis potest animaduerti, qui non tendines duntaxat, sed etiam considerabat fibras, quæ, prout habent situm, etiam indicant de motu, qualis esse possit ut meminit Galenus in.xij. de usu partium: deinde non contentus his, etiam ad recta ipsorum capita usq; incidebat ab ossibus illa ex quibus enascuntur ampuando, manumq; eadem attrahebat, tendendo quo prius erant collocata, quoniam si hoc probe peragitur, ossium motus palam licet cospici, quibus musculi nati sunt, ut edocebat Galenus in.uij. de Anatomicis administ. Proinde non credendum, quod Galenus unquam in enarrandis musculorum usibus cæcutierit, ut autumat Vessalius in suo prægrandi lib.ij. ca.xxiij. quum agat de musculo qui in eius descriptione tertius est, imitatus Galenum in.v. de Anatomicis administ. licet in.xiij. de usu partium in narratione sit secundus. Quod non mirum, quia quum egerit Galenus de musculo qui trahit brachium deorsum, subsequenter decebat ut adscriberet illum, qui adducere sursum credebatur: in v autem de Anatomicis adminisi. tantùm agit, quomodo in consectione unus sequatur alium, & iste in ordine sectionis est tertius qui post sectionem aliorū apparet, qui ex pectoris osse ducit originem, qua secunda, tertia, quarta, quinta, & sexta costa cum ipso coarctantur, tametsi Vessalius non ex hoc loco, sed antea quàm costarum ossa in cartilaginē pectoris ossi inarticulando desinere incipiunt: uerūtamē o studiosi millies iam dixi uobis, quod in his in quibus nulla potest afferri demonstratio, quod sit siue nō sit, me

uestrorum

uestrorũ reliquisse iudicio, ut uosmet dum in humanorũ corporũ sectionibus uersari cõtigerit, tũc uelitis credere quod oculata fide uobis apparuerit, nõ oscitãter tamen partes intuendo, non in uno subiecto, sed in pluribus: quia ut uerum fatear, attestamur situs musculorũ in quibusdam pro aliqua parte uariari, ut nos nõ rarẽter obseruauimus: idem attestatur Vessalius in suo prægrandi libro. vi. cap. viij. præsertim circa partes thoracis, ut uisum est in Pontificis remige homine biliosissimo, unde potest esse quod Vessalius illius musculi situm uiderit quoquo modo aliter quam scripserit Galenus: sed quia siue sit huiuscemodi, siue non sit, haud multum refert, quia situs in toto non est admodum uarius secũdum ipsos, & si uideatnr pro aliqua parte: unde nõ me extendam in his, sed potius me accingam ad eius functionem, de quo Vessalius tanquam primus, qui & proprium munus condonarit, gloriatnr plurimum, uolens quod iste musculus, non ut brachium pectori uersus altiora admoueat, ut uidetur Galenus scripsisse in. v. de Anatomicis admini. & .xiij. de usu partium, sed potius gratia scapulæ creatus sit, ut antrorsũ moueatur ipsa, sicuti clarius seipsum explicuit in suo prægrandi lib. ij. ca. xxvi. Sed Vessalius quàm male intellexerit Galenũ, quæso uos ò studiosi, uelitis animaduertere: arbitratur Vessalius quod Galeni mens fuerit, quod huiuscemodi musculus creatus sit, ut brachium duntaxat sursum ad ducatur, quod esse posse negauit Vessalius, uidens ipse & eius figuram, & situm, atq; alligationem quam habet cum scapula: ideo gratia scapulæ potius fuisse pro

creatum

creatum, quàm brachij credidit Vessalius. Sed in hoc peccauit, quia hunc scripsit esse proprium scapulæ, quũ sit communis & scapulæ & brachij, propter insertionem quam sortitus est huiuscemodi musculus cum brachio & scapula, sicuti etiam cõcedit Vessalius locis prę citatis, quando dixit, Hinc ad exteriora porrectus angustior, sed crassior efficitur, quousq; ad humeri cum scapula articulum, in latum nerueumq; tendinem carne mixtum finiat. Ex his igitur quomodo Vessalius poterit effugere, quin fateatur etiam si nollet, quod huiusce modi musculus creatus sit gratia brachij perinde ac scapulæ, si quid uerbis suis credendum est, certe negari non potest, unde non possum, quin meum extollam Galenum, qui in. xiij. de usu partium de hoc ruminans, in hanc iuit sententiam, καὶ μὲν γε καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ στέρνου μυῶν ἐπὶ αὐτὴν ἀναφερομένων ὁ ὑψηλότερος, ὃς μόνον μοι δοκεῖ τοῦ βραχίονος ἐπὶ πᾶσθαι τὴν κεφαλὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν ὠμοπλάτην ὡς ἂν ἐμφύομενος τῷ περιέχοντι τὴν διάρθρωσιν ὅλην συνδέσμῳ, συνεπιτωθᾶται γάρ οἱ τὸ ὄντι τενόντες, οὐκ ἐκεῖνα μόνον τοῦ ὀστῶν οἷς ἐμπεφύκασιν, ἀλλ' ἐνίοτε καὶ τὰ ὁμώνυμα τοῦτα καθ' ὁντινοῦν πρότονον αὐτοῖς, φαίνεται γὰρ ὁ μὺς ὅτος ἀπονεύρωσιν πλατεῖαν τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος ἐμφυόμενος, καὶ διὰ τοῦτο τῆς διαρθρώσεως ὅλης συνδέσμον τὴν πρόσω χώραν, Hoc est Atque etiam ex musculis qui a pectore ad eam sursum feruntur, qui est editior, non solum mihi uidetur brachij caput trahere, sed etiam scapulam ut qui ligamento articulationem totam continenti inseratur, simul enim trahunt & tendones

eius

ciusmodi non modo ossa illa, quibus sunt infixi, sed nonnunquam etiam ea quæ cum ipsis quouis modo communicant, uidetur autem musculus hic sua tenuitate neruosa lata brachij capiti inseri, ac parti anteriori totius articulationis ligamenti. hactenus Galenus. Non reclamabit autem aliquis quod Galenus de alio loquatur musculo, quia si eius descriptio cum illa Vessalij conferatur, eãdem esse, & de eodem musculo fuisse factam, me hercle comperietur: præsertim quando dixit Galenus sua neruosa tenuitate lata brachij, quod fuit illud, quod descripsit Vessalius, ad humeri cum scapula articulum finire in latum nerueumq; tendinem. Nec dicendum quod Galenus sibi contradixerit, quia et si in. v. de Anatomicis adminisi. dixerit huiuscemodi musculum brachium quidem elatius thoraci admouere, non tamen negauit quin & possit ob insertionem, quæ communis existit, etiã mouere scapulam, ut apertissime declarauit Galenus loco præcitato, ut audiuistis uos o studiosi, quod etiam fecit Galenus & in pluribus alijs musculis, quos in uno loco dicit mouere brachium, in alio autem mouere scapulam: ex hoc tamen non oportet credere, sicuti existimat Vessalius in suo prægrandi lib. ij. cap. xxiij. quod Galenus in v. de Anatomicis adminisi. in. xiij. de usu partiũ sibi cũ pugnantia loquutus fuerit. Etenim si dixerit, ut in hoc proposito, quod huiuscemodi musculus moueat brachiũ uolo scire si Galenus uerum dicat, an non: si uerum dicit, prout in hoc loco mouere brachium, non peccabit quidẽ si dicat quod moueat brachium, si & huiuscemodi musculus habeat facultatem, ut in hoc exemplo, etiam moue

re sca

pulam, propter insertionem, quam diximus esse cum brachio & scapula, quãdo dixerit Galenus & mouere scapulam. Titubabit ne Galenus? certe non, quum musculi sint communes, & non proprij, & communem habeant usum & non proprium. Proinde desinat Vessalius blaterare de Galeno, quod in prædictis locis fuerit uarius: quia & si aliquos musculos in uno loco reijciat ad brachium, in alio autem ad scapulam, ob id tamen de inconstantia non damnandum esse demonstratum est. Debet tamen ipse Vessalius mediocriter calumniari de eo musculo, de quo paulò antè agebamus, quum eum gratia scapulæ duntaxat fuisse procreatum existimet: quod esse non posse iam declaratum est: de eius autem motu, quod moueat scapulam antrorsum, ut meminerit Vessalius in suo prægrandi lib. ij. cap. xxvi. quum huiuscemodi musculus anteriori parti totius ligamenti secundum Galenum etiã sit insertus: arbitror quum ageret Galenus de musculis qui trahunt scapulam sursum, deorsum, & retrorsum, et dixerit Galenus eam etiam moueri antrorsum, nec aperte uideatur dicere qui sit iste musculus, describit tamen ipsum, ut uisum est, Galenus: quod nulla alia de causa fecisse arbitror, nisi intelligamus nos eũ mouere scapulam antrorsum, si eius figura & situs, atq; alligatio a nobis excogitabuntur: sed quia non clare id exposuit Galenus, dixiu Vessalius loco præallegato, quod Galenus scapulæ nullum asscripsit musculum, qui proprio motu ad pectus antrorsumue scapulam ageret. Sed mentitur Vessalius, ad quid enim Galenus illum descripsisset, nisi uoluisset eum de huiuscemodi motu nobis insinuare, præsertim cũ

meminerit Galenus, qui sint illi musculi, qui mouent scapulam sursum, deorsum, & retrorsum, & quum describat ipsum, ne dicat qualem is habeat functionem, & supra dixit esse musculū qui mouet scapulam antrorsum, suspicari oportet quod Galenus uelit huiuscemodi musculum esse illum, qui huiuscemodi habeat usum. Nec mirari oportet quod Galenus subticuerit, quoniam id est quoddam scribendi genus, quod ab omnibus usurpatur sapientibus: sed Vessalius quum in bonis auctoribus nō sit exercitatus, nec sciat quo modo scribere oporteat, quum aliquam rem literis mandamus, hac de causa quia in primordijs non est instructus, Galenum accipit alio modo quàm oporteat: de quo soleo conqueri plurimum, quod Galenum sano modo non intelligens, audeat de eo maledicere: certe ò studiosi id deteāstdū est, quod tamē adhuc esset tollerabilius, si in hoc tantum loco Vessalius haud nō immerito de Galeno maledixisset. Sed sunt alia etiam pleraq; loca in quibus Galenum non intelligens audet etiam eius diuinitatem ueneno tabefacere, ut est illud de quo Vessalius in suo prægrandi lib. ij. c. xxviii. taxat Galenum, qui dixerit contra nonnullos dissectionum professores de illo musculorum pari, quod ob uarietatē, quā sortitū est, appuerit illis nō duos esse musculos, sed qbusdā quatuor, qbusdā uerò sex, dicit hic Vessalius in sua persistēs hæresi q; illi ex illorū fuerūt albo, qui aliter ac Galenus hōines aggrediebātur, quoniā in simijs et canibus unū par uidetur esse tātū, in hoībus aūt alio modo, apparēt. n. plurimi utrīq; musculi serie multiplici inuicem cōmixti. Sed quantam habeat rationē Vessalius,

quæso

quæso uos ò studiosi ut ex his Galeni uerbis, quæ legũ
tur in.iiij.de Anatomi. adminisi.uelitis animaduertere,
ὅσον ἢ οὐτὶ τῶ περιγραφὰς τινὰς ἔχειν, ὡς τὰ πολλὰ
μὲν τρεῖς, ἔστι δ' ὅτε δύο ταύτη πάλιν, οὐχ εἷς ἑκατε-
ρώθεν μῦς, ἀλλ' ἤτοι τρεῖς, ἢ δύο φαινοῦνται σοι, ἀλλ' ὁ
ταν ποτε γε τρεῖς ἐναργῶς φαίνονται σιζυγίαι μυων, μίαν
μὲν ἢ κάτωθεν θεάσῃ παρατεταμένην τῆ τ' σφονδύλων
ἀκάνθη, δευτέραν ἢ ταῖς ἐγκαρσίαις κάτωθεν ἀποφύσε-
σι, μέσην ἢ, ἀμφοῖν τὴν τρίτην, Hoc est, Quatenus aũt
circumscriptiones quasdam plurimum tres, nonnũquam
rursus duas, ibidem habeãt, non unus utrinq; musculus,
sed tres uel duo tibi apparebunt: uerum quum tria mus-
culorum paria euidenter apparent, unum quidem ex eis
uertebrarum spinæ exspansum uidebis alterum transuer
sis ipsorum processibus, tertium uerò horum duorum in
termedium, & reliqua. Ex hoc loco sciatur, si Galenus
male descripserit illud musculorum par, & male diffa-
mauit præcessores Anatomicos, qui arbitrati sunt illos
esse quatuor, uel sex musculos, nolẽs illã uarietatẽ in ho
minibus apparere, ut dicamus esse plures q̃ unũ par: un
de liceat asserere (ut autumat Vessalius) Galenũ ĩ simijs
& canibus, nõ aũt in hominibus obseruasse, quia in illis
unũ esse dũtaxat utrinq; musculũ, cũ nõ insit illa uarie-
tas, cõcedi potest: ex quo hoĩnes dissecuisse Galenũ ei nõ
similas affirmari põt (q̃q̃ Vessalius ubiq; locorum excla
mãs aliter cẽseat) cũ circũscriptiões et illas uarietates,
q̃ in his nõ reperiũtur, Galenus aĩaduerterit: certe mani
festum est Galenum uoluisse attestari, quod llli muscu-
li licèt uideantur ob circumscriptionem, quæ plures

sunt, esse plures quàm duo musculi: sunt tamen utrinq; unum duntaxat, quia & alia paria duobus etiam tantũ conformantur musculis, & illi omnes ut isti eiusdem functionis procreati sunt, quo fit ut dicantur esse duo duntaxat, & non plures, ut concessit etiam Vessalius libro & loco iam præcitato. Sed hinc quis Vessalij liuorẽ nõ animaduerterit? unusquisq; certe: ueruntamen nos, ut eũ paulatim extinguamus, equidem dabimus operam, procedentes & ad alia, in quibus Vessalius suum euomit tabificum uenenum. Sed de eo si unquàm admiratus sum, non possum quin admirer adhuc amplius, qui nõ contentus illis, in quibus uidebatur ipse habere rationẽ, ausus sit & de alijs etiam impudenter debacchari, in quibus nie ulla quidem apparebat ratio, ut foret licitum: quandoquidem & si in uno loco quædam non perbelle depinxerit, aliàs tamẽ ab eo fuisse ea recte descripta, admittit Vessalius, obstrepens quidem de multis, præsertim de situ musculorum epigastri, a Latinis obdominis nuncupati, in suo prægrandi lib. ij. cap. xxxi. quod Galenus in libris de locis affectis, & de usu partium aliter recenseat quàm in libris de Anatomicis administ. & Meth. med. ubi eos recte quidem describit: sed ut id manifestetur quidem, si uerum sit quod Galenus in eos dscribendo hinc & inde uarius extiterit, conferre quidem omnia loca potius erit tedioſum, quàm scientificum: ideo conferamus unum duntaxat locum ex his, in quibus Vessalius arbitratur Galenum male, cum alio ex his, in quibus eum recte depinxisse fatetur ipse. Porro assumatur primus, qui ab eo citatur in libris de locis affect. & conferatur cum

ultimo

ultimo, qui citatur in libris Meth. med. & perpendatur, si Galenus nimirum sibi oppugnauerit. In. v. de locis affectis ca. vij. ita legitur, τ μετα τὸ διέρμα τεταγμένων μυῶν ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν ὄντων ἐν συζυγίαις τέτταρσιν, ἔστι γὰρ αὐτῶν ἡ μὲν τις ὀρθίων μυῶν ὅλων σαρκωδῶν, ἀπο τῶν κατὰ τὰ στέρνα τόπων οὐθι τὰ καλουμενα ὠμοπλατα τ ἀνατομικῶν ἥσης ὀστᾶ καθηκόντων, ἑτέρων δὲ τριῶν ἄχρι τ ψαῦσαι τ ὀρθίων, τὸ σαρκῶδες αὐτ μέρος ἐχόντων, ὅταν ἤδη ἄφωνται πρῶτον αὐτῶν, εἰς ἀπονεύρωσιν ὑμενώδη τελευτώντων, ἡ μὲν δὴ μια συζυγία τ μυῶν τούτων, ἡ περ καὶ πάντων ἐξωθεν ἐστὶν ἀπὸ τ θώρακος καταφέρεται λοξὴ πρόσω τε καὶ κατωφερομένη, ἡ δευτέρα δὴ ἑτέρα κατὰ τοναντίον τῇ, κάτωθεν ἐρχομένη πρόσω τε καὶ ἄνω φέρεται λοξὴ, ταύτῃ δὴ ὑποπλέκεται τριτη συζυγία μυῶν, ἐγκάρσων ἐχόντων θεσιν ἐπιπέπλεγμένων τῷ περιτοναίῳ, Hoc est, Qui sub cute tenduntur musculi sunt octo numero, quatuor quidem contenti coniugationibus: quarũ prima ex musculis constat rectis, per totum carneis a pectore ad pubis ossa (ita enim uocant dissectores) descendentibus: at reliquarum trium coniugationum musculi, usq; ad rectorum contactum, carnea quidem parte constat: ubi uerò primum illis attigerunt, in neruosas membranas degenerare uidentur. Horum itaq; musculorum una coniugatio, quæ quidem reliquis exterior est, a thorace obliqua deducitur in anteriores partes descendens: altera huic contraria ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores ascendit: huic tertia musculorum coniugatio subijcitur, qui transuersum habent positum, atque peritoneo

toneo innituntur. Hæc Galenus. Quibus non aduersatur in lib. vi. Met. med. cap. iiij. ut autumat Vessalius: porro scriptum est quod habentur duo musculi & carnosi, qui a pectore ad pubis ossa perueniunt, ut iam dictū est etiā in libris de locis affect. Animaduertant tamen studiosi, quod non curo totam græcam literam in præsentiarum adducere, quia aliàs eam iam recitauimus: atq; ideo ero contentus ea translatione, quum sit fida quæ circumfertur, & adducam tantum uerba, ut sim breuior, quæ fecerint ad propositum. Itaq; Vessalius nihil habet quod dicat de musculis rectis: de obliquis autem adest dubitatio, quia in libro Meth. med. scriptum est, eos esse in partibus obdominis in medio peritonei existētis, quæ utrīq; ad latus ad quatuor digitos recedunt: quod non habetur in loco præcitato, quum meminerit eos ad usq; rectorū contactum peruenire tantum. Nec dicat eos utrinq; ad latus ad quatuor digitos recedere: certe si recte perpendatur, idem est. etenim dicere quod ei adusq; rectorum contactum perueniant, idem est, ac si dixisset eos esse in partibus obdominis in medio peritonei existentis, quæ utrinq; ad latus ad quatuor digitos recedunt, quasi contangunt tantum musculos rectos: nonne ab huiuscemodi loco recedunt, quum is a musculis rectis occupetur? certe nemini dubium est, neq; de his specialiter dicere oportet, quod Galenus in. vi. Met. med & in. v. de locis affe. aliter depinxerit, quia unam coniugationem eorū, quos in. vi. Meth. med. priores uocat Galenus a pectore demitti utrisq; locis scriptum relinquitur: alteri uero musculi his contrarij, quos in. vi. Meth. med. secundos uocat,

in

in utrisq; locis ab infernis oriri partibus manifeste legitur: sed quia Vessalius dixit Galenum in libris de locis affect. non æque recte descripsisse huiuscemodi obdominis musculos, ut in libris Meth. med. arbitror ego huius oppositum, quia in libro Meth. med. nō scripsit Galenus eos quomodo ad anteriores partes ascendant, ac descendant, sicuti fecit in libris de locis affect. ut uisum est. nolo tamen ob id Galenum ire inficias, quia in libris de locis affect. quum agat, quomodo iecur inter hos sub peritoneo existens, quando sit affectum, dignoscere oporteat, erat opus ut tactus aliquam ipsius noticiam præstaret, ut diligentius de ipsis sermonem faceret: in. vi. aūt Meth. med. ut ipsi ad amussim describerentur non erat necessarium, quia ut cognoscatur quomodo obdomen sit affectū, & sit pertractandū oculata fide oībus potest innotescere. Atq; ideo uidetis uos ò studiosi quomodo Vessalius Galenum immeritò diffamarit, nec ullam esse difficultatē de ipsis, ut dicatur Galenū potuisse esse uarium, ut arbitratus est Vessalius: de transuersis autem musculis, satis perspicuum est omnibus, utrisq; in locis Galenum scripsisse eos inhærere peritoneo. Ex his igitur non negabit aliquis quin Vessalius omnino sit explodendus, quum in libris Galeni aliter reperiatur, quàm ipse scripserit, ut aperte demonstratum est. Sed quod etiam de eo magis excrutior, est etiā, quū Galenū nō intelligat Vessalius, audeat Galenū taxare de incōstātia, ut aperte uidetur in suo prægrādi lib. ij. c. xxxv. cū agat de musculis ītercostalibus, ubi dicit Galenū de ipsis in eorū usu fuisse uariū: qa in lib. ij. ad finē de mo. mus. dixit maximā

inſpirationem per externos, maximam uerò expirationẽ per internos intercoſtales muſculos effici: in libro autem de Cauſis reſpirationis dixit oppoſitum, uult enim ab externis quidem exſpirationem, ab internis autem inſpirationem perfici. Certe ut ingenue ego quoq; fatear, bene uidetur Galenus non eſſe ſibi conſtans: ſed ſi res exactius perpendatur, ut ad ea, quæ in Anatome inſpiciuntur, recurrere uelimus, & non ad codices Græcos, ut faciebat Veſſalius, qui putabat tranſlationes eſſe depraua tas, quod utinam in omnibus id feciſſet, non enim in tot & tot aberraſſet Veſſalius. Equidem Galenus non ſibi contrariabitur, relicta quidem certa ſolutione, quam in primis diebus exiſtimabam eſſe ex mente Galeni, ſuppo nendo muſculos reſpirationi inſeruiẽtes, eſſe quadraginta quinq; numero, ut habetur a Galeno in libro de Cauſis reſp. in. v. & .viij. de Anatomicis adminiſt. & .vij. de uſu partium: & duplicem eſſe reſpirationem, naturalem uel inuiolentam ſcilicet, & non naturalem aut uiolentam ſi mauultis appellare, & in uno loco loqueretur de inuiolenta, in alio autem de uiolenta: ſed iſta ſolutio habet multas inſtantias, ut patet conſideranti, quum omnes muſculi reſpirationi non naturaliter inſeruiãt, præter unum, quod eſt diaphragma, quod eſt proprium reſpirationis inſtrumẽtum, ut dixit Galenus in libello de Cauſis reſp. in. v. de locis affect. cap. iij. & alijs in locis, adeo quod hæc difficultas in principio mihi uiſa fuit ardua, habuiq; recurſum ad plures, nullibi unquam potui reperire ſolutionem: in margine quorundam librorum Galeni uidi difficultatem animaduerſam, ſolutionem autem

nequaquam: Lusitanus Amatus uir elegans, & hoc tempore Hispanorum decus, in quibusdam Centurijs quas nuper edidit, in Centuria tertia, Curatione. lxvij. pollicetur in hac re ueluti in pluribus alijs in quibus Galeno aduersatur Vessalius, satisfacturum fore. Sed optassem quum nullus hactenus de hac manifestissima cõtradictione, ne uerbum quidem pro Galeno scripserit, quod ipse quum & alia quæ minoris sunt momenti, & minus ad rem faciunt, literis mandarit, & quum res sit nondum cognita, quid ipse censeat, consentaneum erat quod scripsisset, non imitatus plerosq; recẽtiores, qui dum scribũt nil aliud agunt, quàm ex carta in papyrum transferre: sed Dij facerent, ut recentiores isti quũ aliena subfurantur, nulla alia pena plecterentur, nisi oculorum cœcitate ne amplius liceret tot sciolis scriptitare, sed illis duntaxat qui norunt, quæ scribũt, & quæ ab alijs scripta sunt & nondum intellecta, perbelle exponunt, hos licet & debemus fouere, amplecti, extollere, & uenerari: alios autem ut fucos, ab aluearijs mel alienum insidiantes expellendos esse dijudicamus: sed his tandem relictis ad negotium reuertamur. Nos itaq; uidentes neminem qui de hac re scripserit, perpendentes & rationes quæ ex musculorum functionibus sumuntur, & quæ ex Anatome apparent, tandem Galeni uerba quæ uidebantur difficilia, facta sunt (meo qdem iudicio) satis facilia, p̃sertim considerantes quæ in Anatome uidentur, & quæ a Galeno, & quæ a Vessalio sunt descripta. Etenim manifestum esse potest omnibus, quod musculi qui dilatant, & thoracem quidem contrahũt, habere fibras oblique contraria

traria inter se positione exteriores, & interiores, ad χ literæ similitudinem referentes, quæ a costa in costam inseruntur: exteriores quidem fibræ a superioribus in inferiores costarum partes procedētes, thoracem dilatāt, quæ uero in profundo sitæ sunt, ipsum contrahunt: his autem contrariæ sunt, quæ secundum cartilagineas costarum partes, eas inquam, quæ ad pectorale os uergūt, habentur: nam quæ in superficie sunt, contrahunt quæ in profundo dilatant, uti declarauit Galenus in. viij. de Anatomicis administ. & in libro qui nuper repertus est, de dissect. musc. ca. xxiij. cui etiam assentitur Oribasius in suo lib. etiam de dissect. muscu. ex Galeno cap. xlvi. a quibus nec dissentit Vessalius loco præcitato: unde non mirum si Galenus in uno loco dicat exteriores musculos intercostales efficere inspirationem, in alio autem loco non ab eis, sed ab interioribus eam perfici. Et similiter de exspiratione: quandoquidem quum illi musculi & secundum tum Galenum, tum ueritatem, habeant, ut declaratum est, fibras oblique contraria inter se positione exteriores & interiores ad χ literæ similitudinem referentes, ob id possunt illi & exteriores & interiores appellari, quia exteriores musculi habent fibras & in partibus inferioribus & superioribus: ita quoq; & interiores, secundum quas thoracem quidem dilatant, & contrahunt: & quum exteriores cū superioribus fibris thoracem dilateant, & cum inferioribus & profundis ipsum contrahant: & quum interni his contrario modo agant, quantum ad hos non titubauit quidem Galenus, quando dixit exteriores quidem musculos in uno loco

thoracem

thoracem quidem dilatare: in alio autem loco eos quidē thoracem constringere, quia illi intercostales musculi secundum ipsorum partes & externi & interni uocandi quidem sunt. Ecce quomodo Vessalius, qui præcipitanter & inconsulte de his, quæ Galenus scripsit, non erubuit ipsum diffamare, non curauit excogitare causam ac perpendere, cur Galenus ita loquutus fuerit: sed aperte uoluit ipsum sibi cum pugnantia loquutum fuisse. Sed ò studiosi omnibus uestrum potest innotescere, quantùm apud eruditos magnificiendus sit Vessalius, & qualem apud ipsos sit susceptus gloriam, qui in huiuscemodi & aliis his non dissimilibus, ut digito monstraretur, ausus est, non intelligens de Galeno maledicere: unde non mirum si hic in Italia tot de ipso mali rumores excitantur, non solum in publicis gymnasiis, sed & in priuatis: præsertim hic in Academia Vercellensi, ubi quàm plures uiri excellentes uersari quidem solent. Hisce diebus proxime elapsis dum eramus in Curia Illustrissimi Patroni nostri Caroli Secundi Sabaudiæ Ducis noni (quem Dij fecissent, ut Sybillinos, aut saltem Nestoreos attigisset annos, ob suam quam semper habuit summam erga nos & benignitatem, & clementiam) ut sæpe fit inter studiosos, qui ibi tunc aderant, excitati sunt tumultus, et uehementes ac iracundæ expostulationes, conquestum est de Vessalio uarijs querelis, & lamētationibus quod inuidiosē potius quā uere ab eo in Galenū tot et tot obiecta fuerūt. Aderat in primis Francisc. Martinēgus Hipporodiēsis Galeni et Hippocratis oīum quos norī studiosissimus: ab illius dextra assidebat Georgius della porta

uir

uir doctrinę egregiæ, in Phiosophia ac Medicina æque clarus: non longè aberant ambo Marci Antoni, & Cusanus, & Capra, uiri non mediocris auctoritatis & facundiæ, dein Baptista Phacinus homo frugi in medicina, & in omnibus uitæ partibus moderatus ac temperans, plenus pudoris, plenus officij ac religionis: uidimus etiam Dominicum Martinum Motonum, & eius filium Iac. Antonium iuuenem ornatissimũ: his medius interiectus erat Antonius Thesaurus Fossanensis, archiater maximus, de cuius fama non solũ Italia, sed Germania, Gallia Hispania, & aliæ prouinciæ in quibus medicans (dum sę queretur aulam Illustrissimi Principis) uersatus est, nõ mediocriter prædicant. Bone Deus, quot illa hora citata sunt testimonia, quibus etiam affirmatum est Vessalium non acerrimum in Galenum dimicatorem, sed esse languidum & dissolutum: mirandumq; de hoc homine, quod huiuscemodi sumpserit prouinciam, ut uelit suis ambagibus & deliramentis persuadere studiosis Galenum de Anatome non bene pertractasse. Equidem si Vessalius tunc adfuisset, arbitror, ut canis Aegyptus rapuisset fugam, nisi forsan esset frontis perfrictæ, ut est quidã sciolus noster conterraneus, qui quum in quibusdam de re literaria & ratione & præsenti testimonio, & scriptura cogatur euinci, cachinando etiam obstrepit, quæ ab ullo unqàm somniata fuerũt: sed ei du suas audimus ineptias ita respondere solemus,

Me sine riuali, tua quidem solus habeto.

Quod & obiiciam Vessalio si erit ceruicosus & contumax in his quæ declarata sunt, & posthac declarabuntur

tur, auſpicantes primò ab his quæ ſubſequuntur ab his quæ paulò ante dicta ſunt. Et quia egimus de muſculis intercoſtalibus, qui reſpirationi ſubſeruiũt, operæpretiũ eſt ut de diaphragmate, quod & a Galeno & ab alijs omnibus inter muſculos illi munio deputatos, etiã repo nitur (quanquàm Plato & Ariſtoteles nõ agnouerint, primus tamen inuentor extitit Galenus, ut habemus in v. de uſu partium, in lib. de Cauſis reſp. in. v. de Anato micis adminiſt. in. v. de locis affect. cap. iv. & alijs pluri bus locis) eſt pertractandũ: extat enim diſcordia etiam de ipſo inter Galenum & Veſſalium. Porro Galenus in v. de Anatomicis adminiſt. cum Hippocrate aperte ſcri pſit ipſum habere duo foramina, alterum quidem gran de, qua uertebris uia exhibetur ſtomacho & magnæ ar teriæ præparatum: reliquum uero minus, quod cauam uenam ſupernis animalis partibus ſanguinem deriuantẽ excipit. Veſſalius autem aliter ſenſit: etenim dixit in ſuo prægrandi libro. ij. cap. xxxv. & in lib. iiij. ca. iij. in ipſo non eſſe quidem duo foramina, ſed tria, & quod ſtoma chus non demittitur per illud foramẽ, per q̃ ſcripſit Ga lenus, ſed per aliud quod non agnouit ipſe: quod habe tur paulò inferius, quàm media ſepti ſedes eſt, ad ſini ſtrum latus modice uergens, quod autem non ſit, ſicuti prodidit Galenus, ratiocinatur etiam Veſſalius, qui (ut inquit ipſe) ſtomachi anfractus fuiſſet arduus, ſi dorſo propter duodecimam thoracis uertebram in primo fora mine immixus, ſurſum ad priora in uentriculi ſuperius ori ficium detorqueretur: certe huiuſcemodi ratio non parũ eſſet efficax, niſi eſſent inteſtina, quæ anfractus habent

magis

magis arduos, & ni communis Medicorum consensus reclamaret, qui est, ut aperte declarauit Galenus in.xiij. Meth.med. quod existente phlegmone in stomacho, cataplasmata ad spinam dorsi sint imponenda: equidem constat, si stomachus alium haberet situm, quàm scribat Galenus, ad quid illic remedia essent administranda? certe manifestum est quod illorum periret usus, ni uentriculus illum haberet situm qui a Galeno describitur, sed Vessalius, qui Galeno studuit semper contradicere, non ueritus est huiuscemodi dogmata euertere, modo in eum uideretur debacchari. Sed de eo adhuc magis conquerendum est, quum & ausus sit Galenum reprehēdere in multis alijs, in quibus hic homo summam reportauit ignominiam, existimans se posse studiosis persuadere Galenum multa in Anatome, quæ sibi fuerunt incognita, præterijsse, ab ipso fuerunt ad amussim explicata. Nam (ut rem persequar) quæ insania mouit Vessalium ut oblateraret in suo prægrandi libro.ij.cap.xxxviij. & longe clarius in libro Apologetico, qui de radice Chynæ inscribitur, Galenum illos non agnouisse musculos, qui a posterioris sacri ossis sedis termino, ut utar eius uerbis, ad uertebram usq; supra infraq; susceptam pertinent, intermedijs uertebrarum spinis adnixi & initio & fine tenues, in medio autem crassi, quum Galenus perbelle agnouerit hos in.xij. de usu partium in hisce uerbis, ἀλλ' εἰ δύο μυες ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἀχρι τ̃ ϖλατεος ὀστοῦ παρατεταμένοι, λαχρᾶς εἶχον κατὰ τὸ μῦκος ἐκτεταμένας τὰς ἴνας, ὄκ ἂν οἶοντ' ἦν ἕκαστον τ̃ ϖονοζύλων ἰδία κινῆσθαι, πάντας γὰρ ἂν αὐτ̃ ὁμοίως ἐπεϖώντο, Hoc est, quod

Quòd si musculi duo a capite usq; ad os latum extensi, fibras haberent longas secundum longitudinem exporrectas, fieri non posset ut uertebræ singulæ priuatim mouerentur. fibras enim omnes attraherēt. Præterea in.v. de Anatomicis administ. cap. ultimo etiam negari non potest quin Galenus hosce non agnouerit, quum eos depinxerit sicuti Vessalius, ut clarissime apparet ex hisce uerbis, μετὰ δὴ τοὺς εἰρημένους μῦς ἅπαντας ἐπίσκεψαι τὴν ἔκφυσιν ἀκριβῶς ὅλων τῶν ῥαχιτῶν μυῶν, ἄρχονται μὲν γὰρ ἐκ τοῦ δευτέρου σπονδύλου δύο κεφαλὰς ἑκάτερος ἔχων διεσπικὰς ἀλλήλων, ἐκπληροῦσι δὲ αὐτῶν τὸ μέσον οἱ παραλειφθέντες ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν μῦες ὑπὲρ ὧν ἔμπροσθεν ἀπαρχῆς διῆλθον, ἀεὶ δὲ μᾶλλον εὐτραφεῖς γίνονται, καὶ τινὰ ἀπολεπτων ἀρχόμενοι τῶν κεφαλῶν, Hoc est, Iam uero post prædictos omnes musculos, processus omnino diligenter considera spinalium musculorum: incipiunt enim ex secunda ceruicis uertebra duo singuli capita inuicem disiuncta obtinentes: explent autem medium ipsorum interuallum musculi ab Anatomicis prętermissi, de quibus antea abunde disputatum est, semper autem magis corpulenti fiunt, quamuis a tenuibus oriantur capitibus. Ex his igitur quis negabit quin dicat Vessalium calumniatorem esse detestandum: aceum tunc non sine dubio nauigasse, ut aiunt, Antyciram, quum huiuscemodi scriberet meptias. Nam quæ ineffabilis est hæc dementia, taxare Galenum, plurima in Anatome non animaduersa, prætersisse quæ ab ipso fuisse inuenta gloriatur plurimū.

Torro

Porro ò ſtudioſi, non poſſum quin de uobis non uehemẽter admirer, quum ſciam tantum pleriſq; ueſtrum ineſſe ſpiritus, ut eius gloriam facilitèr poſſitis celebrare, quin in eius laudem prorumpatis. Mehercle Veſſalius nonne multa, ob ſuam, qua & in ſectionibus, & in uoluendis Galeni libris, uſus eſt ſolertiam, meretur encomia? ò audaciã hõis nõ ferendã? qui ita præſumpſit Galeni famam denigrare, intricans eum præfatos muſculos non agnouiſſe, atq; alios, de quibus agerem in præſentiarum ò ſtudioſi, ni ſcirem & uos in Galeni libris mediocriter exercitatos, poſſe eos facilitèr animaduertere: atq; idcirco in quibus uidebitur aliqua ineſſe difficultas tantum perſiſtemus: nũc autem ſat eſto, quod crimine ab uno omnia diſcatis. Proinde operæpretium eſt ea tantum aggredi, in quibus ex diametro contradici uidentur, præſertim ut eſt de tendine, qui (ut ab eo primum exordiar) ſubcuti extremæ manus nãtus eſt, ut Galeni uerbis utar, de quo Veſſalius in ſuo prægrandi libro. ij. cap. xli. in Galenum indignatur, eum non obſeruari, ut ſcribitur in. ij. de Anatomicis admini. in primo, & longe clarius in. ij. de uſu partium, ubi habetur eum in ſupeficie ſub cuti locatum eſſe, mediam membri regionem occupantem: etenim uult Veſſalius non eſſe uerum quod ſub cuti, ut utar eius uerbis, dilateſcat, quia inter cutim & tendinem, & in manu & in pede plurimum adipem contineri, ab eo obſeruatum eſt. Porro hic Veſſalius (ut colligitur ex. vi. meth. me. ca. v. ex. ij. de accidenti & morbo, ca. vi. ex. xiiij. etiam meth. med. cap. xvij. & vi. etiam eiuſdem meth. med. cap. iiij. denique ex. ij. & xi. de uſu partium, cap. xiiij.

xiiij. atq; ex alijs infinitis locis) neſcit a Galeno tres dari diſtinctas cutis ſubſtantias, quarum una quidem eſt quæ exterior ac durior a Græcis ἐπιδερμὶς appellata, quæ totum corpus ambit: eſt & alia cutis & labiorum, & frontis commiſta carne & alijs: reperitur & alia cutis, quæ in membranam terminatur, & hæc a Græcis δέρμα dicitur, a δέρεσθαι uerbo Græco, quod eſt, excoriari: interuam autem manuum, de qua nunc eſt ſermo, non eſt poſſibile excoriare, ob id improprie poteſt appellari δέρμα, ut inferna ſimiliter & pedum, & frontis, et totius faciei, atq; aliarum quarundam partium, quæ excoriari etiam non poſſunt, ab ea quæ cum ipſis inſeruntur. Propterea ex his manifeſtum ſit, quod Galenus, quando dixit ſub cuti tendinem locatum eſſe, non intellexit de ea cuti, de qua opinatus eſt Veſſalius, quæ ἐπιδερμὶς dicitur, quia non negaret Galenus, ſub ea non eſſe. Neq; etiam intellexit de ea quæ δέρμα dicitur, quia cutis extremæ manus ea etiam dici non poteſt, declaratum eſt. Reſtat igitur Galenum de ea meminiſſe, quæ excoriari non poteſt, ab eo que cum ipſis inſeruntur: atq; idcirco & ſi dixerit Galenus illum tendinem ſub cuti locatum eſſe, ob id tamen non damnat, quin aliquid inter ipſum & cutim ἐπιδερμίδα appellatam non interueniat, quod craſſæ cutis proprie ſapit naturam, non autem adipis, ut arbitratus eſt Veſſalius, ob neruos qui ex ſecũdo intercoſtali interuallo (ut ſcribit Galenus in. ij. de Anatomicis admi.) per axillam & brachium procedentes in eam diffunduntur, qui perſuadent ne illud debeat appellari pinguedo, uel adeps, quum is (ut

omnes scire possunt) non reperiatur nervus, ut illud, quod cum summa cute a Græcis ἐπιδερμὶδα appellata, simul cum tendine adeo commistum est, ut dicatur esse illius pars, & ab eo non possit separari. Quod nulla alia de causa a summo Opifice factum est, nisi ut abunde scribit Galenus in secundo de usu partium, quod tradat exactiorem sensum, & motum uolutarium, & ut circumactu pertinacem, duram, ac depilem efficiat cutim. Sed hic cadit difficultas non leuis, quid dicatur esse tactus organum, an tendo, an cutis, an illud, quod inter cutim & tendinem dixit esse Vessalius. Certe in hac controuersia quid senserit Aristoteles, qui dixit carnem, quæ intus est, esse tactus organum, adducere non immorabor: quia satis scio, quod omnibus constat Galenum illi contrariari, ut apparet ex primo de usu partium in his uebis,

Επει ἡ οὐδεμία σαρξ ἡ ἑαυτῆς αἰσθησιν ἐκέκτητο, καὶ ἦν ἄποπον ἀντιληπτικὸν ὄργανον ἀναισθητω σκεπασαι μορίω, τῶν εἰς ὅλας τὰς χεῖρας ἄνωθεν ἰόντων νεύρων, ὐ σμικραν μοῖραν εἰς τὰς σάρκας αὐτὰς κατέφυσεν,

Hoc est, Quia uero nulla caro ex seipsa sensum habet, & absurdum erat apprehensorium organum, insensibili tegi particula, neruorum ad totas manus desuper uenientium non paruam portionem in carnes ipsas natura deriuauit. Proinde nolo in præsentiarum tantum eruditionis, ac auctoritatis mihi arrogare, ut inter ipsos tantos uiros arbiter aut esse uelim, aut possim, persistere duntaxat in his dijudicauimus, in quibus, qui sequuti sunt Galenum, male eum intelligendo cæcutiere

tiere. Porro Mathæus Curtius uir admodum singularis in Mondini Anatome commentario tertio, & ultimo scriptum reliquit, hunc tendinem esse sensus organum, dum dixit efficere ut manus melius sentiat. Sed (pace tanti uiri) aberrat Mathæus Curtius, & arbitror, si eum locum potuisset emendare, utique emendasset: sed morte præuentus non potuit extremam manum imponere. Quo fit ut non sit mirū si in quibusdā uidetur in eo libro refrigescere, quia fata ita uoluere. Dolendum certe est de morte excellentissimi ac tanti uiri, ut fuit Mathæus Curtius præceptor meus non pœnitendus, sub quo militando tot uiri illustres ac excellentes euasere: fuit enim primus a sexentis annis uel circa, qui cœpit Medicinam in pristinum statum ac formam redigere ac pristino candori restituere. Etenim ante ipsum uidebatur ipsa semisepulta, dum legerentur Arabes duntaxat, ipse autem cœpit persuadere ipsos nec posse intelligi, ni prius legantur Græci, ut Alexander, Aetius, Paulus, & alij, sed in primis Galenus, & Hippocrates, totius Medicinæ archiatri, quos in celeberrimis totius Italiæ Gymnasiis, diuine potius quàm humaniter, interpretabatur: unde non pauci studiosi, eo tanquam Delio natatore, non mediocrem susceperunt frugem, in ediscendo Græcorum linguas & idioma, ac in eorum libris die noctuq; exercēdo: in summa adeoq; profectum est, ut de Medicina nihil speretur melius. Quapropter dum isthæc cogito, summopere uereor, ut ingenue fatear, de hoc homine è Plaustro loqui: uerum tamen id expostulat, & si nolim, ipsa quidem ueritas.

Scire igitur oportet id quod scripsit Galenus in ultimo de usu partium, cap. primo, usum scilicet, & actionem, inter se differre, & alias propter usum, alias uerò propter actionem haberi partes. Etenim manus (quum de ea loquamur) quæ est membrum organicum, eius actio est apprehendere, cuius partes quædam actionem quidem efficiunt, ut musculi qui manum contrahunt, & mouẽt: quædam uerò iuuant, ut ossa, quæ non mouent, sed ipsa a musculis mouentur: prosunt tamem, quia ob sui mollitiem manus sine ossibus nihil posset retinere. Pari modo dicendum est de tendine & cuti, quæ est in uola manus, quod cutis est illa pars, quæ actionem perficit, quia sentit: tendo autem habet usum, ut cutis sit sensus organũ, non tamen quod huiuscemodi sit tendo, sed iuuat ut cutis sentiat, faciendo ipsam depilem, duram, atq; eam sortiri temperaturam, ut exactioris sit sensus. Et hoc est, quod uolebat dicere Galenus in. ij. de usu partium, in his uerbis, quũ de ea loqueretur, ἔπρεπεν οἶμαι ταῖς χερσίν, ἀντιληπτικοῖ ὑπερχούσας ὀργάνοις, καὶ δυσεξίτρεπτον ἔχειν αὐτὸ τῶρος ἄλλα τινὰ. καὶ μάλιστα πρὸς τὴν τ μικρῶν σωμάτων, ἀκριβῆ θ' ἅμα καὶ ἀσφαλῆ λαβὴν, καὶ μὲν τοι καὶ αἰσθητικώτερον παντὸς τ ἄλλου δέρματος, Hoc est, Decebat igitur, opinor manus comprehensoria organa quum essent, habere eam cutim non modo contumacem, cùm ob alia quædam, tum maxime ob paruorum corporum certam & tutam comprehensionem: sed & tota cuti reliqua sensibiliorem: præterea nõ longe ab his etiam scriptum reliquit, συντελεῖ δὲ καὶ σμικρὸν πρὸς ἀκριβῆ διάγνωσιν ἁπάντων τ αἰσθῶν τοιοῦτο

τ' το

τήτων, καὶ τὸ ἄτριχον τούτι δέρματος, ἐκ τῆς ὑπο-
φύσεως τ̃ ὑπὸ τ̃ δέρματος πλατυνθέντος τενόντος ὑ-
περγάθη, ὥσπερ γὰρ εἰ δασὺ καὶ λάξων ἰσχυρῶς ἐπῆ-
χεν οὐδεὶς ἂν ἥψατο τ̃ πλησιαζόντων ἑαυτῷ φθα-
νουσον προσεμπιπτεῖν ἑαυταῖς τ̃ θριχων, οὕτω νῦν ἀκρι
βὴς λιλὼν γενόμενον, οὐδὲν ἄψαυστον ἐκφεύγειν ἐα μόρων
οὐδενὸς τ̃ ὁμιλούντων, ἀλλα πᾶσιν αὐτοῖς προεπί πι
των ὅλου τ̃ πλησιαζοντος αἰσθανέτε σώκατως, ὅτι ἡ κὴ
τὴν σκληρότητα τ̃ ταύτι δέρματος, ἡ τ̃ τενόντος ὑ-
πόφυσι ἐργαζετε, πρόδηλον παντὶ, χρήσιμόν τι καὶ
τουτὸ εἰς πολλὰ τ̃ ἔργων ἡμιν γεννσόμενον, διὰ ταυ-
ταμέν δὴ τενόντες εἰς τὰ τ̃ χειρων ἔνδον ἔναφυσαν
δέρματα, *Quod est, Confert non parum ad certam di-
gnotionem tactilium omnium qualitatum, non pilosam
esse cutim eius loci factam a lato tendine cuti subnato,
ut enim si pilosa admodum & hirsuta esset, hæc cutis nul
lo pacto tangeret propinquantia sibi, anticipantibus pi
lis ad seipsos incidere, & illa propellere: ita nũc exacte
nuda nullam propinquantium sinit partem intactam ef-
fugere: sed omnibus ipsis accidens, totum corpus sibi pro
pinquans sentit: quod autem & duritiem cutis eius loci
tendo subnatus efficit, manifestum est omnibus, utile &
hoc ad multas actiones nobis futurum, ob eas certe cau
sas tendones ad internam manum prodierunt. Ex his igi
tur manifestum est, cutim esse sensus organum, & non
tendinem, secundum doctrinam Galeni, quoniam ipse
non a natura propter sensum, sed propter motum uo-
luntarium, si quem habet, fuisse factum, declaratur in
xij. de usu partium, in his uerbis*, δέοντως ἂν ἐνθα μεν

δεσεως χρῄζει μόνης τὸ μέλος, ἐνταῦθα ζεῦγδεσμος ἔστι μόνος, ἔνθα δ' αἰσθήσεως μόνης νεῦρον, ἐν οἷς δ' ἂν ἡ χρεία κινήσεως, τοῖς κατὰ προαίρεσιν, ἐν τούτοις ἀμφοτέρου, *Quod est, Conuenienter igitur ubi membrum solo uinculo indiget, ibi solum est ligamentum, ubi uero sensu solo, neruus, ubi motu uoluntario est opus, utrunq; ibi reperias. Sed declaratum est ex primo de motu musculorum naturam quidem tendinum mixtam esse, ac mediam inter ligamentum & neruum: sed quia millies sumus polliciti ò studiosi, nos ea tantum in quibus Galenus & Vessalius contrariantur tradituros esse, superuacaneum uidetur igitur in præsentiarum esse in hac controuersia immorari, quia ij duo in hac neq; sibi inuicem discordes esse ullo modo comperior, & si uideatur quibusdã esse, quũ Galenus dixerit cutim esse sensus organum, ipse autem Vessalius in suo prægrandi lib. ij. cap. xiij. & .xlij. dixerit esse infinitos neruulorum surculos a maioribus neruorum propaginibus descendentes, qui ad internam manus sedem diffunduntur: quandoquidẽ Galenus hos etiã uoluit esse sensus organum, ut declaratum est, quando diximus Galenum & Aristotelẽ de tactus organo longe discordes esse, & citauimus locum, ubi Galenus dixit carnem non esse sensus organum, sed neruos. Neq; tamen miretur quispiam, cur Galenus dixerit cutim esse sensus organũ, quum superius dixerit esse neruos: quoniam omnibus satis innotescit, eam ex ipsis cõstare quidem ab ipso millies declaratum fuisse: unde qnum dixerit cutim esse tactus organum, quod de ipsis intellexerit dubium esse potest nemini, excludens eam quæ ἐπιδέρμι-*

δέρμι

δερμις dicitur, quia tenet eam insensibilem esse, ut habetur in locis præcitatis. De eo autem quod suum esse inuentum gloriatur Vessalius, quod est inter cutim et tendinem, ipse existimat non esse sensus organum, sed tanquam stratum aliquod, aut terram fuisse præparatum, cui infiniti neruulorum surculi implantantur, quos ob exquisitum tactus sensum a maioribus neruorum propaginibus internam manus sedem adeuntibus diffundi undiq; oportuit, scribit in suo prægrandi libro. ij. cap. xlii. Sed ò studiosi animaduertite quæso, uult ibi Vessalius huiuscemodi quod inter cutim mediat & tendinem esse, ut dictum est, quandam pinguedinem, quam fatetur admodum neruean esse: si sic est, quomodo non erit sensus organum, quũ declaratum sit a neruis oriri sensum. Etenim iam fatetur infinitos neruulorum surculos in ea pinguedine implantari, ex quibus cõstat ipsa, secundum Vessalium, quum nerueam dixerit, & non neruosam, manifestum igitur quod huiuscemodi pinguedo sit sensus organum: quod præstantius est, ut dicamus cum Galeno, quod illud totum, quod est commixtum cum tendine, quod a Galeno uocatur cutis, sit sensus organum: propterea quia illud nec uere debet appellari pinguedo, ut superius demonstratum est, sed est mera cutis crassa, quæ a tendine separari non potest, propter infinitos neruos in ea implantatos, qui cutim adeunt & tendinem, adeo connectendo ipsa, ut non possint ab inuicem separari, quemadmodum perbelle scripsit Galenus in locis iam antea præcitatis. Sed his relictis

tandem operæpretium est, ut examinemus & reliqua, quæ subsequuntur. Porro quia scripserat Galenus in primo de Anatomicis administ. & primo de usu partium, quod ille musculus, qui defertur ad uolam manus, & in quinq; tendines finit, quorum singuli ad digitos implantur, mouentes quidem primum & tertium digitorũ articulum, non eodem tamen utriq; modo, quippe tertium articulum tendo per se ipsum flectit, primum uero per ligamentum. Hic autem Vessalius eodem in libro. ij. cap. xliij. petulanter etiã reprehendit ipsum, & in illius descriptione, & usu, existimans Galenum & in hoc & in illa cæcutiuisse, dum arbitratur Galenum tradidisse & in primo de usu partium, & primo de Anatomi. administ. quæ cum pugnantia ex una legi possint: ex altera autem parte scripsit quod illius tendines nec primum mouent digitorum articulum: sed ò studiosi audite obsecro, quas ideo demonstrationes adferat, quantum igitur ad descriptionem tenet Vessalius, quod Galenus illum non recte quidem depinxerit, qui scripsit in primo de usu partium, illos quidem tendines, quum ad primos digitorum articulos descenderint, dilatari, hoc non esse uerum: quia ibi teretes obseruantur, scribit Vessalius, nesciens et Galenum fateri quoq; ita esse, ut habetur ex libro de dissecti. musc. cap. xxi. in his uerbis, Quod ergo uniuersi tendones, qui digitos mouent teretes ueluti nerui existant, probè dissectionis professores tradiderunt, non tamen superiora tendonum capita musculorumq; numerum exacte scripserunt, ita ut neq; radij motores musculos quidam ipsorum ostenderint, inter quos etiam fuit Aelianus

nus. Nec obstat, quod Galenus in primo de usu partium scripserit illos quidem dilatari: quia intelligendum est de longitudinis dimensione, non autem latitudinis, ut male intellexit Vessalius: etenim uult dicere Galenus, quod illorum, quando ad primos digitorun articulos descenderint, ibi quisq; subiacentium dilatatur, adhuc magis descendendo ad tertios usq; articulos: sed priusq̃ illuc finiat, caput primæ aciei flectit. Sed hic oritur difficultas, quam mouet Vessalius in suo libro cui titulus est de radice Chynæ, de inconstantia Galeni, quod hic in primo de usu partium, Galenus huiuscemodi munus tribuit musculo, dum scribatur, inquit ipse, in prima digitorum ossa suis tendinibus ipsum inseri, & illa quoque ossa eius beneficio flecti. Dum uero libros de Anatomicis administ. scriberet, atq; insertionem illam in rerum natura haud esse diligentiori resectione expenderet idem munus dicto non musculo tribuit: uerum ad transuersa ligamenta, quibus tendines super prima ossa continentur, flectionem retulit. Veruntamẽ ò studiosi, quis de hoc homine non admirabitur? quis non indignabitur? quis non prædicabit eum iam perfricuisse frontem? quum nihil pudeat tam splendide mentiri: quousq; nostra abutetur patientia? quousque illius nos furor eludet? quousque tanta feretur petulantia? feretur ne hoc impune? nonne sumetur supplicium de tam aperto & impudenti mendacio? quis nescit Galenum utique in primo de usu partium ac perinde in primo de Anatomicis administrationibus, illud munus non ad musculum, sed ad ligamentum etiam reiecisse, ut apparet in his uerbis,

ὅταν δὲ ἐφίσασι τοῖς πρώτοις τῶν δακτύλους ἄρθροις, ἐνταῦθ' ἕκαστος τῶν ὑποκειμένων τενόντων πλατυνθεὶς τὴν κεφαλὴν τοῖς πρώτης φάλαγγος κάμπτει διὰ τοῦ περιέχοντος αὐτὸν ὑμενώδους σύνδεσμου, *Hoc est, Quando autem descenderint ad primos digitorum articulos, ibi quisq; subiacentium tendonum dilatatus, caput primæ aciei flectit, perambiens eum membranosum ligamentum. Ecce quomodo poterit effugere Vassalius quin fateatur & Galenum in hoc primo de usu partium de illo ligamento meminisse, uti in primo de Anatomi. administ. Certe ò studiosi angor plurimũ de hoc homine et excrutior qui huiuscemodi mẽdatijs, uel dicam potius ineptijs, studuerit Galeni famam obumbrare: ò petulantiam non ferendam, mehercle potest omnibus innotescere quam scelerate fuerit factum cum huiuscemodi mendatijs in his Galenum calumniari: in alijs autem in quibus Vessalius non calumniosè, sed aperte contrariatur Galeno, non ita uidetur esse detestandus. Etenim iustum est eis referre gratiam (ut auctor est Arist. in ij. Meth.) qui nostrum excitarunt intellectum: proinde uideamus beneuole quid in illis contra Galenum dicat Vessalius. Porro scriptum est Vessalium nullo modo uelle ut illi tendines, qui ad primum & tertium digitorum articulũ deferuntur, quod moueãt primũ digitorum articulũ, ut meminit Galenus in locis præcitatis, quia scribit ipsè, quod nõ potest esse ut illi tendines possint mouere primũ digitorũ articulũ, quia si mouent, mehercle mouẽt per illud ligamentum: unde possumus affirmare quod illi qui deferuntur ad secundum digitorum articulũ, & ipsum mouent*

uent, quod & moueant digitorum articulum, quandoquidem huiuscemodi etiam ligamẽto ibi alligantur. Sed ò Vessali, quia uideo te hac in parte (ut ex tuis scriptis audio) optare ut quispiam pro Galeno certans te doceat, quomodo Galeni rationes admitti possint: nos igitur tibi obtemperantes, eas demõstrare non grauabimur, & adferre quæ fuerint illæ rationes, quæ Galenũ coegerit asserere, ut illi tendines primũ moueant digitorũ articulũ. Porro obseruabat Galenus in Anatome quod ille musculus terminabatur in quinq; tendines, singulos quidem perreptantes ad digitorũ articulos, quorũ ille qui uadit ad pollicem, mouet secũdum & tertiũ illius articulũ, secũdum quidem per ligamẽtum, ut meminit ipse in primo de Anatomi. administ. tertium uerò per se ipsum. Hac ratione Galenus uidẽs quod huiuscemodi tẽdo, qui est unus ex alijs quatuor, talem facit actionem, imaginatus est Galenus, quod sicuti natura hoc uno usa tendine mouet secundũ & tertiũ pollicis articulũ, quod & alij tẽdines qui sunt etiam huiuscemodi musculi partes, & ita magni, ut ille qui mouet pollicem: nõ sine causa, & bene opinatus est Galenus, quod eãdem faciãt actionem, & moueant primũ per ligamẽtum, tertiũ uerò digitorũ articutum per se ipsos: quia si ille qui defertur ad pollicẽ non maior est illis, et duos mouet articulos, et alij etiã duos debeãt mouere articulos. Sed hic indignatus Vessalius, quomodo possit esse ut illi secũdũ Galeni sniam q mouẽt primũ et tertiũ, nõ etiã moueãt secũdũ digitorũ articulũ quũ alligetur et ipse secũdo articulo per ligamẽtũ, sicuti fit in primo digitorum articulo: mehercle sciat Vessalius

quod

quod Galenus etiam admisit, quod illi tendines etiam moueant secundum digitorum articulum, ut apparet ex primo de usu partium in hisce uerbis, τουτὶ μὲν γὰρ καμπτειν μόνον οὐ δ'υναμεθα, χωρὶς τ̃ ἑφ' ἑκατερα, ἐκεινων ὴ καμπτομένων ἀδ'υνατον το μὴ κὰι τουτο συγκαμπτεσθαι, ὥς τε εἰ κὰι παθοι ποτὲ ὁ κινῶν αὐτο τένων, ἀ παθὴς ὴ ὁ ἕτερος ὁ παρχοι, σώζεσθαι τι τοις κινήσεως οὑτῶ, εἰ μεν τοι ποτ' ἐκεινος παθοι, δ'ιαφθειρεται τ̃ πρὼτου τε κὰι τρίτου τ̃ ἄρθρωνἡ κίνησις, ἀ'αν ὁ τὸ δ'δυτερον κινον απαθὴς ὑπαρχη: Hoc est, Flectere enim possimus hunc etiam solum sine ijs, qui sunt utrinque, illis uero flexis impossibile est, & hunc non simul flecti: quo circa & si patiatur aliquando qui mouet tendo, illæsus uero alter sit, seruatur aliquid motus: si uero ille patiatur, corrumpitur primi & tertij articuli motus, quamuis qui secundum mouet, inoffensus sit. Ecce quomodo Galenus concessit illos tendines quoquo modo mouere secundum digitorum articulum, quod non fuit animaduersum a Vessalio, ut habetur in loco præcitato ex his suis uerbis. Quin etiam in medium adferat, obsecro, quã ob rem Galenus non senserit secundi quatuor digitorũ ossis flexionis tendines secundi musculi auctores esse, quum tamen & in secundi ossis radice totaq; ipsius longitudine hi tendines transuerso obuelentur ligamento. Mehercle ò studiosi, uidetis uos quomodo Vessalius non intellexerit Galeni mentem: sed hic forte fortuna ipsum audio contumeliosum esse posse, quia Galenus in primo de Anatomicis administ. scripsit, illos mouere quidem primum & tertium, alios uero secundum digitorum articulum

ticulum, nullam de alio ipsorum munere mentionem faciens. Sed animaduertat Vessalius quod illi tendines ob id non debent dici, quod moueant secundum digitorum articulum, quandoquidem ille qui ab ipsis fit motus, est adeo paruus, ut diminute ab ipsis secundis dici debet, quod mouetur articulus: propter hoc Galenus noluit illud munus eis condonare, sed potius illis qui ibi implantantur, qui perfecte secundum mouent digitorum articulum: ob id dixit Galenus ipsos, & non illos mouere secundum digitorum articulum, ut a digniori fieret denominatio. Propterea non curauit Galenus, uti in primo de usu partium, ita etiam in primo de Anatomicis administ. dicere, illos quidem etiam secundum mouere digitorum articulum: quia in libris de usu partium, quod non tenebatur in illis de Anatomicis adminiſt. erat necessarium ut actiones & usus omnes singularum partium ad amussim describerentur. Nec tamen oportet credere, quod illi tendines, quia ibi alligantur, ex hoc dici debeant, quod perfecte moueant secundum digitorum articulum, quia illi qui ad secundum digitorum articulum ascendunt, & ibi implantantur, frustra fuissent facti: constat tamen nihil a natura fuisse factum & otiosum & inane. Etenim si deberent mouere perfecte quidem secundum digitorum articulum, qui ad tertium usq; perreptant digitorum articulum, ad quid illi qui in secundo digitorum articulo implantantur, fuissent facti, certe manifestum est quod frustra fuissent facti: unde, ut paucis me expediam, cogimur dicere, quod huiuscemodi tendines fuerunt facti a natura, ut moueant secundū digitorum articulum

articulum: alij uero ut moueãt primum & tertium digitorum articulum in minoribus ſcilicet digitis, in pollice autem, ut ſecundum & tertium articulum: & quia uidemus nos quod natura fuit contenta in hoc magno digito, uno ſolo tẽdine, ut duo mouerẽtur articuli: & ille tendo quum habeat (ut ita dicam) germanos, uel ſi mauultis fratres, exiſtimare poſſumus quod illius fratres, uel germani tantæ ſint facultatis, ut eſt ipſe, quum ita robuſti ſint, cæteris partibus & magni, ut eſt etiam ipſe, ex eodem ſimul orientes tronco. Demum Veſſalius aliam facit dubitationem, cur illi tendines, qui etiam ſecũdum doctrinam Galeni mouent ſecundum digitorum articulum, non moueant etiam primum articulum: quia & ipſe etiam primo per ligamentum annectuntur digitorum articulo. In hac difficultate ò ſtudioſi arbitror uos poſſe Veſſalio quidem reſpondere, dum proprijs oculis rem intueri non grauabimini, & exercitari Anatomis manu obeundis: certe obſeruabitis huiuſcemodi quidem tendines non ita alligatos eſſe ipſius ſecundi articuli oſſi, ut illos, quum ij iuxta os quidem annectuntur, illi uero ſuperuehantur ipſis, ut etiam declarauit Galenus in primo de uſu partium, & in ſecundo, atq; etiam alijs in locis dixit eos ſuperiacere & adhærere ipſis: hac de cauſa non mirum, ſi non primum moueãt digitorum articulum ut ipſi, quia alio modo annectuntur. Etenim illi per ipſius oſſis adhærentiam, hi uero per iſtorum tendinum colligantiam, quam habent cum ipſis, dici poſſunt, quod etiam annectantur ipſi articulo, re uera autem non annectuntur, ſed connectuntur cum ipſis tendinibus qui

adhæ

adhærent ipsius articuli ossi: & hoc modo etiam dici possunt, quod etiam alligentur ipsi articulo: sed quod isti alligentur ipsi articulo ut illi, nec oportet dicere, ut uidetur persuadere Vessalius, quo suam manuteneat opinionem. Vnde haberi potest, quod sua ratio nulla quidem est, dum argumentatur contra Galenum, quod quum isti alligentur ipsi primo digitorum articulo, ut illi, cur non moueant etiam articulum ipsi ut illi, certe manifestum quidem est in hoc argumentum a simili non ualere, quia similitudo claudicat, ut declarauimus. De alijs autem ex supradictis arbitror unumquemq; ei posse faciliter respondere, & his quoq; (ne sim uerbosus) quæ etiam ipse in eodem libro secundo cap. lv. inuectus est dum ageret de musculis pedis digitos mouentibus, ob id uisum est quidem non amplius in his immorari, sed alia aggredi, in quibus perseuerat Vessalius Galenum flagellare: atque ideo perpendamus quid dicatur de musculis pollicem mouentibus. In his equidem gloriatur Vessalius in eodem prægrandi libro secundo, capite præcitato, quod Galenus non omnes quidem agnouerit, quum de duobus tantum mentionem faciat, ut ex primo de Anatomicis administrationibus, & ex primo & secundo de usu partium legi potest, reuera autem in sectione tres obseruari meminit Vessalius. Sed sciat ipse quod Galenus annumerauit unum pro duobus, sicuti etiam facit in alijs digitis: dicit enim in primo de usu partium, quod eorum qui sunt in manu musculorum uisu quidem facile comprehensibilis est numerus, cuilibet et unicuiq;

enim

enim digitorum unus est proprius paruus. Alibi autem ut in primo de Anatomicis administ. dixit binos quidē ad priorem cuiusq; digiti articulum intrinsecus peruenire, imitatus quidem antiquiores Anatomicos, qui cùm uiderent aliquos musculos admodum coniunctos, hos arbitrabantur esse unum, sicuti scribit ipse in. ij. de usu partium, de illis binis musculis qui contingunt illum, qui duobus minimis dux est motionis ad latera, qui quū sint connexi inuicem quadantenus, propterea ab Anatomicis unus esse putati sunt: unde nō mirū si quādoq; a Galeno huiuscemodi dicantur unus, quandoq; duo, quia in uno loco loquitur secundum apparentiam, in alio autem, ut res est. Quod declarauit ipse in libro d: musc. dissect. cap. xxiij. in his uerbis, in quibus seipsum magis explicuit quàm unq̄ alibi: sane, inquit, nonnunq̄ in magno digito duo soli musculi uidētur, qui simili modo quo cæterorum digitorum musculi se habent, illiq; etiam se penumero ita inter se coaliti sunt, ut unus in uno quoq; digito esse uideatur. Ex quibus manifestum est, quod si Galenus scripserit in quibusdam locis, musculos mouentes quidem paruos digitos esse quatuor, & alibi octo: et alijs in locis, quod dixerit musculos digitorum exiguos esse decem, & alibi esse undecim, quod omnia possunt stare. Etenim omnibus potest innotescere, quod quando dictum est, musculos mouentes quidem paruos digitos esse quatuor, hoc intelligi debet secūdum apparentiam, quando autem dicuntur esse octo, prout res est, scripsit Galenus: si aūt legantur esse decem, & hoc esse potest computatis octo, qui mouent paucos digitos, & duobus

dum

duntaxt qui mouent pollicem, nulla facta mentione de tertio, qui non est coniunctus ut reliqui, qui eandem habent structuram. Proinde dicamus nos quod uerum scripsit Galenus, illos quidem musculos mouentes quidem digitos esse decem, intelligendo de illis musculis qui in numero bino sibi inuicem annectionē sortiti sunt: quando autem dixit Galenus esse undecim, id generaliter, ut ita dicam, loquutus est, intelligendo de omnibus musculis mouentibus quidem digitos. Propterea ò studiosi scire potestis uos, quomodo quamplurimi corrigentes Galeni codices, qui cum uideant huiuscemodi difficultates, nesciētes quidem discernere, audent immutare quandoq; literam, quæ studiosorum animos peruertit, ut Auctoris mens in pluribus non intelligatur: immo quandoq; est causa (quod peius est) ut Auctor calumnias non euitet, sicuti usuuenit Homero poetarum omnium celeberrimo, priusquam Pysistrati Athænarum Tiranni iussu in ordinem redactus esset. Non nego tamen ex incuria librariorum, aut ex temporis uetustate, quin quandoq; uitientur codices, ac deprauentur, præsertim quum in antiquis codicibus legerentur notæ numerum significantes, quarum quandoq; ob uicinitatem quam a se inuicem habent extinearum obrosione, una unum numerum significans, efficitur altera: in quibus non me extendam in præsentiarum, quum extiterint alij, qui ante me id animaduerterunt. Dicam tamen illos non esse audiendos, qui non considerata causa, cur talis error potuit quidem procedere, statim in Galeni famam debacchantur: sunt etiam alij qui etiam damnant Galenum in

quibus non oportet, existimãtes aut Galenũ cum pugnantia loquutum fuisse, aut literam deprauatam esse, quæ non sunt, ut declarauimus: Sed hos magis detestor, dum uelint loqui de his quæ plane nesciunt. Hos soleo quidẽ reponere cum his, qui Galeni mentem non intelligunt: quemadmodum fuit etiam (ut a diuerticulo repetatur fabula) noster amicus Vessalius, qui opinatus est quod Galenus de duobus tantum musculis mouentibus quidem pollicem mentionem fecerit, quum de tribus habeatur præclarissime. Etenim constat unum pro duobus enumerasse Galenum: nam in .ij. de usu partium dixit, unũ paruum adesse unicuiq; paruo digito, duos quidẽ inesse magno: in libro autem de musc. dissect. cap. præcitato, uideri duos in magno, ut in alijs paruis digitis scriptum reliquit, ut dicat Galenus in digitis paruis sunt duo unicuique musculi, qui uidentur unus: in magno autem quum apertissime uideãtur duo, alter istorum in duos esse diuisum, ut in alijs digitis quidem obseruatum est. Hanc tenemus igitur esse Galeni mentem, nec aliter intelligi posse, si eius partes aliquo modo defendere uelimus, etiam non extorquendo Galeni sensus: & si quispiam altè ruminare uoluerit hinc & inde Galeni uerba, hanc ita esse (ut diximus) equidem comperiet. Nec obluctabitur autem Vessalius, uerum esse quod Galenus de duobus qui primi pollicis ossis flexioni subseruiunt, loquutus fuerit, & hos quidem agnouisse, fateri quoq; : sed eos qui secundæ articulationi famulantur nequaquam, ut uidetur annuere ipse in libro suo qui de radice Chynæ inscribitur: quoniam apertissime habetur in libro præcitato de

musc.

musculorum dissect. cap. xxij. quod Galenus etiam duos agnouerit, qui secundæ articulationi subseruiunt, ut apparet in his uerbis, ut egit de musculis quatuor digitorũ exiguis, In magno, inquit, digito non similis ex toto est ipsa prædictorum musculorum ** eo qui magnum digitum longissime ab alijs abducit minor est, digitoq; prope secundam dearticulationem inseritur, non admodum ipsam mouens, sed primam magis: reliqui uero deinceps secundam dearticulationem flectunt, alter quidem prædictum ipsum maiorem tangens, sursumq; uergere flexionem faciens: alter post hũc leniter in latus inclinãs. Ex his igitur ò studiosi negari non potest, quin Galenus duos agnouerit, qui secundæ pollicis dearticulationi opitulantur, ut uidetur manifestissime, quod non fit in alijs libris. Sed non mirum si Vessalius haud potuit quidem animaduertere, quoniam iste liber ante æditionem suorum erat incognitus, & arbitror si potuisset prius uidere antea quàm scripsisset, non ita in Galenum debacchatus unquam fuisset, quoniam admisisset & hos Galenũ haudquaquam præterijsse: quorum unus (ut cesset Vessalij garrulitas) cur in uno loco pro uno, in alio pro duobus a Galeno accipiatur, uberrime causam demonstrauimus. Veruntamen id unum tãtum hac in re ò studiosi uos scire optamus, quod Vessalius in suis libris fuit admodũ uarius in taxando Galenum: etenim in prægrãdi suo lib. ij. cap. xliij. scriptum reliquit, quod Galenus duos musculos primum quidem pollicis os mouentes ignorauit: in libro aũt de radice Chynæ sui oblitus fatetur et hos qdẽ agnouisse, ut habetur ex his suis uerbis, quia uerò, inqt,

Galenus decem enumerat musculos prima ossa flectentes, duos qui primi pollicis ossis flexioni subseruiunt, illi cognitos fatebimur. Ob hanc igitur uarietatem nos quidem in adducendo prædictas rationes attestamur fuisse uerbosos, in quibus non oportebat me esse, ne Vessalius posthac habeat præterfugere, quin ipse in nassam cadat. Dicam tamen ò studiosi esse conquerendum uehementer de hoc homine, qui ita fuit uarius ut Galeni famam detrectaret. Mehercle possumus affirmare quod omne Vessalij studium fuit non pro ueritatis tutela, sed potius ut in Galenum flagellando, auram apud populum consequeretur: unde ò studiosi qualem de ipso habendam esse creditis opinionem? Ego quidem non parum doleo dum ipse diffamat Galenum de illis, in quibus non oportet, ut est etiam de tendine secundi musculi mouente quidem primum & tertium digitorum articulum, quum dicat Vessalius Galenum uelle in primo de usu partium; quod in prima digitorum ossa inseratur, & illa eius beneficio quidem flecti: quod impudens est & apertum mendatium, quia quod in primo de Anatomicis administ. dixit Galenus, & hoc idem dixit in primo de usu partiũ, ut superius declarauimus. Sed adhuc magis excrutior, quod non possum, ut optarem, ratione ulla, quæ sit efficax in ipsum uti pro Galeno, ut uos Galeno potius, quã ipsi fidem adhibeatis: ut est etiam de insertionibus quorundam tendinum, quas aliter quàm scribat Galenus ia ctat obseruari. Certe de huiuscemodi nolo quidem me intromittere: dicam tamen me uehemẽter admiratum esse millies, quomodo Vessalius sit ausus Galeni dogmata, e-

uer

uertere,nõ adducens rationem ullam,quæ ſit contra Galenum:nec ſi a Galeno aliqua poſita ſit, eam unquã deſtruens,ſuam tamen opinionem tanquam è tripode emanatam tantum curauit anteponere. Et ſi quas rationes quandoq; (quod rarenter fit) adducat ipſe,friuolæ quidem ſunt ac inanes:nam, ut rem noſtram proſequamur, quæſo ò ſtudioſi qualem rationem in medium adferat Veſſalius ut dicat contra Galenum de illo muſculo, qui paruum digitum ac annularem a pollice abducit. Porro in ſuo prægrandi lib.ij.ca.xliij.ſcriptum reliquit, quod hic muſculus duobus quibus inſeritur digitis a pollice abducendis creatus a Galeno dicitur, quum interim obliquum ſitum nequaquam adipiſcatur, quemadmodum ſane decimus nonus,ut dicat Veſſalius quod iſte muſculus quum non ſit obliquus, non poteſt paruum digitum ac annularem a pollice quidem abducere, quemadmodum decimusnonus qui obliquus eſt, & obliquo donatur ductu:unde in ſequenti cap.& cap.xlvij. quod præcipuus extenſionis minimi digiti auctor ſit,& non gratia illius quod dixit Galenus,concludit Veſſalius. In hac re ò ſtudioſi, quanti ualeat iſthæc ratio, non me præterit cuilibet ueſtrum poſſe quidem innoteſcere: ſed ut res clarius manifeſtetur, dicam equidem quod Veſſalius, quum dicat quod extendit paruum digitum, uidetur aliter dicere quàm dixerit Galenus ex una parte, quia alio dicendi genere uſus eſt, reuera autem idem eſt, quod dixit Galenus,quando dixit, abducere quidem paruum digitum a pollice,quia quãdo abducimus ipſum a pollice, equidem ipſum extendimus, idq; non in hoc tantum digito,ut ſci

re possunt omnes, sed & in alijs tribus, quos dum flecti mus, ad pollicem quidem adducimus: dum uero extendimus, ab ipso quidem abducimus. Vnde admirandum quidem est de hoc homine, qui ita studiosorum ingenia malitiose in uerbis uoluit peruertere. Quod nulla alia de causa feciſſe arbitror, niſi ut uideretur aliquid noui protuliſſe, quo eius famam etiam atq; etiam magis exornaret: sed si Vesalius suorum uerborum sensum uoluisset cum Galeno esse, equidem contenderit, respondeat quæso, sua Achillis ratio qualis erit, dum scribit, quia ille musculus non est obliquus ut decimus nonus, ut dicat ipse, si uerum esset, quod ille musculus extenderet minimum digitum, ut scribit Galenus, necesse esset, ut esset obliquus, ut decimus nonus. Sed hæc ratio (dicat mihi) ad quid faciat, si admittit Galeni opinionem? si uero Vesalius recalcitrabit, id uoluisse intelligere de duobus digitis, sicuti scribit Galenus de paruo scilicet & annulari, non autem de paruo tantũ, quia de hoc concedit ipse. Veruntamen si res non oscitanter perpẽdatur, par erit quidem ratio: præterea nescio quomodo possit dicere Vesalius, quod non abducat etiam annularem a magno digito ille musculus, quum is in duos finietur tendines, quorum unus ad paruum, alter uero annularem contendit digitum, ac singuli in sui digiti primum os implãtantur, sicuti etiam scribit ipse in loco præcitato. Vnde si fateatur ita esse, quomodo poterit euadere, quin confiteatur etiam extendere annularem, ac perinde minimum digitum, quum & tendinem habeat annularis, ut paruus digitus: si uero obiecerit, quandoq; obseruari unus tẽdo dũtaxat (quod

non

non credo) qui uadit ad pariuum digitum tantum, & ob seruari in quibusdam in quibus non reperitur ille, qui in annularem inseritur, non idcirco dicendum est, quod extendit paruum duntaxat digitum: quia si ille musculus in duos dirimitur tendines, ad quid unum ad annularem quandoq; mitteret, si ille musculus haberet paruum digitum duntaxat semper extendere: si uero fateatur Vessalius, quod quandoq; extendat annularem, quando ad ipsum uadit tendo. Profecto Galeni ratio adhuc manet in suo robore, & erit uerum, quod ab ipso dictum est, quod extendit & paruum digitum & annularem. Et ita uidetis uos ò studiosi, quantum deliret Vessalius in suis ambagibus (ne dicam) rationibus, quas quanto magis magisq; cogito, ipsas etiam atq; etiam tantò magis detestari soleo. Etenim quis esset, ut rem prosequamur nostram, nisi mentis inops, qui non damnaret & illam rationem, quam adducit in Galenum de motu manus, quem satis scimus debuisse examinari cum his, quæ paulo ante pertractauimus, dum ageremus de ossibus: ueruntamen ut expendi habeant, quæ dixit ipse contra Galenum de musculis, quanti ualeant, ad hunc locum de ipso sermonem eo libuit transponere, præsertim quum hoc in loco etiam Vessalius mentionem faciat. Atque idcirco dicamus hic quod ipse in hac parte nescit etiam quid oblateret, dum etiam Galeni mentem haudquaquam ipse perceperit: nam manifestum quidem est, quod Galenus in primo de Anatomicis administrationibus, & in secundo de usu partium, & in libro de Ossibus, capitulo decimoseptimo, non naturæ opera destruxit, ut calumniose et inepte

boat Vessalius, quum scripserit, motum in obliquum celebrari a brachialis nexu, qui est cum processu illo, qui a columnæ similitudine stylloide appellatur: sed id posse quidem fieri omnino abnegat Vessalius in libro primo, cap. xxiiij. & in eodem prægrandi lib. ij cap. xliij. dum inquit ipse, quod ille processus non solum motui in latera non est iuuaturus, imo tanquam palus aliquis est impediturus. Sed audite obsecro ò studiosi in quibus sit delusus Vessalius: existimauit ipse quod motus in latera sit idem, ut obliquus, ut apertissime scriptum est in prægrandi libro primo cap. præallegato: sed id falsissimum esse ex Galeni sententia iam demonstrauimus, dum ageremus de motu capitis: præterea credidit etiam, quod Galeni mens fuerit, quod ille motus, quem nos in obliquum dicimus, celebraretur in sinu prægrandi, qui partim in radio, partim in ulna, uel si mauultis cubito. Sed non id quidem uoluit Galenus, quia in hoc prægrandi sinu uult extensionem & flexionem quidem perfici, & non ille qui fit in obliquum: immo hunc tenuit Galenus, quod non intellexit Vessalius, fieri in brachialis osse minimum digitum spectante, quod exiguo leniq; sinu stylloide cubiti processum recipit, eoq; connectitur: atq; per hunc quidem nexum manum duci in obliquum: per alium uero qui fit a brachialis ossibus cum cubito & radio summā manum moueri in rectum & extendendo & inflectendo, sensit Galenus, ut apparet ex his quæ scribuntur in libro de Ossibus, cap. xvij. & xviij. Porro in priori quidem cap. sic scriptum est, Cubitus minimo digito, pollici radius respondet: inest autem cubito ex abundantia quadam

dam processus, quem a columnæ similitudine stylloide appellant, isq; brachiali etiam nectitur. Ad hūc quidem nexum pertinet brachiale in obliquum ducere: ad alterum uero in rectum, cuius opera summam manum extendimus, inflectimusq;. In subsequenti autem cap. dum Galenus declarat huiuscemodi nexus, sic scriptum reliquit, Pars brachialis superior ex tribus ossibus constat, quæ in rotundam quasi figuram structa, cum cubito, radioq; & stylloide processu annectuntur, hoc tamen excepto, quod brachialis os quod minimum digitum spectat, exiguo leniq; sinu stylloide cubiti processum recipit. Ex his igitur locis habetur, quod Galenus dixit esse duos nexus, quorum alter fit ex maiori brachialis parte, quæ ingreditur prægrandem sinum, qui est & in radio & in cubito, & per hunc quidem nexum moueri manum & extendendo & inflectēdo manifestum esse potest omnibus: in altero autem nexu qui fit a stylloide ingrediēte os minimum digitum spectante, exiguo quidem & leni sinu, et per hunc, quod manus in obliquum non ducatur, non uaret illa manus & puerilis ratio, quam imaginatus est perperam Vessalius, quia huiuscemodi styloides non potest impedire manum, quin in obliquum ducatur, ut ipse existimat. Etenim si huiuscemodi motus fit supra stylloide, quomodo poterit ipse impedire manum, quin uertatur in obliquum? dicat quæso Vessalius: si autem uerteretur manus in prægrandi sinu, & id diceret Galenus, bene fateremur quod non posset fieri, quia huiuscemodi motus in obliquum a stylloide impediretur. Et arbitror quod ipse Vessalius dum huiuscemodi ossa quidem uerteret, non

consi

cõsiderauit illum paruũ sinum, in quo celebratur motus in obliquum, sed illum duntaxat qui prægrandis est, & in illo fit motus in extendendo inflectendoq; : in quo si, dum ossa pertractamus, uelimus uidere si ille motus in obliquum fit, certe non potest fieri, quia impeditur huiusce modi motus a styloide, sicuti scribit ipse Vessalius : si autem brachiale uertimus supra styloide nihil esse, quod impediet, si quis experietur, oculat a fide utiq; comperiet. Propterea non possum quin uehementer non admirer, cur Vessalius id etiam non animaduerterit, quum ex se sit satis manifestum, & Galenus in .ij. de usu partium clarissime ostenderit in hisce rerbis, ὥς τ' ἐπεὶ καὶ τὸν καρπὸν ἔδει διαρθροῦσθαι τοῖς πήχεώς τε καὶ κερκίδ'ὡς πέρασι, δεόντως ἑκάτερον τ' ὀφῶν ἐπίφυσιν ἔχει, κυρτὴν μὲν καὶ περιφερῆ τ' ἀκτῖς, κοιλὴν δ' ἔνδοθεν, ἀλλ' ἣ μὲν τοῖς κερκίδος πανταχόθεν ὀφρῆν ἔχει περιθέουσαν, ὑφ' ἣ ἀκριβῶς σφιγγετε τὸ τχύτη πέρας τ' καρπου, ἡ δὲ τ' πήχεως, οὐκ ἐθ' ὁμοίως, ἀλλα τὸ μὲν ἔσωθεν καὶ πρὸς τὴν κερκίδα φέρον αὐτῆς τοιοῦτον, τὸ δ' ἄλλα τὸ κατὰ μῆκος τε, καὶ τὴν εὐθυωρίαν ὅλου τ' κώλου πέρας, εἰς περιφερῆ τελευτᾶ κεφαλῆν, ἡ περιβέβλητε τὸ τούτη τεταγμένον ὥσπερ τ' κορπου γλενοειδεῖ κοιλότητι, ὥστε διπλῆν εἶναι τὴν διάρθρωσιν κατὰ τὸν καρπὸν ετέραν μεν τ' ἐμβαινόντων αὐτου τ' καρπου περάτων εἰς τὴν μεταξὺ τ' κερκίδος τε καὶ πήχεως ἐπιφύσεων καυλότητα, τὴν δ' ἑτέραν τὴν μικρὰν, τ' περιλαμβάνοντος ὅσπερ τὴν μικρὰν ἀπόφυσιν τ' πήχεως, αὐτὴ μεν ὧν ἕνεκα τ' ουθι τὸ πάνες τε καὶ ὕπτιον ἐπιστροφων τοις χειρος ἐγένετο, διὰ τὴς μεγάλης τὴς διαρθρωσεως

ἀλλὰς, ἐκτείνεται τε καὶ κάμπτεται τὸ κατὰ τὸν κορ
πὸν ἄρθρον : Hoc est, Quoniam itaq; carpum oportebat inarticulari ulnæ & radij finibus, cõuenienter utrumq; ossium epiphysim habuit gibbam quidem et rotũdam extrinsecus, concauam uero intrinsecus: sed epiphysis quidem radij undiq; supercilium habet circũpositum, a quo exacte stringitur is terminus carpi qui ad ulnã spectat: ulnæ aũt epiphysis nõ amplius similiter, sed interna quidem sua pars, et quæ spectat ad radiũ, est similis: alia uero extremitas, quæ secũdum lõgitudinem & rectitudinẽ totius mẽbri extat, in rotũdum caput finit, quo circũdatur locatũ ibi os carpi cõcauitate oculari, ut duplex sit articulatio in carpo: altera quidẽ finiũ ipsius carpi ingrediẽtium cõcauitatem inter epiphysim radij & ulnæ mediam: alia aũt parua, ossis cõplectentis, paruã apophysim ulnæ: hæc quidem gratia cõuersionum manus ad pronum et supinũ facta est; propter aliã uero magnã extenditur & flectitur carpi articulus. hactenus Galen. Nec ex istis oportet existimare ut annuit Vessalius. quod eius uerba contradicunt his, quæ habentur in libro de Ossibus, quia uerti in pronum & supinum idem est, quod moueri in obliquum, quamquam Vessalius censeat oppositum. Tenemus tamen nos quod si legeretur, moueri in pronum & supinum, quod non idem esset, quod moueri in obliquum: sed legitur in codice Græco illud ἐπιστροφὴν, ꝙ sonat cõuersionũ, ꝙ facit existimare, ꝙ idẽ est uerti in pronũ et supinũ et moueri in obliquũ, qa si uertẽdo manũ facimus id ꝙ est supinũ pronũ, nõ negabitur qn sit id ꝙ dicitur moueri in obliquũ: sit. n. pars domestica manus

nus prona, uertatur ut supina: nonne si id fieri debet, ne cesse est ut manus ducatur in obliquum? Certe dubium est nemini: sed si Vessalius nec hic acquiescere uoluerit, ei responderi poterit, ut est responsum his qui negabant motum esse, atq; alia quæ sensu apparebant manifeste. Proinde ò studiosi qualem hominem tenetis Vessalium esse posse, dum uerborum terminos nec intellexerit: profecto scire uos poteritis nũc, si ipse rõnem habeat, ut de Galeno maledicat, quum in uerborũ significatione etiam deliraverit. Propterea quid dicemus de alijs, quæ de musculis contra Galenum impudenter scripsit Vessalius, si uera sint, an non: equidem uobis pensiculandum relinquimus, quia Vessalius nec intellexit manus ossium motus, neq; erit mirum si et de musculis nesciat quid dicat. Sed nos non immorabimur hic ut de ipsis pertractemus, quia satis scimus, quod unusquisq; qui ossium motus, et musculorum situs haud ignoraverit, facillime poterit pro Galeno pugnam suscipere, & Vessalio demõstrare, quod eius rationes sunt meræ ambages, atq; Anatomes dehonestamenta. De quibusdam autem alijs, in quibus Vessalius perseverat Galenum reprehendere, excogitabam quidem pertransire, quia totum quod a Vessalio in Galenũ objicitur, legitur in oppositum. Veruntamen ne quispiã habeat suum ingenium perturbare, visum est sigillatim etiam de unaquaq; re pertractare. Atq; idcirco scire debetis ò studiosi quæ boat Vessalius in Galenum de musculis cubitum & extendẽtibus & flectentibus esse nulla, præsertim de flectentibus, quia non est uerum quod dicit Vessalius in suo prægrandi libro. ij. cap. xlvi. quod

Galenus

Galenus sibi non constat, quando utri nam musculo in internum latus, an in externum flexionis munus assignari debeat. Etenim quod dixit in libris de Anatomicis administ. idem dixit in libris de usu partium: perpendatis quæso ò studiosi librum secundum de usu partium, & primum de Anatomicis administ. non longe a fine, si in his locis Galenus fuerit uarius, qui & si in primo de Anatomicis administ. dixerit alterum magis ad interiora, alterum uero ad exteriora: non tamen ob id est asserendū quod Galenus contradicat his, quæ scribit ipse in secundo de usu partium, quia & si non dicat, magis, dicit tamen unum, quod idem sonat, quod magis, scilicet si unus quiescat, & alter moueat, quod isti parum a rectitudine uersus alterutram partem deflectunt, quod est dicere, quod isti quum seiunctim moueant, mouent quidem ad interiora magis, qui mouet ad interiora: ad exteriora magis, qui ad exteriora, ita quod est, quod parum a rectitudine uersus alterutram partem deflectunt. Sed quia Vessalius consentit in his quæ scribuntur a Galeno in primo de Anatomicis administ. placet ea tantum hic apponere quæ scribuntur in libris de usu partium, in .ij., exquibus suprascripta decerpimus, quæ hæc sunt, non multū longe a fine, ἀλλ' οἵ γε δύο μύες ὅτο, κατ' ὀθὺ μὲν ἀκριβῶς κάμπτουσι τὸν πῆχυν ἀμφότεροι τείνοντες, εἰ δὲ ὁ μὲν αὐτῶν ἐνεργήσειεν, ὁ δὲ ἀργήσειε βραχὺ τοῦ ὀθύνοντος ἐφ' ἑκάτερα παρατρέπουσιν ὡς εἴρηται, Hoc est, Sed duo musculi hi, secundum rectitudinem quidem exacte flectunt, ulnam ambo tendentes, si uero alter eorum agat, alius uero quiescat, parum a rectitudine uersus alterutram

terutram partem deflectunt, ut dictum est. Sed hic Vessalius etiam indignatur, quum uelit istos musculos non ita mouere sicuti meminit Galenus, non concedens etiam ipsos habere fibras ad χ literæ similitudinem, ut scribit Galenus in secundo de usu partium, sed ipsas obseruasse rectas haud ueretur asserere: & propterea uult ipsos siue unà siue seorsim moueant, rectissimæ cubiti flexionis auctores esse. In hac quidem difficultate ò studiosi dicam uobis, ut alias millies iam dictum est, quod intentio nostra uersatur circa ea tantum de quibus Vessalius calumniatur Galenum, tanquam aut omnino non agnouisse, aut de ipsis cum pugnantia loquutum fuisse: de alijs autem me haud uelle intromittere, dicam tamen in præsentiarum quod quum detur flectio cubiti & ad introrsum magis, & ad antrorsum, & nullibi assignentur musculi a Vessalio, qui id operentur, quod ipse est diminutus, quod & in extendentibus etiam licet asserere. Nec dicendum quod eodem in loco agat de huiusce modi musculis, tale quidē munus habentibus: quandoquidem si perpendantur illius uerba, inuenietis quidē quod agit de his quæ reperiuntur in simijs, & propterea non unquam desinam quin maledicam de ipso, qui ita fuit delirus ut uideretur contra Galenum obstrepere: sed constat quàm melius fuisset illi, ut curasset Galenum intelligere ac imitari, quàm de ipso malos rumores excitare: etenim non in tot haud unquam incidisset errores, ut de pluribus demonstratum est, & de alijs plusquam sexcentis etiam mentionem faciemus. Sed si de prædictorum musculorum usu quid sentiam ego, prius uos audire quidem

desi

desideratis, dicam tantum quod Vessalius non habet quod dicat contra Galenum, quod illi musculi cubitum quidem deflectentes, si una uel seorsim agant, quod antrorsum magis & introrsum non quidem moueant, sed recte (dimittamus eorum fibras, ut neutro fit iniuria, quas a spectatoribus posthodum quum res indagabitur obseruari uolumus) ad quid natura, dicat mihi Vessalius duos fecisset musculos. Constat enim quod natura potest per pauciora non facit per plura: fecisset igitur natura in hominibus, uti in canibus, in quibus unus duntaxat cubitum deflectens obseruatur musculus. Sed si Vessalius obcorruscabit, quod natura duos in hominibus operata est musculos, ut flexio esset quidem ualidior, ei responderi quidem poterit, quod fecisset potius illum musculum neruosiorem, uel si mauultis, aponeurosiorem, quàm facere duos, ut in pluribus est seruatū, in quibus nemēbrum ex onere quidē defatigaretur, unū ualidiorē potius, qui totū onus sustētare posset, quā duos aut tres natura ingeniose machinata est. Et ita apparet in quanto errore uersetur Vessalius de prædictorū musculorū munere: quod idem facit dum refellit Galenū de musculi uesicæ officio ut constat ex. ij. prægrandi libro. ij. cap. l. & in. v. cap. xi. ubi omnino damnat Galenum, quod in. v. de usu partium meminerit ipsum inter alia a natura fuisse factum, ut excernendorum celeritatum ad celeres, quod Vessalius fatetur se nescire quidem assequi: quandoquidem, inquit ipse, quum is magis remittitur, suamque comprimendi uim laxat, eò liberiorem reddit meatum, qui apertus et amplius maiorē urinæ a circularibus

uesicæ

uesicæ fibris preſſæ copiam tranſmittit, quam ſi laxatus muſculus nonnihil ſuas fibras ad expulſionem dum uri na profluit, quoq; intenderet. Et propterea concludit Veſſalius, quod iſte muſculus uesicæ eſt datus nulla alia de cauſa, niſi ut ne præter arbitrium urina emanare ha beat: ſed id falſiſſimum eſt, licet Galenus in. vi. de Anatomicis admiſt. in fine, & .iiij. de uſu partium, non longe a fine uideatur conſentire, quum dicat eum ob id σφιγκτῆρα, hoc eſt, ſtrictiorem fuiſſe appellatum: quod etiam uidetur in. ij. de motu muſculorum apertiſſime comprobare in his uerbis, ὁ μὲν κατὰ τὴν κύστιν τε καὶ τὴν ἕδραν μυὸς ἔργον ἐστὶν, οὐ τὸ ἀποκρίνειν τὰ περιττώματα τῆς τροφῆς, ἀλλὰ τὸ κατέχειν, διὸ φαλῆσαν ἢ διὰ τοῦτο ἐν αὐτῷ τῷ πολλοὶ μομιζόντες ἐκκρίσεως ἕνεκα περιττωμάτων τοὺς μῦς τούτους γεγονέναι, μηδ' ὅτι παραλυθέντων αὐτῶν ἐκκρίνεται μὲν ἀλλ' ἀκουσίως, νοσοῦσι δ' ὑπολυθέντες, ἀτὰρ καὶ διὰ μοχθηρὰν χειρουγίαν ἐκτμηθέντος, πολλάκις ἀμέτρως ὁ κατὰ τὴν ἕδραν μυὸς ἀκουσίως ἐκρεῖ τοῦτο πρὸς, ὡς ἂν οἶμαι τὸ ἐκρεῖν κωλυόντων ὀργανῶν μὴ μενόντων, οὐκοῦν ἁπλῶς οὐδὲ πρῶτον ἀκκρίσεως ὄργανον ὁ μυς οὗτος, ἀλλ' ἵνα μὴ ἅθ' ὅπερ ὅτον ἐκτμηθῆτε καὶ παραλυθῇ γίνε, διὰ ταν τός συμβαίνῃ, τῷ ζώῳ φύλακα τοῦ ἀκαίρου τῶν περιττωμάτων ἐξόδου, τοῦτον ἡ φυσις ἐπέστησεν, ὡς οὐχ ὅπως οὐκ ἐνεργεῖ τι πρὸς τὴν ἔκκρισιν αὐτὸς, ἀλλ' ἀδὲ ἐναντιοῦται τοῖς ἐνεργοῦσι. Quod eſt, Muſculi quidem, qui eſt ad uesicam & anum, officium eſt non excernere ſuperflua alimenti, ſed retinere: qua in re multi falſi fuerunt, putantes cauſa excernēdi ſuperflua muſculos hos

eſſe

esse factos, neq; potuerunt animaduertere quod resolutis ipsis excernuntur quidem, uerum nobis inuitis, quin etiam propter malā chyrurgiā, exciso sępe ultra modum ani musculo, nobis inuitis effluit hac stercus, nempe opinor instrumētis quæ effluere prohibēt, nō manētibus: non igitur simpliciter neq; primū musculus hic excretionis instrumētū est, sed ne quod cum excisus fuerit ac resolutus accidit, id perpetuò animali accidat hunc musculum custodem intempestiui exitus excrementorum natura præficit: quamobrem non modo non agit quicquam ipse ad excretionem, sed ne permittit agentibus. hactenus Galenus. Sed ex his miror, cur Vessalius non reprehenderit de eius inconstantia, ut solet ipse: qui quum uideat Galenum de quibusdam pertractare, in quibus sapiat nescio quid uarij, statim bilinguem esse existimat (ut sæpissime uisum est) non curans autem examinare si uerum sit, an non, sed oculis quidem calligantibus in errorem præcipitanter cadit: sed arbitror id fuisse in causa, quia non animaduertit, alioquin esset sperandum quod hic etiam summopere aberrasset: sed nec hic damnandus est Galenus, etenim isthæc uerba non contradicunt his, quæ scrbuntur in. v. de usu partium, & alijs locis. Quoniam iam concedit Vessalius quod iste musculus etiam est factus collo uesicæ, ut quicquid in ipso continetur, protrudat exterius: si sic est, constat omnibus quod & habet adiuuare ad urinæ promptitudinem. Nam si defertur urina per meatum, & musculus ipsum occupans habet propellere, ne aliquid in ipso urinario relīquatur, non potest aliter esse quin auxilietur quicquam ad ex-

cernendorum celeritatem. Sed forte fortuna oppugnabit quispiam uolens Galenum huius dixisse oppositum in .vj. de motu musculo. quod negatur esse uerum, imo si illa uerba exacte quidem perpendatur, non dissentiunt utiq; ab alijs, quæ scribuntur in alijs locis: quia illic scripsit Galenus hunc quidem musculum neq; primum, neq; simpliciter facere ad urinæ excretionem; quod est uerum, nec est negandum, quia primum quidem, et simpliciter habet os uesicæ quidem claudere, et propulsare id quod in ipso meatu urinario continetur, secundarium autem & non simpliciter habet excernendorum quidem celeritatẽ adiuuare. nec obstat quod ingeratur, quod Galenus dixerit non solum nihil agere, sed etiam nec permittere agentibus: quomodo igitur auxiliabitur ad urinæ promptitudinem? id quidem fatemur uerum esse etiam primo & simpliciter, quia id quod primo & simpliciter protrudit urinam, sunt fibræ ipsius uesicæ, & musculi epigastri (ut se ipsum declarauit Galenus in .xv. de usu partiũ) qui tensi omnes intro propellunt uesicam ac comprimunt, quæ pressa etiam intendit suas quidem fibras & unà premũt urinam ad collum uesicæ, ubi est musculus, qui ubi urinã sentit, concurrente quidem motu uoluntario seipsum laxat, & urina per ipsum transiens facit ut ipse, quũ simpliciter & primo habeat propulsare, quod in seipso est, ut ad excernendorum celeritatem acceleret. Et hoc est totum quod uolebat dicere in his uerbis Galenus, præsertimin illis quæ scribuntur in secundo de usu partium, non longe a fine quæ hæc sunt:

ὡς τὸ πρωτὴν αὐτοῦ χρείαν, τὴν εἶναι νομιστέον,

ὑπὲρ

ὑπερ ϕ μηδὲν ὑπολείπεσθαι κατὰ τὴν οὐρητικῶν πόρον, δευτέραν δὲ τὸ ἐχεῖν καὶ κλειομένου τῷ τοῖς κύστεως σώματι, καὶ τρίτην τὴν εἰς τάχος ἐκκρισυως σὴν τελεῖν, *Hoc est, Ex quo intelligi debet hanc primam eius esse utilitatem, ut nihil in meatu urinario relinquatur: secundam autem, ut ori uesicæ claudendo opituletur: tertiam, ut excernendorum celeritatem acceleret. Sed hic cadit difficultas, quomodo claudere os uesicæ sit primum, ut habetur ex præcitato libro de motu musculorum, quum ponatur hic a Galeno secundum. Circa id uariæ possunt dari responsiones, potissimum ab his qui in Logices methodis sunt alti: sed pro nunc dicam tantum quod iam demonstratum est, quod os uesicæ quidem claudere, est primum: quod autem propulsare id quod in urinario meatu continetur, habetur utiq; hic a Galeno, quod est etiam primum. Non oportet autem hic obijcere, quod Galenus non constet sibi, quia utraq; haberi possunt ut primum, si comparentur ad tertium, quod ponitur a Galeno, scilicet ad excernendorum celeritatem: & sic ab iniuria uendicari potest facillime Galenus in omnibus his, in quibus uidetur ipse posse taxari. Nec immorabor amplius in dando alias responsiones, quæ in medium possunt afferri ex Logicis rationibus, quia opus est non in istis tempus conterere, sed magis proficuum erit ut absoluamus hunc, qui de musculis habetur, sermonem, quum & alia sint & perpulchra, & multa etiam longa egent detrminatione: & propterea ne habeatur incusandi ansa, quod simus nimis longi, determinabimus succincte ea quæ restāt examinanda de reliquis musculis*

pertractandis, & præsertim de ipsis, qui mouẽt tibiam: quia sat scio quod multa a Vessalio in suo prægrandi libro secundo cap. liij. contra Galenum obijciuntur in eorum descriptione & usu, sed quantum ad eorum descriptionem non me extendam, quia, ut millies dictum est, non ullis possum demonstrationibus ostendere, nec quod sit ut scribit Galenus, nec ut iactat Vessalius: unde dicebam opus esse, si res sciri desideratur plurimum, ut oculata fide isthæc quidem expendantur, & tunc quum erit occasio, credatur quod uisum erit, ut si tendines sint lati, an teretes, & si musculi non habeant situm, qualis a Galeno sit descritptus, & multa alia quæ a Vessalio hic ingeruntur: nos autem decreuimus tantum Galenum hic ab iniuria uẽdicare, in quibus Vessalius, ipsum male intelligens, insimulat de inconstantia. Etenim uult ipse Vessalius, quod ea quæ scribuntur in libro de usu partium, contradicant his quæ habentur in libris de Anatomicis administ. Et propterea ut res manifestetur clarissime, si ita sit, subijciamus primum quæ scribuntur in. iij. de usu partium, & conferamus ipsa cum his quæ traduntur in. ij. de Anatomicis administ. Porro in iij. de usu partium, Galenus non longe a fine sic scriptum reliquit, Τρεῖς μὲν γὰρ οἱ κατὰ τὰ πρόσω τ μηροῦ μεγιστοι τῶν τωυτη μυῶν δύθυ τ γόνατος φερονται, καὶ τούτων εἷς μὲν ἐμφύεται τῇ μύλῃ σχοχωδεσι λαβαῖς δύο ἢ οἱ λοιπωοὶ μέγιστον ἕνα γεννῶσι τενόντα, πλατυνομενος ὃ ὅτος ἐπιφυετε πάσι τῇ μύλῃ, σφίγγων κὠτὴν ἀκριβῶς, καὶ σωεχων τοῖς ὑποκειμένοις εἶθ' ὑπερβαίνων τὸ ἄρθρον, ἐμφύετε τοῖς πρόσω μέρεσι τῆς κνήμης ἀνατεινον τε τωτην εἰ ταθεὶν

θειν

θείη, καὶ πᾶσαν ἐκτείνων τὴς κατὰ γόνο διαρθρωσιν, ἕτε ροι δὲ δύο μύες, ἑκατερωθεν τ εἰρημένων τριῶν, ὁ μεν ἔξω θεν, ὁ δὲ ἔξωθεν εἰς τὰ πλάγια μέρι τὴς κνήμης ἐκφύοντε, λοξῆς ἑκάτερος ἐξηγουμένος κινήσεος ὁ μὲν γὰρ ἔξωθεν, ἔσω προσάγει τὸ σκέλος, ὁ δὲ ἕτερος ἐκτρέπει, τὴν δὲ ἐκφυσιν, ὁ μεν ἐκτὸς συμβολῆς ἔχει τ τὴς ἴσης ὀσῶν ὁ δὲ τ ἐξωτάτω μερῶν τ ἰσχίου. καλισα γὰρ οὗτος ἔμελ λεν εἰς λοξὰς κινήσεις ἀπάγειν τὸ σκέλος, ἐν τῷ μεταξὺ δὲ καὶ τ ἄλλα τρεῖς εἰσι μυῶν ἐκφύσεις κατὰ στιχῶν κεί μεναι, μικρὰς κινήσεις κινουντων τὸ γόνυ, καμπτει μεν γὰρ τὸ γόνυ, καὶ πρὸς τοὐκτὸς ἀπαγει τὴν κνήμην ὁ σύνε χὴς τ ἔνδον, ἀπαγει δὲ ἐκτρέπα τῷ κάμπτειν, ὥσπερ ἐξελίττων αὐτὴν ὁ φαίων τ ἔξωθεν, ὁ δὲ ὑπόλοιπος, ὅσ περ καὶ μέσος ἁπάντων ἐστὶν, εἰς τ ἔνδον ἐμφυόμενος τ μηρου κεφαλὴν καμπτει μεν καὶ ὅλον τὸν μηρὸν, σύνε πισπᾶται δὲ καὶ τὴν κνήμην ἐπιβαλλων αὐτοῖς τοῖς περὶ τὴν διαρθρωσιν, ἄχρι βατέρου τ κατὰ τὴν κνήμην με γίστως μυῶν, ὡς συνεπισπάσθαι καὶ αὐτὴν ὅλην τὸν τὸ σκέλος κνήμην, ὁ δὲ ὑπόλοιπος τ κινουντων, τὴν κατὰ γόνυ διάρθρωσιν ἕνατος μυῶν, ὁ στενὸς καὶ μακρὸς ἐκ τ τοῖς λαγονὸς ὀστοῦ φυόμενος ἀνατείνει μεν κνήμην ἄνω εἰς ἐκεῖνο μαλιστα τὸ σχῆμα καθιστὰς ὅλον, ἐν ᾧ μαλάττον τες, ἄνω φέρομεν τὸ ποδὰ πρὸτὸν εὐθῶν βατέρου σκε λους: *Hoc eſt, Siquidem tres qui in anteriori ſunt femoris parte, maximi eius loci muſculorum recta ad genu ferumtur, quorum unus quidem implantatur molæ carnoſis apprehenſionibus, duo autem reliqui unum maximum generant tendinem, qui dilatatus inhæret toti molæ, conſtringens ipſam prorſus & coniungens ſubiectis:*

postea uero præteruectus articulum, inseritur anteriori-bus partibus tibiæ, ipsam, si tensus fuerit, attollens sursum, & totam extendens ipsius genu dearticulationem: alij uero duo musculi utraq; prædictorū trium parte, hic quidem externus, ille aūt internus, ad laterales tibiæ partes inseruntur, obliquæ motioni uterq; præfectus: qui namq; internus est, crus intro adducit, alter uero foras abducit: enascitur autem ille ex commissura ossium pubis, hic uero ab extimis partibus Ischij: optime enim sic crus ad motus obliquos abducturi erant. in medio autem inter hos spatio aliæ tres sunt musculorum explanationes ordine positæ, paruis motibus ipsum genu mouentes: flectit enim genu & ad interiora, adducit tibiam is qui est continuus interiori, abducit autem foras simul flectendo, uelut extra euoluens eam, is qui tangit externum: reliquus uero qui & medius omnium est, in femoris caput internum insertus, flectit quidem totum quoq; femur, cum eo autem simul & tibiam attrahit, incumbens partibus quæ sunt ad dearticulationem, usq; ad alterum maximorum tibiæ musculorum, cum quo & totā ipsam tibiam contrahit: reliquus uero nouem musculorum articulationem ipsius genu mouentium strictus & longus ex osse ilium ortus, tollit sursum tibiam, in illa maxime figura crus totum statuens, in qua mollientes ac subigentes, pedem sursum ferimus ad inguen alterius cruris. In his uerbis scribit Galenus nouem esse musculos mouentes quidem tibiam: & quintus hic descriptus (ut seruem Vessalij ordinem quo melius ipse intelligatur) est secundus in secundo de Anatomicis administra.

et hic

et hic quod ab eo tibia altius & interius attollatur, prodidit Galenus: illic aũt legitur (ut uisum est) ab huiusce modi musculi auxilio ipsam ad internũ latus duci. Sed ex his licet'ne damnare Galenũ de inconstantia? certe id opinari esset absurdum, imo quod obscure tradiderat Galenus in libris de usu partium, declarauit hic in libris de Anatomicis administrationibus: etenim quum moueatur tibia & altius & inferius ad internum latus, & non exposuerit Galenus in libris de usu partium, a quibus huiuscemodi motus fiant, uoluit declarare in libris de Anatomicis administrationibus, sicuti etiam facit de sexto musculo, quem scribit Galenus flectere quidem genu, ad interiora tamen adducendo tibiam, nullam quidem mentionem faciens (licet aliter censeat Vessalius, & male) qui sit, qui inclinat, & qui attollat, quod tamen declarauit in libris de Anatomicis adminis. Sed hic de sexto non cessat Vessalius quin dente liuido etiam de inconstantia non mordeat, quod in libris de usu partium dixerit, quod uisum est, in libris autem de Anatomicis administrationibus aliter loquatur Galenus de eius officio, quod illi obliquissimum assignat motum, propterea quod est omnium obliquissimus, & obliquis obliquus, ut rectis rectus quidem motus est statuendus. Sed Vessalius (inquantum ex Galeni uerbis possum conijcere) nullam quidem rationem habet, quod in libris de usu partium loco iam præcitato, musculus qui sextus est descriptus, sit tertius in libris de Anatomicis administrationibus, quum illic nullam pene faciat descriptionem, ex qua aperte liceat dicere Galeni mentem talem

esse: immo si uolumus ex dictis ipsius acquiescere, proprius attestari possumus non sextum, sed quintum uoluisse Galenum esse tertium, qui in libris de Anatomicis administ. sit descriptus: & ad id dicendum me cogunt eius uerba, quæ sumuntur ex illius descriptione. Dicit enim in libris de usu partium, quod musculus qui est quintus in scribendi ordine, nascitur quidem ab extimis Ischij partibus, quem uult habere motum obliquum: & tertius quidem descriptus in libris de Anatomicis administ. dicitur etiam ab externa Ischij parte quidem incipere, ut apparet ex his uerbis, quæ obscure ab Andernaco transferuntur, εἰ γε ἀρχεται μεν ἀπο τ̃ ἐξωθεν μερων τ̃ ἰσχιον. Præterea non uideo quomodo Vessalius possit seipsum defendere, si adhuc instabit, ut uelit nec hunc tertium in libris de Anatomicis administ. esse quintum in libris de usu partium, quia Galenus etiam aperte dicit sextum & septimum esse medios inter internos et externos, & sic nescio quomodo poterit euadere Vessalius, quin cõfictus iaceat. De alijs etiam nõ pertransibo, quia mẽtitus est etiam ipse Vessalius, quũ uelit eum musculum, qui in tertio de usu partium descriptus est septimus, sit quartus in secundo de Anatomicis administra. quod esse falsissimũ dijudicare potest unusquisq; : etenim in libris de usu partium, dicit ipsum septimum in medio esse inter musculos spatio: in libris autem de Anatomi. administ. ponit Galenus quartum non in interiori, sed in exteriori adesse parte. Quod uersimile est, quia si ipse non fuisset in externa quidem parte, cursori non fuisset, ut ibi meminit Galenus, certando ipse solus diuulsus: erit

igitur

igitur ſeptimus muſculus in.iij. de uſu partium deſciptus non quartus in.ij. de Anatomicis admini.ſed erit alius, & arbitror quod erit quintus, ut poſſum ex eius deſcriptione deſumpta elicere. Etenim in libris de Anatomicis adminiſt. habetur eum non in anteriorem tibiæ partem tribus primis ſimiliter peruenire, uerum ad inferius femoris caput & muſculi tibiæ principium a parte interna. Propterea dum loquatur Galenus de eius officio, etiam ſubiungit Galenus id quod ſcripſit in libris de Anatomicis adminiſt. quod paulatim in exteriora totã tibiam circumuertit: per paulatim enim hic intellexit Galenus, id quod ſcripſit in libris de uſu partium, quando dixit ipſum mouere paruis motibus: per in exteriora totam tibiam circumuertere, intellexit etiam hic, quod dixit illic abducit foras ſimul flectendo, uelut extra euolluēs eam: nec cum Veſſalio exiſtimare oportet, quod hic quintus deſcriptus in.ij. de Anatomicis adminiſt. ſit octauus, qui ſcribur in.iij. de uſu partium, quia ſi conſideretur eius ſitus, qui ſcribitur & hic, & illic, eſt quidem alius ab eo. Et ſi recte legetur liber ſecundus de Anatomicis adminiſt. inuenietur mehercle, quod octauus in. iij. de uſu part um eſt ille qui totam prope regionem femoris poſteriorem interioremq; occupat: qui uel ommino tibiã non attrahit, uel certe parum, ut ibi meminit Galenus: quia, ſubdit ipſe, finis ipſius leuiter attingit ligamentum toti articulo in orbem circumpoſitum, quod totum fuit illud Galeni in.iij. de uſu partium, quod eſt, quando ſcripſit ipſum octauum incumbere quidem partibus quæ ſunt ad articulationem, uenireq; uſq; ad alterum maximorum

tibiæ

tibiæ musculorum, cum quo & totam ipsam tibiam contrahit, ut dicat Galenus quod iste octauus musculus nõ quidem per se tibiam attrahit (ut etiam scripsit in.ij. de Anatomicis administ.) sed parum certe si modo attrahit cum maximo autem musculo ex femoris capitibus perrumpentem, qui robustum habet tendinem, ac in extremum inseritur calcaneum, totam ipsam tibiam simul quidem contrahit. Ex quo intelligere possumus quod Galenus hunc musculum non inter tibiæ (quod perperam & calumnioſe ei imposuerat Vessalius) sed potius inter femoris motores musculos connumerasse quidem legitur: & ita manifestum est quod omnes susurrationes, & rabulæ & de inconstantijs quas in Galenum opposuit Vessalius, sunt nullæ. Sed profecto ò studiosi, nonne mirandum summopere est de hoc homine? qui in istis tam aperte insanierit, dubium quidem esse potest nemini: certe Vessalius negari non potest, quin sit calumniator impudens, qui, ut uidistis, non erubuit tot malos rumores in Galenum obijcere, persuadens quidem tot inconstantias apud ipsum inueniri, quasi ut uelit dicere Vessalius quod Galenus in Anatome nequaq̃ est obseruandus neq; legendus: sed ipse qui est primarius in ea, & Corypheus. Sed papæ, quàm bonus Author, & commendandus, qui proborum uirorum scripta turpissime inquinans, librum prægrandem imitatus Antiphontem, multis uarijsq; ineptus refertum, composuit. Etenim peruertit totam Galeni de Anatome doctrinam, fingendo quæ ullo modo ex Galeni uerbis esse non possunt, ut declaratum est. Nec his exaturatus studet ipse etiam in multis alijs

aliter

aliter sentire, quàm scripserit Galenus. In pluribus tamen non ponendo suam, quam teneat, opinionem, ut etiam est de officio primi musculi mouentis quidem tibiam. Dicit namque ipse non posse esse, ut ab hoc musculo motus a Galeno condemnatus in secundo de Anatomicis administrationibus, & tertio de Vsu partium possit celebrari: quia non potest esse, inquit ipse, ut ab eo tibia & sursum trahatur, & flectatur, & ad alterius cruris inguina, aut ad femur iniiciatur, Hic enim motus, subdit ipse, non huiusce tantum musculi est opera, sed plurium mouentium quidem tibiam & femur. Tibia namque suis musculis flexa, & femore deinde suorum musculorum ope sursum in interiora ducto, motus ille succedit: nisi enim flexa prius tibia femoris motum sequeretur, eiuscemodi motu tibia nequaquam alterius cruris femori, ut tibiæ obduceretur. Sed quæso ò studiosi uelitis quidem animaduertere, qualis sit istæc ratio, quæ ab hoc homine contra Galenum adducitur, persuadendo non esse ut scribit Galenus. Porro non oportebat, ut ipse, quod manifestissimum est, ita ratiocinaretur, ostendendo musculi officium. Etenim erat opus, ut eius descriptionem magis adducens, rem suam comprobaret, sicuti ubique locorum perbelle Galenus edocuit, quem alijs ac uarijs in locis imitatus est quoque Vessalius, in quibus ob id non ei contingit aberrare, sed assentiri cum ipso, & attestari quod ueritas & res ipsa suadebat & expostulabat. In hoc autem quia non sequutus est uestigia Galeni

dupliciter hallucinari quidem obtigit: primum nãq; est, quia nesciens quem motum ei debuerit indere, sicco pede exiliens, nullam quidem facit mẽtionem de motu ullo, quem dicat habere ipsum musculum, sed eum tanquam aliquo munio priuatum deriliquit: non ueritus quidem ut de eo dicatur quod sit in suo tam prægrandi libro diminutus: alterum autem est, ut a ueritate quidem declinauerit. Etenim si consideretur ipsius musculi situs & descriptio, certe o studiosi manibus & pedibus, ut aiunt, arbitror in Galeni sententiam unũquemq;, qui alicuius sit iudicij, iturum quidem esse: nam & a Galeno & a Vesalio scribitur hunc quidem musculum a media potissimũ turbinata spina oriri, & per ilium os ad internam femoris regionem deferri in obliquum quidem tẽdentem, hinc ad genu articulum descendere, mox circa femoris nodum interiorem permeare, inde rursus obliquo ductu tibiæ ossi ea parte injci, qua maxime excarne nudumq; est, hæcq; a Græcis κνημιον appellatur. Ex his igitur quis negabit hunc musculum eum habere motum, qui a Galeno descriptus est: oritur enim a turbinata quidem spina, & finitur in tibiam. Manifestum namq; est, quod scribitur in libro de motu musculorum, quod unusquisque musculus dum suo fungitur officio, quod ad suũ quidem retrahitur principium, quum uerum sit, constare potest omnibus quod ille musculus, dum & femur et tibiã uult mouere, quod non potest esse quin mouendo sursum trahat, quum ipse ad suum trahatur principium, sicuti etiã facit illa musculi pars, quæ brachium sursum trahit: & quum pertranseat per internam femoris regionem, &

obliquo

obliquo ductu tibiæ inseratur, non potest etiam esse quin & tibiam flectat, & ipsam unà cum femore, quum ipse sit oliquus, & internæ femoris regioni implãtatus, quin faciat ut ad eam figuram totum crus agat, in qua præcipue constituitur, quum nos subigentes ipsum super alterius femur attollimus, quod & magis manifestabitur his, qui dum humana corpora in secando pertractabunt, inuenient quidem huiuscemodi musculum eum habere motum, præsertim si eum ad originem ipsius protendant, quod fuisse factum a Vessalio, quod uiderim, nusq̃ legitur quod oportebat, dum Anatomen celebraret, utique experiretur, quod neque curauit facere, neq; alios imitari, qui Anatomen adamussim pertractarunt, sed oculis nimirum calligantibus, deceptus quidem a quibusdam rationibus (potius dicam, si fas est) ineptijs ad summum errorem perductus est: quod est in causa, quod peius est, ut quàm plures studiosi huic otio operam dantes unà cum ipso in suam dementiam quidem cadant. De quibus summopere dolere oportet, quum hisce ubiq; locorum mederi non sit concessum, ut de capitibus in quinti musculi eneruatione a coxendicis ossis apendice principium ducentibus, de noni musculi exortu, de tendinibus, si teretes sint, an lati, deniq; de alijs nonnullis in quibus non possim ulla demõstratione, quæ sit efficax, rem comprobare, ut persuadeam, non quidem esse, ut blaterat Vessalius, sed obseruari quemadmodum perbelle scribit Galenus: sed in istis, millies iam dictum est, me haud uelle intromittere, sed in his duntaxat in quibus datur rem posse aliquibus demonstrationibus manifestari. Propterea

rea his quidē relictis aggrediemur reliqua, quæ demum sunt examinanda, agentes de neruis, atq; alijs quamplu ribus, de quibus,

Maius opus moueo, maior mihi nascitur ordo.

Verūtamen nec illud est postponendum, quod de musculo in poplite occultato disceptatur, quia adhuc pulchrū, an genu flectat, ut scribit Galenus in.iij. de usu partium, an aliquid cōmune cum alio potius musculo radiū mouēte in pronū, ut uidetur existimare Vessalius eodem prægradi lib.ij. c.lv. Certe Galenus de usu huius musculi in ij. de Anato. admi. et in. vi. de morb. uulg sect. v. com. ij. meminit hunc quidem musculū solū posse poplitē flectere, aut maxima potētia præditū esse, ut dicat ipse, quū loquatur disiunctiue, si per se nō quidē flectit, quod nō affirmat, saltē facit plurimū ad poplitis flectionē: q̄ uidetur negare Vessalius, quū sit paruus & obliquus, imo existimat ipse nō maxima quidē potētia ipsum ualere, sed nulla prorsus, cui nō uideo q̄ sit credēdū. Quādoquidē et si sit paruus, esttamē adeo neruosus ut suū possit obire munus, nec tā obliquus est, quin etiam flectat, licet talis flectio nō oīo fuerit recta. Propterea in quibusdā obseruauimus, qui ambulando talos magna ex parte cōfricabāt in ipsis fuisse obliquū, in alijs uero minus, prout flectio magis & minus recta efficiebatur: scire aūt oportet q̄ in oībus, quia hic musculus oliquus est, natura quidē dū tibiā flectimus ad interiora quidē ipsā flecti. Nec persuadeat sibi Vessalius, q̄ nō possit flectere, quia a sacro osse nō qdem oritur, & quū deberet genu flectere, necessariū esset ut ab eo nasceretur ut retrahēdo, uult ipse dicere, ad

suum

ſium principiũ, poſſet hoc munus celebrari: ſed ex his nõ quidẽ uideo cur nõ poſſit eſſe quũ flectatur genu, quũ declaratũ ſit a Galeno in .xij. de uſu par. eſſe q̃ moueat, et quod mouetur: q̃ aũt mouet, illud eſſe muſculũ: q̃ uero mouetur eſſe oſſiũ cõpoſitionẽ. nec ualet inſtãtia, nõ poſſe ſurſum uelli tibiã, niſi ab oſſe ſacro naſcatur muſculus: equidẽ hæc fictio Veſſalij nulla quidẽ eſt, etenim ſi muſculus retrahitur, nõne eſt neceſſe ut ipſe abreuietur? q̃ ſi fit, nõne manifeſtũ eſt nõ poſſe eſſe quin tibia ſurſum feratur, mehercle id plusq̃ notũ eſt. Sed in iſtis tã clariſſimis quid amplius immoror? certe pudet me ſermonẽ de huiuſcemodi protrahere, quũ et unuſquiſq; etiã ſine cortice, ut aiũt poſſit ſibi ſatisfacere. Atq; idcirco relinquemus & illa quæ de femore, de tibia, deq; pede tradidit Veſſalius, quũ etiã ipſa ſint plusq̃ notiſſima, dũ arbitratur quod Galenus ſenſerit ab hõibus ſimias in pedis digitorũ diductu tantũ differre, ſed aliàs ſatis demõſtratũ eſt plures a Galeno inter hominẽ & ſimiam fuiſſe datas differẽtias, cũ quibus plane exiſtimo poſſe Veſſalio adeo reſpõderi, ut de hoc atq; alijs quampluribus ne uerbum quidẽ poſthac audebit amplius facere. Proinde huic ſermoni tandẽ de muſculis finẽ imponẽtes, cõſentaneũ quidem eſſet, ut Galeni ſeruãtes ordinẽ, ageremus prius de neruis quàm de uenis & arterijs, tamen ut Veſſalius ſigillatim expẽdatur, eius ordinẽ quidẽ ſequuturi ſumus, unde dicamus quæſo quid ſit ſentiẽdum de his, quæ contra Galenum petulanter inuectus eſt.

FINIS SECVNDI LIBRI

FRANCISCI PVTEI,

APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOMEN.

Liber Tertius.

NON *tolleranda quidem sunt ò studiosi temeritas Vessalij, ac importunitas, quibus contumelioſe in Galenum debacchando usus est, dum eius scripta de Anatome fediſſime inquinarit, in ea cùm male intelligendo, tum suis ineptijs peruertendo, adeo si ipsi crederemus, male quidem de Galeno sentiendum esset, quo unq̃ a conditis huiusce doctrinæ monumentis præstantiorem neminem tulerunt sæcula. Veruntamen haud quidem dubito, quin isthæc eius insignis, ac prægrandis contumelia, suam quidem nõ perstrĩget, sed potius illustrabit amplitudinem, nec eum unq̃, uenenata sua lingua tantum ualebit ut possit contundere, imo florebit magis atq; magis, & quemadmodum fenugræcum quò plus conculcatur, ac pedibus protrahitur, eo nitidius & floridius assurgit, ita Galenus magis splendidus ac conspectior fiet, quanq̃ hic maleuolus omnem det operam & toto pectore conniteretur*

tur, nihilq; quantum in se est, prætermittat, quod ad in fuscandum suum splendorem faciat. Sed arbitror, si per sistet, dabit penas tantæ iniquitatis: assurgent enim, ui deo, omnes ueritatis amatores, Galeni patrocinium assu mentes, qui in eum genuinũ exacuere nõ uerebũtur, siq; ipse a sua secta atq; hæresi recedere contendet, facient ut de ipso male quidem audiatur, excitando tot tumul- tus & conuitia, quibus cogetur ad restim accedere, nisi suus honor parum charior sibi extiterit. Indignabuntur illi quidem ut dicatur Galenum in tot & tot de Anato me male sensisse: ferent etiam ægre quod in ipsa existime tur Galenum cum pugnantia loquutum fuisse, nec alia tollerabunt quampluima, quibus Galeni doctrina per- turbatur, quam quum non possit ipse propter ingenij tar ditatem consequi, conatur officere. Nam, ut declaratũ est, quis posset ferre illa quæ in Galenum de ossibus & de musculis imbulbitauit Vessalius, quis etiam patietur, quæ postmodum de uenis atq; alijs quampluribus inue ctus est, nemo hercle nemo: propterea expendamus ipsũ quanti ualeat in Galenum. Porro, ut rem incipiam, in suo prægrandi lib. iij. c i. & .v. & in eodem prægrandi lib. v. cap. vij. indignatur contra Galenum de inconstan tia, quod in. iiij. de usu partium quandã sanguificationis uim indiderit uenis, quam abstulit in sexto de placit. Hip pocratis & Plato. quo acrius Aristotelem debellaret, et Erasistratũ eius sequacem. Certe pro hac controuersia ò studiosi potest omnibus innotescere, Galenum in. iiij. de usu partium, & ubiq; locorum uoluisse iecur ipsum esse sanguificationis officinam: quod negauit Aristoteles in

iij. de partibus animalium, cap. iiij. ubi ponit cor ipsum, non autem iecur esse primam originem, ac sanguinis fontem, quod longo processu in præallegato libro Galenus de placit. Hippo. & Plato. damnauit: hocq; concluso carnem namq; hepatis, quæ est proprium ipsius corpus, primum sanguinis gignendi esse organum: demum reprehendit illos qui existimabant ipsas uenarum tunicas sanguinem efficere: quod oĩo negat ipse Galenus, quia neruosæ sunt, de sua nãq, ipsarũ natura non rubrum, sed album et uiscosum humorem reddere idoneas esse aperte scripsit. Non quod obliuisceretur eorum, quæ tradiderat in iiij. de usu partium atq; aliis in locis, in quibus dixit ipsis inesse quidem facultatem sanguinis effectricem: quod habet intelligi non primariò, neq; ex sua ipsarum natura, sed aliunde id habere quia constat (ut millies declarauit Galenus) id quod mutatur in similem speciem ei quod mutat, peruenire. Habebunt igitur uenæ id munus a iecinore, quo nihil ad sanguinis generationem accommodatius reperias: etenim si sanguis fuerit incrassatus, exacta iecoris caro efficitur: iecur igitur primò & per se gignit sanguinem, cuius facultatem & uenis impartit, qua & sanguinem etiam ipsæ procreant, quod seipsum declarans in primo de usu partium nos ipsos edocuit in hisce uerbis ὅτι μὲν γὰρ ἀρχὴν ὑδρῶν ἁπάντων, ἐγκέφαλος καὶ νωτιαῖος καὶ ὡς αὐτοῦ τ νωτιαίου πάλιν ἐγκέφαλος, ἀρτηριῶν ἡ ἁπασῶν καρδία, φλεβῶν ἡ ἧπερ. καὶ ὡς τὰ μὲν ὑδρα παρ' ἐγκεφάλου τὴν ψυχικὴν δύναμιν ἔχει, αἱ δ' ἀρτηρίαι παρὰ καρδίας τὴν σφυγμικὴν, αἱ φλέβες δ' ἐξ ἥπατος λαμβάνουσι τὴν φυτικὴν ἐν τοῖς περὶ τ ἱπ-

πωκρα

πωκράτους καὶ πλάτωνος δογμάτων ἀποδεδειχτε, εἴπερ
ἄν ἔν νεύρων μεν χρεία, δύναμιν αἰσθησεώς τε καὶ κινησεως
ἀπὸ της ἀρχῆς παράγειν τοῖς κατὰ μερος, ἀρτηριῶν καὶ
φυλαττειν τε τὴν κατα φύσιν θερμασιαν καὶ τρέφειν
τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικὸν, αἵματος δ' ἕνεκα γενέσεως τε
ἅμα καὶ τις εἰς πάντα τὰ μόρια φορᾶς αἱ φλέβες ἐγενον-
το, Hoc est, Quod igitur principiũ neruorũ oĩum cerebrũ
est, et spinalis medulla, & quod ipsius rursus spinalis me
dullæ cerebrũ, arteriarũ uero oĩum cor, uenarũ aũt he-
par, et quod nerui quidẽ a cerebro aĩalem uirtutem, arte
riæ uero a corde pulsatilem, uenæ aũt ab hepate uegeta
tiuam accipiũt, in libris de placit. Hippo. & Plato. de
monstratum est. Erit itaq; neruorũ utilitas, facultatẽ sen
sus & motus a principio in partes diducere: arteriarũ
aũt, custodire suam naturã & caliditatẽ, & nutrire spi
ritum aĩalem, sanguinis aũt generandi simul, & in oẽs
partes ferendi gratia uenæ factæ sunt. Ex his igitur ecce
quomodo Vessalius summopere ueniat inculpãdus, qui
Galenũ in his, in quibus nõ oportebat, oblatrauit de in
constãtia. non ĩmerito itaq; poterimus nos taxare ipsum
de ignorãtia, quod neq; ueritatẽ attigerit, neq; Galeni
mẽtem intellexit: idq; non solũ hac in re poterimus atte
stari, uerũ etiã in alijs quãplurimis, ut sigillatim demon
strabimus, ut est in primis illud corpus glanduloſum a
Græcis παγκρεας appellatũ, de quo in suo prægrãdi li
bro. iij. c. v. & in. v. c. iij. insimulat Galenũ, quod dixerit
ipsũ inferius uẽtriculi os cõprimere et occludere: sed q̃ sit
mẽdax oĩbus cõstare põt ex Galeni uerbis q̃ habẽtur in
viij de usu par. quũ loquatur de corpore κωνοειδον dicto,

Σῶμα μὲν πρὸς τῶν περὶ τὴν ἀνατομὰς ἐχόντων ὀνομαζόμενον κονάριον ἐπισκεψόμεθα τίνος ἕνεκα χρείας γέγονεν, ἔστι δὲ τοῦτο τὴν μὲν οὐσίαν ἀδήν, τὸ δὲ σχῆμα κόνῳ μάλιστα παραπλήσιον, ὅθεν καὶ τὸ τοῦνομα, καὶ τὴν χρείαν αὐτοῦ ταύτην εἶναι ἔνιοι νομίζουσι, ἣν καὶ τοῦ κατὰ τὸν γαστέρα πυλωροῦ, καὶ γὰρ ὄν καὶ τοῦτον ἀδένα φασὶν ὑπάρχειν, καὶ κωλύειν ἐκ τῆς γαστρὸς εἰς τὸ λεπτὸν ἔντερον μεταλαμβάνεσθαι, πρὶν πεπθῆναι τὴν τροφήν, *Hoc est, Corpus quidem, quod ab Anatomicis* κονάριον *appellatur, est autem hoc substantia quidem glandula, figura autem cono per quàm simile, unde ei nomẽ quoq; impositum: utilitatem autem ei eandem esse existimant aliqui, quæ est pyloro uentriculi: nam et hunc confirmãt esse glandulam, prohibereq; ex uentriculo cibum, priusquam coctus sit, in tenue intestinum transumi. Deinde non longe ab his subdit Galenus,* Εγω δὲ νυνὶ μὲν χρὴ γνώμην ἔχειν ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὴν γαστέρα πυλωροῦ, *Quod est, Ego uero antè exposui de uentriculi pyloro, quid sentire oporteat: idq; fuit expositum in iiij. de usu partium in his uerbis,* κατωθεν δὲ ἔμπαλιν οὐδὲν χρὴ παριέναι μέγα καὶ σκληρὸν καὶ ἀχύλωτον, μὴ πεπτὸν, ἀλλ' οἷον πυλωρὸς τοις δικαιος ἥ τις ἐστὶ τούτου τοῦ πόρου, μηδενὶ πρὶν χυλωθῆναι τε καὶ πεπθῆναι συγχωροῦσα διαερχεσθαι ῥᾳδίως κάτω, *Hoc est, Inferne aũt contra, nihil oportet transire magnum & durum et non uersum in chylum atq; inconcoctum, sed uelut pyloros, hoc est ostiarius quispiam iustus est, huius meatus angustia nulli anteaquã in chylum redactũ sit, et concoctum facile concedens ad inferna transitum. Sed hic fortefortuna*

tuna contumelioſus eſſe poſſet noſter Veſſalius ex his quæ ſubſequuntur: ſed in ipſis ipſum uolumus, perpendamus quæſo ea, quæ hæc ſunt, καὶ πολλοῖς γε τ ζώων, οἷον ἀδενώδης τῆς φύσις ἐντεῦθα πρόσκειτε σωτεῖνον ξουσα τὴν στενοχωσίαν καὶ μάλιθ' ὅταν ἡ γαστὴρ τῇ κα θεκτικῇ δυνάμει χρωμένη συναγαγοῦσα πανταχόθεν ἑαυτήν, καὶ συστείλασα, καὶ περιπαλεῖσα τοῖς ἐν υπαρ χουσι, περι τὴν πρέψιν αὐτῶν καταγίνητε: Quod eſt, Atq; in multis animalibus ueluti glandulosa quædam ſubſtãtia ibi adiacet (animaduertat hic quæſo Veſſalius Galeni uerba) adaugens anguſtiam, & maxime quum uentriculus retentrice facultate utens & colligens undiq; ac contrahens in ſpiras ſeipſum, & quæ in ipſo continentur circumplexus in concoctionem eorum incumbit. hæc Galenus. Videte igitur obſecro ò ſtudioſi, quomodo Veſſalius peruertat etiam hic Galeni mentem, aliter exponendo quàm ipſe ſenſerit, quum ex Galeno aſtrictoriã facultatem ipſi glandulæ attribuerit, quam non ipſi, ſed ianitori ipſi pyloros appellato, & uentriculo Galenus adſcripſerit, ut declaratum eſt: ſed ſi obſtrepet ipſe Galenum dixiſſe eorum adaugere anguſtiam, & ſi id dixit, non tamen ob id oportet dicere, quod os uentriculi & claudere & comprimere (ut arbitratur Veſſalius) ſenſerit Galenus: quia id nunquam ex ſuis uerbis elicere poterimus: aliud enim eſt dicere quod eorum adaugeat anguſtiam, aliud uero quod comprimat, & occludat. Et id poteſt quidem demonſtrari in uia Aſtronomiæ ſicuti faciunt Aſtrologi de ſtellarum domicilio in genitura: etenim dicunt ipſi quod mediocris erit, quæ unam ſtellam in do

micilio ſuo conſtitutam in principalibus genituræ locis habuerit collocatam, medijs etiam felicitatibus ſubleuatur, qui duas ſtellas in domicilio ſuo in oportunis genituræ locis habuerit poſitam, ultra modum felix ac potens erit: qui uero nullā ſtellā in ſuo domicilio habuerit conſtitutā, ignotus, miſeris actibus ſemper erit implicatus. Pari modo loquemur de ipſa glandula, quæ & ſi adaugeat meatus anguſtiam, ſi per ſe tamen id fieret negotium, eſſet quidem penè nullum, ſicuti legitur de domicilio in genitura, quando non concurrunt ſtellæ, eius quidem influxus ignobilis eſt, & deſpectus, quia de ſe parū uel nihil influit, cum ſtellis autem multum ualet: atq; id circo et ſi id patrocinetur ipſis, non tamē fatētur Aſtrologi quod id ſit, quod faciat, ſed quod ſint ſtellæ quæ influunt & operantur: & hac de cauſa totam hanc operationem non domicilio, ſed ipſis quidem ſtellis eſſe adſcribendam, ipſi conſpirarunt. Et ita ſi dicatur quod adaugeat meatus anguſtiam ipſa glandula, non ob id eſt dicendum, quod ſit ipſa quæ os uentriculi comprimat & occludat, quia aliud eſt adaugere, aliud comprimere. Et hoc uoluit dicere Galenus Mathematicos imitatus, qui quidem huiuſcemodi illorum rationibus demonſtraſſet, & alia quàm plura in uſu partium, niſi pertimuiſſet, ne Medici ſuos libros auerſarentur: quod nos quoq; faceremus, aut Aſtronomia aut Geometria, aut Muſica, aut altera quadam Mathematica ſpeculatione utentes ad demonſtrandum quod ita eſt in uſu partium, ſicuti ſcripſit Galenus, qui poterat huiuſcemodi diſciplinas ad uſum ſuum conferre, niſi ſatis perſpectum eſſet, me hacte

nus

nus ex Medicis uidisse neminem, qui Mathematicis dele
ctetur theorematibus. Ob hanc igitur causam, haud lu-
bens huiuscemodi sermonē quidē attigi, ne eueniat quod
est in prouerbio ὡς δὶα χοιρων, uerum hic solum ut
Galeni uerba exponam, uolui isthæc dixisse, ut sciant
studiosi, quod omnia quæ dicta sunt a Galeno, sint adeo
rationibus suffulta, ut in unaquaq; scientia possint de-
monstrari: unde si quispiam uelit ipsum intelligere, opus
est ut in ipsis disciplinis sit exercitatus, alioquin ei qui
dem continget ut ipsi Vessalio, qui aliter, ut uidistis, Ga
lenum accepit, quàm oporteat: sed tandē ad rem nostrā.
Si quæret Vessalius, num Galenus aliam præter hanc
indiderit utilitatem, an non: certe sciat ipse, ultra quod
id demonstratum est in .ij. de semine, cap. ultimo, in .v.
etiam de usu partium ponit illam utilitatem adhuc Ga
lenus, quam ponit ipsē loco præcitato, quam, ac si per-
inde suum esset inuentum, in sui ipsius gloriam inuerecun
de quidem transtulit, ὁ Plagiarium non ferendum? non
ne id quod tu scribis est omnino Galeni opinio? quum ab
eo scribatur & hoc uasorum esse fulcimentum, ut appa
ret in hisce uerbis, Αλλ' ἔστιν ἕκαστον ἀγγεῖον δύ παθέσα
των οὐ καταχίζεται, καὶ εἰμέλλοι τὶ δ' ἀ ἔξιον κίνησιν
ὁ τοιοῦν αὐτῶν ποιεῖσθαι κακὸν, ἑτοιμότατον αὐτὸ
παθεῖν ὅ που χίζεται, μεγάλης οὖν ἕνεκα ἐδεῖτο ὁ
χωρίον τοῦτο εἰς ἀσφάλειαν τῶν κατ' αὐτὸ διανεμη-
θησομένων τε καὶ καταχθησομένων ἀγγείων, ἵν' ἡ φύ
σις ἐπισαμένη ἁδρομερῆς τὶ σῶμα δημιουργήσασα, τὸ
καλούμενον πάγκρεας ὑπεστορέσατο ἅμα καὶ περιέβαλεν
ἐν κύκλῳ πᾶσι, καὶ τὰς χύσεις ἀνεπλήρωσεν, ὡς μηδὲν

αὐτ δ' ἧσσον εἴν μηδ' ἐξῃ ἰτητικ, ἀλλ' ἐπι μαλακοῦ κ᾽ μετρίως, εἴκοντος ἀναπαυόμενα πάντα κ᾽ ἦν κινεῖται πολὺ σφοδρότερον οὐ σκληροῖς κ᾽ ἀντιτόνοις ἐμπίπτοντα σωμασιν, ἀλλὰ πρᾴως μεν ἐκδεχομένοις κατὰ βραχὺ δ' ῥᾴδιον τῆς κινήσεως ἐκλύουσιν, ἄπληκτα τε κ᾽ ἄβλαβα κ᾽ ἀρρηκτα διὰ παντος φυλάττεσθαι

Quod est, Veruntamen uasa omnia quæ diuiduntur, facile lædantur, ut si eorum quod uis mali quidpiam propter uiolentum motum, esset incursurum, id ubi scinditur potissimum incurreret: magno igitur indigebat locus hic præsidio, quo uasa in ipso distribuenda ac scindenda munirentur: cuius haud ignara natura glandulosum quoddam corpus fabricata, appellatum παγκρεας, substrauitq; simul, ac in orbem omnibus circumdedit, diuisiones que repleuit, ut nullum ipsorum facile iam findatur, aut sine fulcimento sit: sed quum in molli & mediocriter cedente corpore conquiescat, si modo ciantur paulo uehementiore, quod tamen corporibus non duris neq; non cedentibus incidunt, sed leniter quidem excipientibus, paulatim uero uiolentiam motus exoluentibus illæsa, inconcussa, infractaq; perpetuò conseruãtur. Nec mirari oportet, quod in uno loco dicat unam utilitatem, in alio uero aliam, ut posset in Galenum dubitari de inconstantia, quæ quidem nulla est, quia in uno ponit propriã, in alio uero communem, quas dari & in alijs partibus etiam uisum est: sed Vessalius hic ut in alijs etiam facit, sed quàm bene, iam declaratum esse potest. Nunc autem oportet me cum Vessalio in arenam quidem descendere, & de cauæ uenæ exortu decertare: quẽ dum essem Bononiæ etiam

tunc

tunc adoriri mihi fuit in animo, quum ipse Pisas profe
cturus, Bononiam quidem accederet: nam ibi accersi
tus ad duorum cadauerum Anatomen, quam Bartolo-
mæus Magius tunc aggrediebatur, cœpit ipse hanc rem
quoquo modo pertangere, sed non ita abunde ut speraba
mus: consumpto enim diei paululo, quo ipse aduentarat,
in uenarum distributione, sermoneq; in multam noctis
partem protracto, nec non frigore tunc sæuiente non con
cessum est ut res absolueretur. Sciebam enim quamplu
res esse ex spectatoribus qui in ipsum uolebant sermonẽ
etiam prorumpere, sed quia credebant ipsum postera die
ad negotium accessurum esse eò uisum quidem est ad cras
esse differendum, ut res melius quidem discuteretur, sed
ipsi spe frustrati occasionem amisere. Nam summo mane
annuntiatum est Pisas ipsum fuisse profectum: cuius dis
cessum mehercle, ex his qui tunc aderant, multi quidem
fuere, qui ægre tulerunt, præsertim quum ea die tanta in
ter Philosophos & Medicos discussa fuit hæc controuer
sia, ut si adfuisset illic Vessalius, non expectasset unquã
melius. Aderat in primis Ludouicus Buccaferreus tam
excellens Philosophus quàm unquam alium audierim,
prope quem stabat Dominicus Bonfiliolus, qui quantum
in omni doctrinæ genere sit præclarissimus, arbitror om
nibus posse innotescere: ab illius dextra assidebat Alci
des Bonacossa uir admodum facundissimus, sed ob pau-
pertatem ualde incognitus: ab hoc non longe aberat
Antonius Maria Alberghinus in Medicina bene meri-
tus: ab illius latere, si recte commemini, erat Io. Bapti-
ta Peregrinus commemorabili uirtute præditus: ibi prope

pc

pe uidimus Antonium Pollarolium collegam noſtrum eruditiſſimum, cui ſi Dij immortales uitam conceſſerint, non ſolum Bononiæ, ſed ubiq; terrarum de eo decantabitur: a tergo aderat Thomas a Salamonibus Foſſanenſis, iuuenis admodum doctus, necnon futurus maximus, ſi ab inceptis non deſtiterit: uidimus etiam Bonaſonum, Henricum, atq; alios uiros quàm clariſſimos: ab altera parte aderat Benedictus Victorius Fauentinus, ſenex uenerandus, qui utraſq; facultates Dogmaticam ſcilicet et Empiricam ſuis illuſtrauit Commentarijs: a cuius dextro latere erat Antonius Franciſcus Fabius, Philoſophus cõſumatiſſimus, in quo oĩa ſunt quæ aut fortuna aut natura hominibus largitur: his medius (niſi animus me fallit) interiectus erat Iacobus Pacinus uir magis atq; magis doctus, quàm facundus, præceptor meus haud unquam pœnitendus: in eadem claſſe uidimus Hyeronimũ Cremonenſem, iuuenem acerrimi ingenij, qui non minorem, ut Gerardus, apud poſteros famam conſequetur: aderant etiam Albius, Philippus, patre non minor, ac Baldus uiri intigerrimi, atq; alij cùm Bononienſes, tum externi, uiri ualde ſingulares, quos recẽſere lõgus quidẽ eſſet catalogus, ſpectatores autem, quorũ infinitus erat numerus, Anatomen adminiſtrãte Maggio (ut ſæpe fit) modo Buccamferreum, modo Victoriũ, interdum Fabiũ, aliquando Pacinum atq; alios ſtimulabant, ut dicerent quid de ſanguificationis organo, quid de exortu cauæ uenæ ſentiẽdum: ſed quum Buccaferreus magis irritaretur quàm ullus alius ſuam ut de his aſſerret opinionẽ, ſicq; tandẽ ſermones, quãquam id ægre facere uideretur, auſpicatus

ſpicatus eſt: Niſi tã uehemẽter laceſſitus eſſem ò ſtudioſi, & uiderẽ uos hac in re ardẽtes admodũ et curioſos ad rei ueritatẽ indagãdam, nollem in præſentiarũ tanta de hac re pertractare: præſertim quũ ſciã tot ueſtrũ, & præcipue medicorũ, qui mihi admodũ erũt infenſi. uerũtamẽ ut uobis ſatisfaciã, non equdem perterrebor dicere quid pro Ariſtotele ſit ſentiẽdum. Debetis uos igitur ſcire ò ſtudioſi quod ipſe Ariſtoteles uoluit noſtrũ corpus admodũ, uel ſtatũ reipub. gubernari, et quẽadmodũ in ipſa unus ſemper eſt, qui prmus & præcipuus, a quo tota reſ publica depẽdet et habet gubernari, et quicquid in ipſa tentatur ſine ipſo id nullũ habetur et fruſtratoriũ, & ſi quid ab alijs fit ipſo concurrente in ipſum ſemper reijcitur, ut dicatur quod ab ipſo ſic factum eſt: ita Ariſtoteles uoluit eſſe in corpore noſtro. Sciebat enim manifeſtiſſime in uentriculo celebrari Chylum, in iecinore ſanguinẽ, & ſimiliter de alijs, in alijs partibus: ſed has operationes poſſe fieri, niſi uirtus cõcurrat uel Regis uel alicuius Principis, qui cor eſt, noluit ipſe. Cui Galenus uidetur aſſentiri in. v. de locis affect. cap. i. quando dixit, Mors immodicas ſequitur cordis intẽperantias: etenim ſimul cum ipſo oẽs uitiãtur partes: quũ enim ipſæ peculiari cordis tẽperie actiones ſuas perficiãt, hac pereũte, actiõnes quoq; earum perire neceſſe eſt, ac proinde cerebi quoq; & ieecinoris. Ex quibus uerbis mirandum equidem eſt de Galeno, quod ipſe in alijs ita ab Ariſtotele diſſenſerit, & hic uoluerit & uitæ & mortis cor eſſe cauſam et principiũ, et q, aliæ partes etiam uiuãt et operẽtur ex ipſo, ſicuti perbelle ex ſtimauit Ariſtoteles, qui omnes

aliarum

aliarum partium actiones ad cor ipsum reduxit, unde non quidem mirum si in.iij. de partibus animalium, cap. iiij. dixit cor esse sanguinis fontem ac originem: & hoc non sine causa, quid enim uegitatiua, uel si mauultis, naturalis est facultas, quàm uitalis: ex corde enim descendunt arteriæ, ut clare potestis uidere hic, ad epar, quæ deferunt spiritum uitalem, ex quo fit naturalis, qui deinde in iecinore sanguificat: si uero non esset uitalis, dicatis mihi obsecro, quid faceret naturalis? Certe manifestum est, quod ipse nullus quidem esset: pari modo etiam suspicari etiam possumus de alia facultate, quæ uocatur Animalis: etenim nonne & obolitata esset etiam ipsa, nisi daretur & uitalis, ex qua & etiam ipsa gignitur, ut refert Galenus in.ix. de usu partium. Ex corde enim ad cerebrum ascendunt & arteriæ, ubi plexus est mirabilis, & ibi uitalis frabricatur in animalem, quemadmodum etiã declarauit Galenus in.iij. de placit. Hippo. & Plato. et in alijs infinitis locis: & hæc facultas animalis est illa quæ dat sensum & motum, quum deinde per neruos deferatur, originem sumens a corde, ad quod etiam non immerito ipsam reduxit Aristoteles in.iij. de partibus animalium cap. iij. & iiij. Et ita manifestissime apparet ò studiosi, quod non sine causa sensit Aristoteles omnium facultatum cor esse causam & principium, & in signum huius adducit etiam ipsum esse illud, quod primum oritur & id sensu percipitur. nam in partium prima generatione statim cor palpitare cernitur. sed hic exclamat Galenus in lib. de fæt. formatio. uolens cor non esse primum quod generatur, sed epatis, idq; ratione quidem compro

bat

bat. sed eius ratio mehercle habetur erronea & absur da: etenim non ualet quod epar prius generetur, quia e- ius operatio sit prima in corpore, quàm aliqua alia ope ratio, quia nusquam est operatio nutritionis, nisi sit ope ratio uitæ. Præterea uirtus imformatiua non indiget nu tritione nisi præcedat resolutio siue difflatio aut dissipa tio (aut quomodocunq; quis nominare decreuerit) sed membrum primo uiuit anteaquam fiat resolutio: ergo se quitur quod in ipso primò habet esse, anteaquam nutria tur, operatio igitur cordis est primò quàm sit epatis: sed hic oritur difficultas non leuis, si uerum sit, quod resolu tio necessario præcedat nutritionem, uidetur quod non, quia si sic esset, statim post principium generationis (quũ ad omnem minimam animalis partem ipsa fieret) more retur animal, quod esse falsum iam constat omnibus. Ab hac ratione moti nonnulli Latini antiqui, ex quibus Tho mas de Garbo fuit unus, tenuere resolutionm haud ne- cessario præcedere nutritionem, idq; rationibus compro barunt, quod in illo quod medium est tempore, inter pri- mum instans generationis, & primum instans corruptio nis, in eo fiat nutritio, non præcedente resolutione, quia dicunt, quando aliquid agens agit in sua potentia duos effectus, & unum in potentia propinquiori quàm aliud, prius inducit illud, quod habet in potentia propinquio- ri, quàm alterum quod habet in remotiori: colorita q; na turalis habet in potentia propinquiori nutrire animal, & ipsum magnificare, in remotiori autem habet resolue re: nutriet igitur prius natura, & magnificabit ipsum animal, quam uelit in eo ullam moliri resolutionem: &

sic

sic resolutio non præcedet nutritionem: sed pace istorum uirorum, hæc opinio erronea habetur & futilis. Etenim manifestum esse potest, quod statim in principio generationis calor naturalis agit in humidum natiuū, ita quod in utero calor resoluit, & tamen non immediate post hoc nutrit, quia requiritur tempus medium inter instās nutritionis, & instans nutrimenti in nutritum. Præterea manifestissime scripsit Galenus in pluribus locis, præsertim in.i. de semine, cap. xvi. & in.i. Aphor. Apho. xv. quod nutritio sit eius quod euacuatur repletio: si debet igitur fieri in fœtu nutritio (ut uerum est & supponitur) nōne est necesse ut resolutio prius fiat, quàm ipsa nutritio? nemini dubium est. Nec ualet quod fœtus moriatur, si fiet prius resolutio quàm nutritio, quia partes formales sunt diuisibiles, & aliquæ partes resoluuntur, & aliquæ quidem remanent: & plures tamen remanent quàm resoluantur. De eo autem quod in illo medio tempore, quod est inter primum instans generationis, & primum instās corruptionis quærebatur, est respondendum, quod esset probandum, quomodo resolutio non æque sit in potentia propinquiori, ut habetur nutritio, quum hæc fieri nō possit nisi & adueniat ipsa, ut demonstratum est: in eo igitur non fiet nutritio, nisi præcedat resolutio, et hæc erit æque in potentia propinquiori, ut est nutritio: & natura utrūque pari modo habebit: quando suum ualebit perficere negotium. Ad rem igitur reuertentes dicamus tandem quod cor est sine dubio primum membrum quod generatur: nam quando sanguis menstruus est attractus ad uterum, et semen uiri mouet spiritus ad fœtus formationē,

prius

prius fit uesica, uel si mauultis, bulla (ut ita dicã) in qua generatur cor, postea isti spiritus mouentur ad partem dextram & fit uesica epatis, demum ad partem supernam & fit cerebrum. Quum igitur talis seruetur ordo in fœtus formatione, est existimandum quod natura prius generat illud quod est causa & principium alterius: generat igitur prius cor quàm alia membra, ut faciat existimare quod istud est fons & origo omnium facultatum, & quod uita & mors ab eo habet dependere, & propter hoc non immerito dicebatur, quod cor est primum quod uiuit, & ultimum quod moritur: in corde igitur residet uita & mors. Mors enim quæ est corruptio, constat ex Aristotele in libro de Vita & morte, quod fit propter ipsius calidi defectum: uita autem est nutritiuæ animæ mansio, quæ per quandam ipsius cordis caliditatem operatur, ut declarabat Aristoteles in lib. de Respiratione: nam concoctio, per quam alimentum fit animantibus, neq; sine anima neq; sine caliditate est: igne enim operantur omnia, propter quod quidem in quo primo loco corporis, & in qua prima loci huius parte principium necessarium est esse tale, hic & primam nutritiuam animam necessarium est existere. Iste autem est (inquit Arist.) medius locus suscipientis alimentum, & secundum quem emittunt superfluum, exanguibus igitur innominatum, sanguinẽ aũt habentibus cor, hæc particula est: alimẽtũ.n. ex quo iam fiũt partibus aĩantibus, sanguinis natura est, sanguinis aũt et uenarũ idẽ principiũ esse necessariũ: et id declaratũ est ab Arist. in lib. de Iuuen. et sene. quãdo dictũ est, in sãguinẽ qdẽ habẽtibus

necessa

neceſſarium in corde habere principium, et quod ſanguis in ſanguinem habentibus eſt ultimum alimentum ex quo fiunt particulæ. Manifeſtum igitur unam quandam operationem oris uirtus exercet, alera autē quæ uentris circa alimentum, cor autem principaliſſimum & finem apponit, quare neceſſe eſt & ſenſitiuæ & nutritiuæ animæ in corde principium eſſe ſanguinem habentibus: nam aliarum particularum opera circa alimentum, gratia operis huius ſunt, oportet enim prīcipale ad id cuius gratia perſeuerare, ſed non in his quæ huius gratia, ut medicus ad ſanitatem: & propter hoc erit etiam neceſſarium quod cor ſit principium uenarum, ut hæ non per hoc, ſed ex hoc protractæ omnes exiſtant. Idq; ex Anatome etiā manifeſtum eſt, quum per cętera, ut refert Ariſtoteles in. iij. de partibus animalium cap. iij. uiſcera uenæ transigant, nulla autem per cor ipſum tendit: itaq; partem & principium uenarum cor eſſe, apertum eſt, idq; optima ratione: medium enim cordis ſpiſſum cauumq; corpus eſt, plenum etiam ſanguinis eſt, quaſi hinc uenæ oriantur cauum eſt, ut contineat ſanguinem ſpiſſum, ut principium caloris ſeruare poſſit, deniq; eius natura uenoſa eſt, ut nullo pacto ſit negandum ipſum eſſe uenarum principium, utpote generis ſocietate iungatur cum uenis. Qua propter non dubitandum quin cor ſit principium uenarum, & prima origo ac fons ſanguinis, & in ipſo quin reſideat anima nutritiua, quę actu erit una, uirtute aūt plures, ſine qua & alię animę uirtutes exiſtere non poſſunt, quemdmodum et hęc ſine naturali igni: in hoc ènim natura igniuit ipſam, & cum hoc ipſa operatur, et ignis

non

non est nisi coniunctus causæ aliquo modo, & non est causa simpliciter, sed anima est dignior ut sit causa, ut est declaratum ab Aristotele in secundo de Anima, quum sit principium potens saluare suscipiens ipsam, secundum quod est, idq; fiat per ignem, ut per instrumentum. Hac de causa non mirum si Aristoteles dixit, uiuentis corporis ipsam esse causam & principium: quod etiã optima ratione traditum est. Nam anima uegitatiua qua primo uiuimus, operatur opera uitæ, quæ sunt nutrire, augere, & generare: augmentatiua autem & generatiua in suo opere supponunt opus nutritiuæ. Hæc igitur nutritiua erit causa & principium aliarum uirtutũ, hisq; suis quatuor uiribus patrocinabitur, attractrice scilicet, retentrice, concoctrice, & expultrice: & has uirtutes membris ipsis impartit, a quibus, prout uariantur membra, uarij sortiũtur effectus. In uẽtriculo enim quũ sit neruosus alimẽtũ, in chylũ qui albus est, ipsum equidẽ immutant: in iecinore autem, qui est sanguis incrassatus, idem in rem rubram, qui sanguis dicitur, plane conuertunt: & hic cum feratur ad mamillas, quæ sunt glandosæ, in rem admodum albam, quæ lac dicitur, transmutatur, et sic de alijs. Constat igitur, quum cor sit domiciliũ animæ nutritiuæ (ut declaratum est) quæ in corpore uiuente aliarum omnium dicitur esse causa & principium, & sit ipsa quæ in corpore nostro omnes facit operationes. Si uelimus igitur ex membris ipsis elicere, quod sit fons uel chyli, uel sanguinis, uel alicuius alij, an uentriculus chyli iecur sanguinis, an cor sit fons & origo prima omnium: sed demonstratum est & chylum & sangui

nem,& omne aliud ab anima nutritiua, que eſt in corde celebrari: erit igitur cor inter membra principium & fons omnium humorum & facultatum, quæ ſunt in noſtro corpore: propterea non erit mirandum ſi Ariſtoteles dixit cor eſſe fontem & principium ſangu nis. Quod non animaduertens Galenus petulantiſſime in eum debacchatus eſt ubique locorum præſertim in libris de Placitis Hippocratis & Platonis, idq; nulla alia de cauſa fuiſſe factum arbitror, niſi ut uideretur contra tantum philoſophum prot uliſſe, quo famam apud nonnullos adipiſceretur, dum ſupra aliorum eſſet opinionem: unde non immerito, legitur in nono Meth.med. ſi ipſe uocabatur paradoxopeus. Sed hic ſtudioſi ut audiuere Buccamferreum ita de Galeno maledicere, exſibilantes atq, explodentes, mox interpellarunt, adeo ut nunquam permiſerint ſuum finire intentum: ſed placitum eſt magis excitando audire Fabium, ut ſuam quam haberet opinionem tunc proferret, qui tandem auſpicari ſic coactus eſt, Nollem ò ſtudioſi, quum Buccaferreus ſit mihi præſcriptus & æmulus & concurrens, ob id uobis perſuadeatis, ab his quæ optime prolata ſunt quod uelim diſſentire, ut plerique faciunt, qui liuore ducti, quod tanquam ex tripode dictum eſt, ſtudent peruertere, ſed hoſce ſemper execratus ſum, quum ab his immergatur ueritas, ut non poſſit eluceſcere: ſed ita me Dij ament, ſi ego non ſemper fui ex illis, qui ueritatem omnibus anteponunt, nec immerito: quid enim landabilius, quid utilius quam ipſam omnibus palam facere? quid deteſtabilius, quid pernitioſius, quam ipſam elenchis occultare? Ego quantum

tum in me est, nollem unquam cum huiuscemodi uitiligatoribus decertare, qui student nigrum, ut aiunt, in candidum uertere: quandoquidem cum his semper, aut ad conuitia est ueniendum, aut tempus cum his, quo nihil charius est conterendum. Propterea soleo hos effugere, nec cum ipsis ne uerbum quidem facere, & si quid tamen cogor dicere, non me extendo cauillare pluribus uerbis, quæ manifeste falsa sunt sed summa rerum fastigia tango duntaxat: non prætermittens tamen ueritatem, qui scopus est, & quæ ab alijs male exposita sunt, quin declarem. Nec alicui sum addictus, immo illud mihi semper sum persuasus, Amicus Socrates, amicus Plato, sed magis amica ueritas: & ita in præsentiarum etiam facere decretum est hac in re, de qua me rogastis ò studiosi, ut dicam quid sentiam. Equidem debetis scire, quod non mirandum, si Aristotelis sectatores inter se sint admodum discordes: id enim fuit in causa, quia Aristoteles breuitati studuit, & obscuritati; non enim ut studiosorum ingenia deterreret, sed ut tantum ab his qui perspicacis sunt ingenij intelligeretur, & tale munus a Dijs inditum his tantum impartiretur, non autem illis, qui secordes sunt, et rudes atque hebetes, et hoc id circo ne haberet uilescere. Propterea Aristoteles suos libros, non perinde ut arcana absconditos, neque æditos esse, neque non æditos, cognibiles enim his tantum esse, qui ipsum audierunt, rescripsit Alexandro: hæcque est causa, quod ex suis scriptis ingens emergat difficultatum pelagus, & quod nescimus quandoque quid sit tendum, quum hic & illic correspondeat ipse, sicuti

etiam occurrit in præsentiarum de sangu ificationis orgæ no. Porro in tertio de partibus animalium, cap. vij. scri ptum est, Omnibus animantibus sangninem habentibus cibi concoquendi gratia iecur adesse necessarium: ut dicat Aristoteles ipsum esse, in quo fit concoctio alimenti migrando in sanguinem, ut uisus est etiam Auerroes intellexisse in secundo suorum Collectaneorum, cap. ix. ubi adducuntur multæ rationes contra Galenum, quæ a nostro riuali iam expositæ sunt. Sed hæc opinio (ut uerum fatear) nec est Aristotelis opinio: quandoquidem non uoluit dicere Aristoteles, quod epar sit ipsum, in quo celebratur sanguis ut imaginatus est Auerroes, pace ipsius, alioquin enim sibi contradixisset in eodem libro tertio, de Partibus animalium, cap. iiij. Etenim scriptum est, iecur omnibus sanguine preditis inesse, sed neminem tenuisse ipsum esse sanguinis principium, cùm situm nequaq̃ obtineat principalem, nec sanguinis conceptaculum modo cordis intra se contineat, sed ut reliquæ partes sanguinem uenis inclusum habeat: ad hæc uena per iecur tendat nec ulla ex eo proueniat: uenæ enim omnes, inquit Aristoteles, sua initia trahunt ex corde: itaque quum alterutrum istorum principium esse, subdit Aristoteles, sit necesse, iecur autem non sit, cor sanguinis principium esse necesse est. Sed hic fortefortuna respondere posset Auerroes, uel aliquis pro eo, se non negare ex Aristotelis sententia, cor ipsum esse principium nutrimenti, quod est sanguis, non tamen primi sed postremi, ut annuit ipse in loco præcitato Auerroes in his, ut utar suis uerbis, Manifestum est, inquit ipse, in epate quod est immutatiuum cibi

ad con

ad conuertendum ipsum in sanguinem, & postea mittit ipsum ad omnia membra, & propter dominationem quã facit super omnia membra nutritiua, opinabatur Galenus, quod esset penitus in uirtute nutritiua princeps: & ipse nesciuit quod postremum nutrimentum est in corde, & in eo prima uirtus nutritiua est princeps. hactenus Auerroes. Cui acquiescerem, nisi Aristoteles in præallegato libro tertio, ca. iiij. aliter aperte scripsisset in hisce uerbis, δεῖ γὰρ εἶναι τόπον τινὰ τῆς καρδίας καὶ ὑποδοχὴν τοῦ πρώτου αἵματος, ὅτι ἡ πρώτων ἐν τῇ καρδίᾳ γίνεται τὸ αἷμα, πολλάκις εἰρήκαμεν, Hoc est, Oportet enim locum esse in corde, & quoddam conceptaculum primi sanguinis: quoniam autem primo in corde fieri sanguinem sæpe diximus, id autem fuit dictum & in secundo de partibus animalium cap. primo, & in tertio de Historia animalium, cap. xix. hic enim sic scribitur, καὶ αἰεὶ ἕως ἂν ζῇ τὸ αἷμα μονὸν, πρῶτον ἡ γίνεται τὸ αἷμα ἐν τοῖς ἐνύοις τῇ καρδίᾳ, καὶ πάλιν ὅλον διανεῖσθαι τὸ σῶμα, Quod ita uertitur, Et semper quamdiu uita seruatur sanguis unus animatur & feruet, oritur primum in corde antequam totum corpus formetur. Illic autem sic proditum est, ἡ δὲ καρδία, διὰ τὸ τῶν φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι, καὶ ἔχειν ἐν ἑαυτῇ τὴν δύναμιν τὴν κινιτικὴν τοῦ αἵματος πρώτην, Quod a Theodoro Gaza male uersum, sic transferri debet, At uero cor quia uenarum principiũ est, et facultatem procreandi sanguinis primam obtinet. Ex his igitur locis existimare oportet, quod nullo pacto censuerit Aristoteles postremum sanguinem in corde procreari, & primum in iecinore, ut ma-

le opinatus est Auerroes, immo, ut declaratum est, in ipso iecinore quum nec conceptaculum sit, ut in cor de, ut possit gigni sanguis, & sit sanguis in uenis inclu sus, quæ per ipsum transigunt, ut per alia membra, uult Aristoteles haud quaquam gigni sanguinem. Nec su- spicandum, quod & si ipse dixerit, ipsum iuuare ad cibi concoctionem, quod ob id sit dicendum, Aristotelis men tem fuisse, in eo procreari sanguinem, quoniam huius op positum iam demonstratum est, sed potius uoluit quod scribit Galenus in quarto de usu partium, quod quum ipse uentriculum suis fibris, tanquam digitis circumam biat, quod calefaciat ipsum uentriculum, & ab hoc ipsa cibaria calefiant: quemadmodum etiam ex sinistris, ipse longum habet protensum splenem, a quo sinistræ illius partes calefiunt. Et has partes atque alias hu- ius utilitatis gratia, ingeniosa natura prope uentricu- lum positas, eas ueluti caloris fomites quosdam con- stituit, ut ipse uentriculus iuuetur ad cibi concoctionem. Et id totum intellexit Aristoteles in tertio de parti- bus animalium, capitulo septimo, quando dixit quod iecur & lien iuuant ad cibi concoctionem. Quod quum fuerit male expositum, fuit in causa, quod multi de- lirarunt, existimantes id Aristotelem sensisse, quod uidetur ipsum contra Galenum defendere, ex his præ- sertim, quæ ex Anatome inspiciuntur. Sed ego in præsentiarum tantum authoritatis mihi non arrogabo, ut uelim aut possim inter hos tantos uiros esse arbiter: sat autem esto, quod ipse quid senserit Aristoteles, uo- bis tantum demonstrarim: de anima autem, quæ in cor-

de

de resident, & de eius facultatibus uisum est supersedere, præsertim quum sit absonum, de eadem re eandem cantilenam canere. Etenim amicus noster Buccaferreus, satis superque & optime de ipsis pertractauit, & arbitror aliquem uestrum hic forsan esse, qui nos audierunt dum exponerem & librum de Anima, & parua quidem naturalia, in quibus locis publice demonstraui, quid sit sentiendum: in præsentiarum autem sat esto me ostendisse, quod satis ad præsens spectat negotium, exponendo mentem Aristotelis, quæ aliter accipiebatur quàm non oportebat, ut uisum est, Dixi. Sed hic ut suum finiuit sermonem Fabius, mox rogarunt Pacinum studiosi, ut ipse etiam in hac controuersia se intromitteret, & quid sentiret, uellet proferre: qui tandem a pluribus lacessitus ita loquutus est, Non possum facere o studiosi, quin hac in re uobis obtemperem, præsertim quum non solum hodie, sed etiam heri sim quàm sæpissime rogatus, ut quid de hac re tenerem, uellem proferre. Certe si in præsentiarum negarem quoque dicere quid ego sentiam, non immerito me non bonæ indolis esse, facile possem existimarier. Proinde ut ab huiuscemodi sim alienus calumnia, non grauabor, quæ male sunt prolata, quin exponam, ut omnibus constet quę mea hac de re sit opinio. Debetis igitur scire ò studiosi & auditores doctissimi, eorum quæ dicta sunt, partim esse uera (meo equidem iudicio) partim uero esse falsa: quæ dixit Fabius uir apprime eruditus atque excellens, omnia mihi uidentur esse uera, & poterat ipse longius suum sermonem extendere, & magis approbare, sed non

placuit, quid tum: ego quidem arbitror id fuisse in causa, quia est Philosophus, & si longius sermonem suum protulisset, erat opus ut de suo quidē maledixisset Aristotele. Etenim potest esse perspicuum omnibus, quod dixit iecur cibi concoquendi gratia animantibus fuisse condonatum: & quo modo id sit intelligendum, iam declaratum est, & optime. Præterea dixit in iecinore non procreari sanguinem, quia non habet conceptaculum ut cor. In corde igitur uoluit Aristoteles gigni sanguinem non postremum (ut male sensit Auerroes, ut uisum est) sed primum, quum habeat conceptaculum, in quo quidem cerni potest ex Anatome, quod in ipso procreatur sanguis: sed huic placito respondet Galenus in quarto de usu partium in his uerbis, οὐκ οὖ ἢ ἀκρίσεως ἕμεκεν ἡ φύσις ἐποιησε την τοσαύτην πλοκὴν τ̃ κατὰ ῥῆ παρ ἀγγείων, ἀλλ' ὑπερ τ̃ χρονίζουσαν ἐν τῷ πλαγχνῳ τὴν τροφὴν αἱματοῦσθαι τελέως, εἰ γὰρ ὡς ἐπι της καρδίας μίαν εἰργασατο μεγάλην κοιλίαν οἷον δεξαμενήν τινα, κἀπειτ' εἰς αὐτὴν διὰ μιᾶς μεν φλεβὸς εἰσῆγε τὸ αἷμα, δ' ἑτέρας, ἢ ἐξῆγεν οὐκ ἂν ἀκαρῆ χρόνον κατὰ ῥῆ παρ ἔμενεν ὁ ἐκ της γαστρὸς ἀναφερόμενος χυμος, ἀλλα διεξήρχετ' ἂν ἑτοίμως δ' ὅλου τ̃ πλαγχνου τῆ της ἀναδόσεως ῥύμη φερόμενος. ἕνεκα ἢ τ̃ μένειν εἴθι πλέον, κὴ ἀλλοιοῦσθαι τὴν τροφὴν τελέως αἱ τῶν διεξόδων στενότητες ἐγένοντο, ὥσπερ εἴθι μεν της γαστρὸς ὁ πυλορος ἐπι ἢ τ̃ ἑντερων αἱ ἕλικες, οὕτω δε κὴ αἱ τροτῶν ὀρχεων εἱλιπόμεναι πολυειδῶς ἀρτηρίαι. κὴ φλέβες ἐγενοντο κὴ ῥ κατὰ τὴν κεφαλὴν ὑπο τῆ σκληρᾶ μηνιγγι πλέγμα τῶν ἀρτηριῶν, ῥ δικτυοειδες ὀνομαζόμενον, ἔνθα

γγ

ἢ ἂν ἐπὶ πλέον ἐθέλη μένειν ἡ φύσις τὰς ὕλας, ἐνταῦθα δύνορον αὐτοὺς ἀπεργάζεται ὁ πρόσω, γενομένης ἓν μιᾶς μεγάλης κοιλίας, οὔτ' ἐπὶ πλέον ἂν ἔμενε τῷ αἵματι καὶ μέρος ἐλάχιστον αὐτῆς σαρκὸς ἥψατο σεν ἂν τ' ἀπλάγχνου, ὥς τε καὶ κατὰ τοῦτο χείρονα γίνεσθαι τὴν αἱματώσιν. Quod eſt, Non igitur ſecretionis cauſa natura tantum plexum uaſorum in hepate effecit, ſed ut morans in uiſcere alimentum, in ſanguinem perfecte tranſmutaretur: ſi enim ut in corde feciſſet & unum magnum ſinum, ueluti ciſternam quandam, deinde in ipſum ſinum per unam quidem uenam induxiſſet ſanguinem, per aliam quidem eduxiſſet, ne breuiſſimo quidē tempore in hepate manſiſſet is ſuccus, qui ſurſum ex uentriculo fertur, ſed ipſo diſtributionis impetu raptus, per uaderet celeriter totum uiſcus: ut igitur maneret diutius ſimul & perfecte alimentum alteraretur, tranſituum angustiæ extiterunt, quemadmodum in uentriculo quidem pylorus, in inteſtinis inuolucra, pari modo & ante teſticulos, arteriæ, & uenæ inuoluuntur multipliciter, atq; in capite ſub dura membrana plexus retiformis appellatus: ubi enim diutius natura uoluit morari materias, ibi tranſitum ipſis difficilem molita eſt: porro ſi unus extitiſſet magnus ſinus non manſiſſet diutius in hepate ſanguis, partemq; minimam carnis huius uiſceris attigiſſet, eoq; deterior utiq; fieret ſanguinis generatio. hactenus Galenus. Quod non conſiderauit Ariſtoteles, qui exiſtimauit in corde gigni ſanguinem, quia habet conceptaculum. Porro manifeſtum eſt ex Galeni uerbis, quod ſi in hepate adeſſet conceptaculum, quod in ipſo deterior

ſangur

sanguinis fieret generatio, tum quia in ipso non maneret diutius, ut possit elaborari succus, tum quia ne carnem hepatis minimam attingeret, ut sanguis posset procreari. Quod facit & nos existimare, quod in corde non possit gigni sanguis, ut arbitrabatur Aristoteles: quia si in ipso haberet & gigni, quum non possit diutius permanere, quum habeat sinum amplum, ut per unam uenam induceretur sanguis, per aliam uerò educeretur, ut ne breuissimo tempore in corde quidem maneret succus, qui ad ipsum ferreretur: sed ipso distributionis impetu raptus, semicoctus peruaderet celeriter totum uiscus, essetque homo semper mali habitus, uideremusque ex Anatome, dum ipsum dissecaremus in eo & inlaboratum, & semicoctum abundare sanguinem. Præterea non potest esse, ut cor habeat facultatem gignendi sanguinem, quum eius caro ad sanguinis generationem non possit concurrere, quum uiolosa sit, & cum uenis societatem habeat, licet aliter uideatur annuere Aristoteles in tertio de partibus animalium, capitulo quarto, ubi uidetur uelle quum cor sit de natura uenarum, quod ob id in ipso habeat procreari sanguis: sed iam declarauit Galenus in sexto de placitis Platonis & Hippocratis, ipsas de sui natura non posse sanguinem gignere, quum sit ruber, quum eorum natura sit alba: & ideo quum cor secundum Aristotelem sit de natura uenarum, aliquam rem potius albam, quàm sanguinem posset celebrare, hepar autem quum sit sanguis incrassatus, negari non potest, quod humor

qui ex

qui ex uentriculo in ipsum destribuitur, fiat sanguis, quum demonstratum sit in libro de Semine id quod mutatur, in similẽ speciẽ, ei quod mutat, peruenire. at si quis putat cor uenis facultatem suppeditare, materiam uero iecur (inde enim sanguis prouenit) ideoque plures particulas inferiores iecoris esse, quibus necessarium est omnibus alimentum suppeditare. Porro hic mihi uidetur (ut respondeam cum Galeno in sexto de placitis Platonis & Hippocratis) per ea quæ statuit concedere, quæ non uult: nam ex iecore sanguinem deriuare, quid aliud est, quam facultatem in hoc uiscere contineri sanguinis effectricem? Si igitur animantis nutriendi gratia sanguinis est generatio, in iecore autem sanguis gignitur, nutritoriæ facultatis initium hoc uiscus, non cor erit, nempe quod materiam idoneam alendo toti corpori prospicit, hoc bona ratione initium est facultatis & nutritoriæ & uegetatiuæ, quemadmodum etiam in stirpibus illa pars quam radicationem appellamus: trahit enim ad se per numerosas radices ex terra alimentũ, transmittitq; elaboratũ prius toti stirpi per troncum. Si namque eiusdem facultatis quemadmodum & pulsatoriæ initium cor statuerimus atque posuerimus, ex superfluo iecur natura, quæ nihil frustra operatur, fabricata est. Quippe licebat in corde alimentum sanguinis natura induere, uerum ceu in magnum opus ministri cuiusdam instar, iecur natura cordi adiunxit, qui alimentum prius ipse præpararet, quemadmodum etiam ipse uentriculus iecinori præparat. Probabilis, & a ueritate quidem non absimilis hic

sermo

sermo est, non tamen uerus, siquidem apparet iecur non tanquam minister domino materiam præparare, sed uelu ti ipse dominus potestatem habens ipsius distribuendi. Porro euidentia exempla in ipso animantis corpore licet conspicari: omnia igitur quæ materias alijs præparant, illis easdem integras tuentur, ac neque ex pulmone alia quadam uia alibi secta est præter unam in cor pertinentem. Neq, enim ex uentriculo & intestinis aliò præter quàm in iecur: neq; ex plexu reticulari, aliò quàm in cerebrum: neq; ex uasis semen præparãtibus in aliud quoddam præter quàm testes: ita uero meatus omnes biliosum humorem congregantes in unum uas deferũtur, nempe uesicam iecori proximam, inde in ieiunum intestinum illum mittunt, quemadmodum renes urinam in unam nimirum uesicam propellunt. Neque igitur iecur si ut cordi sanguinem præpararet, a natura creatum est, distribuere ipsum semielaboratum credetur: neq; enim ministri tale opus, sed ducis & præfecti, neq; materiæ non satis elaboratę affectus, quippe ministri est solum pręparare, materiæ imperfectæ est non distribui: atqui neq; ut minister iecur, sed ut dominus, neque ut materiam imperfectam, sed sanguinem distribuere creditũ est: omnes enim quæ infra septum transuersum animantis sunt particulæ, a iecore citra controuersiam sanguinem obtinent, & si plures dimidia ipsorum parte existant, clarius autem si & ipsum septum transuersum & membranam cor integentem unà cum alijs membranis uicinis, tum quæ thoracem intercipiunt, tum quæ pulmonem ambiũt, alimentum haurire ex caua uena, priusquam ad cor perueniat,

a còn

a conſectione edocti fuerimus, ſciemus plures animalis particulas ex iecore nutriri, & palam et ſine controuerſia, ut eſt oſtenſum a Galeno in pluribus locis, præſertim in libris placit. Hippo. & Plato. Adrem tamen, at teſtatur huic ſermoni etiam inter alia uniuerſa, quæ in Anatomis apparent, primum et maximum nempe recrementorum ſanguinis expurgatio: tanque enim abſolutæ humoris generationi, & congruam ſpeciem obtinenti, recrementorum inſtrumenta purgatoria, natura fabricata eſt renes, lienem ueſicam, bilis receptricem: neque licet quartum aliud alimenti excrementum ne cogitare quidem, uel materiæ qualiſcunq; a calore mutatæ, uerũ plurimum tria numero ſunt, ut in pluribus locis a Galeno expoſitum eſt: in corde neq; aliud quoddam purgans inſtrumentum natura fecit, neq; alium machinata eſt humorem, ſimilis namq; ſanguis eſt, & qui in dextro cordis ſinu, & qui in omnibus uenis per totum animal continetur, quemadmodum & qui in arterijs uniuerſis habetur, ei reſpondet, qui in ſiniſtro ſinu exiſtit: hic itaq; tenuior plerumq; eſt, & flauior, nonnunquam e contrario craſſior & nigrior, ſemper uero calidior ipſe eſt: at qui in dextro ſinu continetur ſanguis eandem ſpeciem habet, quam omnis alius, & is qui in iecore habetur, tanquam nihil ſingulare ac eximium in dextro ſinu acquirat: maxima autem fides iecur nullum humorem in animalis particularum nutritionem cordi præparare, ſed ipſum uniuerſam eius ſpeciem abſoluere, quod una ſit uena quæ ex iecinore aut corde procedat, altera uero non, item contra enaſcatur ex alia ipſorum parte, quæ elaboratum

ratum humorem in totum corpus deducat, & si alia quidem arteria introducat, alia educat spiritum: uidetur enim natura non eisdem uti uasis & ad semelaboratas materias, & omnino confectas, immo ne eisdem quidem uijs: neque enim fieri potest ut simul concoctum alimentum ex iecore in cor dispensetur, simul iam elaboratum per eandem uiam deferatur, uerũ esset omnino alia quidem uena quæ semicoctũ inueheret, alia quæ exacte elaboratum educeret: nunc autem inuehit quidem aliqua, nulla aũt euehit, præter eam quæ in pulmonem pergit, sed de hac est altera ratio. Persistamus in proposito, & dicamus quod ex his, quæ ex Anatome inspiciũtur, nunquam licebit attestari, in corde procreari sanguinem ob causas iam dictas sed potius in iecinore: in quo etiam declaratum esse potest ex prædictis, animam, uel si mauultis, naturam ipsam uegitatiuã residere, non aũt in corde. Nec obstat quod uideantur arteriæ a corde ad iecur descendere, ut per ipsas mittantur spiritus, ex quibus facultas uegitatiua habeat generari, quãdoquidem hæ nõ hac de causa a natura condonatæ sint, sed potius ut calor iecinoris conseruetur (ut declarauit Galenus in .iiij. de usu partium) in commoderatione: nec aliter esse potest, quia paruæ sunt arteriæ quæ ad iecur proreptant: si enim in hepate naturalis spiritus generaretur, opus fuisset multis quidem arterijs, ut in eis uitalis spiritus in naturalem transmutaretur: multos enim oportuisset diffundi uitales spiritus, qui per totum corpus in naturales transmutarentur: erunt igitur naturales spiritus a uitalibus distincti, & horum principium sine dubio erit he-

par

par, non autem cor, & cum hepar sit officina sanguinis, & melius sit unum esse quam plura, necesse est, ipsum sit uenarum principium quoq;. Hæc igitur sunt ò studio si quæ in præsentiarum mihi occurrunt dicenda circa sanguificationis organum, & uenarum principium: sed quantum ad uenarum principium, non etiam me præterit amplum iter ad dicendum esse pro Galeni tutela, sed ne uidear plerisq; uestrum occasionem dicendi meuelle subtrahere, & ut uos in hac re quid sentiatis possitis exponere, uisum est supersedere, dixi. Illico ut finiuit Pacinus, studiosorum qui tunc aderant, nonnulli erant qui uolebant ut Bonfiliolus, quam opinionem haberet, exponeret. Aliqui uero optabant potius, ut Victorius etiam quid ipse sentiret, se intromitteret: sed quum isti longe plures essent quàm illi, equidem uicere, sicque data est Victorio dicendi prouincia, qui sic incepit. Non equidem ò studiosi a me expectare oportet, quum sim senio iam confectus, ut uelim & possim (ut solebam) meo stylo quærere, ut uestras aures demulceam: quoniam nunc oblita mihi tot carmina. In ea enim sum ætate ut mihi donandum potius esset rude, quam experiri quid ualeam, & sentiam, quum alias in ætate mea florida singulis annis publice demonstrarim et quid teneat Aristoteles, et quid Galenus, et horum quis melius senserit: in præsentiarũ aũt nolo tantum negotiũ mihi assumere, cũ quia aliqui uestrũ qui me audiuere, iam exposuerũt, tũ quia (quod etiam plus est) nõ mihi ea satisfacit memoria quæ olim solebat, ut possim difficultates sigillatim examinare, & in ordinem redigere, ne uos & me habeam

confo n

confundere potius quàm extricare rem: proinde immorabor in his duntaxat, quæ dicta sunt et a me nõ probãtur ualde. Non tacebo igitur illud in primis, quod admiratum est de Galeno, qui scripsit in .v. de locis affect. cap. primo, ex peculiari cordis temperie omniũ partium actiones perfici, & hac pereunte, actiones quoq; ipsarum perire sit necesse, ac proinde cerebri quoq; ac iecinoris. Et istud fuit expositum quod in hoc loco Galenus tenuit cor esse principem, & omnium partium & facultatum ipsarum, licet aliter in alijs locis sit scriptum, in quibus habetur quod hepar & cerebrum ita sint principes ut cor: etenim uult Galenus hepar esse princeps suæ uegetatiuæ, & cerebrum animalis, ut cor est princeps uitalis suæ facultatis, & quod cor ita ministratur ab istis duobus, ut ipsum ministrat ipsis: si enim cor ministrat facultatem uitalem, ab ipsis ministratur & animalis & naturalis facultas ipsi. suscipiunt igitur, secundum Galenũ in quarto de usu partium, & in libro de fœtus formatione, mutua ab inuicem beneficia, sicq; nullum horum potest uocari princeps magis quam aliud: & ob id, & si dictum est in libris de locis affect. omnium partium actiones a corde perfici, & hac pereunte, & actiones earum quoq; perire sit necesse: non negauit tamẽ etiam quod qualibet earum amissa, quin sit necesse & facultatem cordis unà perire, ut seipsum declarauit Galenus in .ix. Meth med. ne quispiam se calumniandi ansam haberet, quod in hoc placito cum pugnantia loquutus fuerit, ut in præsentiarum usu uenit, qui a Bucchaferreo tanquam sibi ipsi contrarius extiterit, & si seipsum explicuit, nõ

potuit

potuit tamen effugere, quin adhuc non sit damnatus, sed hoc in tempore, mehercle admirandum est summopere, quod multi comperiantur, qui sibi persuadent, quia cùm Galeno manus inferunt, se adipisci famam: sed istos arbitror relinquendos esse cum his qui egent Antycera. Sed ad rem, dicamus nos, si in istis tam apertis damnatur Galenus, quid fiet quaeso in illis, in quibus sermo est probabilis, non tamen uerus: & si sit uerus, in eo tamen tot imminent difficultatum myriades, sicuti fuit ille sermo qui tactus est, an cor prius generetur, an hepar. In propatulo habetur Aristotelem uoluisse cor esse primum quod generatur, ut probatum est: Galenus autem id tenuit esse hepar, ut in libro de fœtuum formatione, multis persuasionibus demonstrauit: præsertim inhærens his quæ oculata fide inspecta sunt, & adhuc inspici possunt: nam in abortibus fœtuum supra triginta dies (ut ab his prius incipiam) prope inter se sita manifeste apparent tria hæc animalis membra, hepar, cor, & cerebrum, atq; maius utriusq; aliis uidetur hepar: inferiora uero ipso longe sunt iuxta magnitudinem tum cor, tum cerebrum. Nec uero possibile est inuenire, quando cor principium formationis habeat: abortus enim qui in primo mense fiunt, nihil manifestum docent, et dissectio animalium hominibus similium iuxta eundem modum, neq; ipsa quicquam constans ostendit, quamdiu sane inarticulatus fuerit fœtus, ubi autem in articulos digeri iam cœperit, plurimæ quidem aliæ partes nullum manifestum lineamentum habẽt. solæ uero prope inter se tres hæ conspiciuntur, uelut iam dictum est hepar, cor, & cerebrum: sed quid apparet in

primis diebus scripsit Hippocrates, siue eius discipulus Polybus in lib. de natura fœtus, quod in genitura sex dierum intra secundam uidit liquorem rubrum & rotundū pellucescere: hic sane liquor nullum poterat esse aliud membrum, quàm hepar ipsum inarticulatum adhuc et informe, quum sit scriptum, ipsum fuisse rubrum: nec ullo modo poterat esse cor, quia eius natura uiloſa est, ut attestatus est Aristoteles in. iij. de partib. animal. cap. iiij. fuisset igitur potius album, quàm rubrum, quia orta attestantur suis principijs. Villi enim ex semine quidē procreantur: nequaquā aūt possibile est aliquam generari particulam citra sanguinis substantiā: nec uero quæ albæ et exangues partes sunt, ex ipso sanguine generari possibile est, uelut hepatis substantia generatur. Celerrimā igitur generationem hoc uiscus ex sanguine habet, utpote quod simillimam ipsi corporis substantiā possideat: si enim secta animalis uena profluētem inde sanguinem in aquam moderate calidam illabi siueris, consimilem coagmentationē substantiæ hepatis acquiret. Hoc igitur uiscus promptissime coagmentatur ex hoc solo, quod cōtinetur circa uteri corpus, id perpetiens: reliquæ partes singulæ quæcunq; carnosæ sunt & sanguinariæ longiore tempore indigēt ad generationē: proinde cōsentaneū est, quod prius generetur hepar, quàm cor. Nec obstat id quod obiectū est, quod uita est prius quā nutritio: ad id enim respōdet Galenus in libro præcitato quod unaquæq; pars habet propriū calorē non tamē acquisitiuū a corde, ut imaginatus est Aristoteles, sed est quemadmodum accēso in ipsa igne fit calidior, sic & corpus animalium ex corde acquirit

quirit caliditatem maiorem ea quæ insita est a natura ue
nis ac hepati, & sanguini uidelicet in ipsis contento: &
hanc caliditatem quæ a natura insita est, nitam esse, &
ex hac partes coagmentari in fœtu uoluit Galenus, &
usq; ad manifestam effigiationem similiter ut plantas gu
bernari, nec opus esse ut fœtus in principio generationis
arteriarum pulsuum & cordis utilitatem habeat, quēad
modum colligi potest ex libris quos scripsit Galenus de
respirationis, & arteriarū, et pulsuū in ipsis utilitatibus
ac si esset planta: & propterea uoluit Galenus cor esse
principiū gubernationis nō aūt generationis, quia hepar
ita habet caliditatem, quæ est uita, a natura, quæ secun
dum aliquos est semen, ut cor. & si cor quidē maiorē ha
bet caliditatē, habet tamē ut conseruet caliditatē ipsius
& aliarum partiū. imo animalia ipsum habēt uelut ignis
focum quēdam: non aūt quod uita in ipso prius sit, & in
ipso prius generetur, ut supponūt isti, qui tenent cor esse
primū omniū quod a natura formatur, qui non solū errāt
circa utriusq; sentētiæ pronūtiationē, sed etiam si conce
datur eis cor nō solum primū omniū formari, sed et ipsum
reliquas omnes formare: ad hæc non necessario sequitur
actiones in perfectis animalibus per illud fieri, neq; idē
est aliquid aut generationis, aut gubernationis principiū
esse. Alij enim sunt qui urbes ædificāt, alij qui gubernāt,
quēadmodum etiam naues, & quecunq; alia extruunt
quidem alij, utuntur aūt alij his recte iam fabrefactis:
sed hæc ab Aristotele haud unquam fuere cōsiderata:
quia si cōsiderata fuissent, nunquā ausus fuisset ipse ita
aperte determinare cor esse omniū primū quod generatur

nec contradixisset his, quũ in Anatome quotidie inspiciuntur. sed nihil miri est, quia etiam in multis alijs, quod Anatomen spectat Aristoteles errauit, ut animaduertit Galenus in septimo de Anatomicis administ. Propterea nolui ò studiosi haud umquã uobis persuadere, ut in Anatome & his quæ ipsam spectant, uelitis ipsum imitari, sed potius Galenum, qui, quod in Anatome curiosum magis & diligentem se prestiterit, suis quidem indicauit lucubrationibus. hæc pro nunc sint satis. Dixi. Vt suum peregit sermonem Victorius, statim omnes studiosi uno ore conspirarunt, ut Bonfiliolus quid sentiret, proferret, qui lacessitus sic coactus est loqui. Postquam uideo uos ita impatientes ò studiosi ut uelitis omni modo ut in hoc certamen ego quoq; descendam, ut uobis obtemperem, non grauabor id onus suscipere. Sed illud uelim uos sciatis, mihi parum uel nihil fuisse relictum, ut possim aliqua ex parte uobis satisfacere, quid sit sentiendum de sanguificationis organo, nisi istud quod sæpenumero mecum cogitaui, quod mirandum quidem est summopere de tanto uiro ut fuit Aristoteles, qui quum uiderit, ut etiam ipse fatetur in nonnullis locis, iecur omnibus quidem animantibus adesse sanguinem habentibus, non existimauit iecur ita gignere sanguinem, sed quia nemo, inquit ipse in tertio de Partibus animalium, cap. quarto, id censuerit esse sanguinis principium. Ex hoc concludit id esse cor, quod est origo & fons sanguinis non autem hepar: sed ita me Dij ament, ni uererer quod multi uestrum me calumniarentur, auderem dicere hanc non esse unam ex eis decantatis illi & nominatis demonstrationibus, de quibus

bus si suos libros refersisset, nō illam apud posteros con sequutus fuisset gloriam: quæ enim est hæc ratio, quia ne mo dixit iecur esse sanguinis principium, quod ob ia cor sit ipsum. Certe Aristoteles hic, ut solet in aliis quidem locis non mihi satisfacit: nec quum dicatur etiam, quia locus cordis est medius, quod etiā ob id cor sit principiū sanguinis, & in eo residet anima nutritiua, quum id nec sit scientificum, neq; rei quæ præponitur demonstrandæ satis idoneum, quoniam nondum per id colligitur, quod cor sit principium: non enim necessario sequitur, quia me dium in animante situm est, ideo omnium principium ip sum existere: & si ne hoc ipsum quidem uerum sit medi um in animāte cor haberi. nam si quis discutiat, umbilici regio media est, ut declarauit Galenus in quinto de usu partium, & in secundo de placitis Plato. & Hippo. in cuius uentre dum sit iecur, est credendum quod sit in lo co magis medio quàm sit cor, & ideo obtineat locū prin cipaliorem, & ob id sit potius principium sanguinis, & in eo resideat anima nutritiua, quàm in corde, licet in li bro de respiratione, & in tertio de partibus animalium, cap. quarto censuerit oppositum. Sed ego nolo amplius in his immorari, ne uidear delectari in reprehendendo hunc talem uirum: legatis uos ò studiosi Galeni libros, quæsò, si uultis de his satisfieri, quoniam in ipsis omni- bus responsum est, in præsentiarum satis esto, admonuisse Aristotelis rationes de sanguificationis organo, a Gale no perbelle fuisse cōfutatas, adeo ut sine dubio cogamur fateri hepar esse principium sanguinis, non autem cor, et quod hepar, non ueluti anchora (ut meminit Aristoteles

in tertio de partibus animalium, cap. vij.) a natura factum est ut in latera corporis uenam maiorem affirmet, quoniam ligamenta membranea ad dorsum (ut apparet ex dissectione) sunt multa & ualida: adeo ut ab eo ipsam stabilire non egeat. Hæc sunt o studiosi quæ mihi nunc occurrunt dicenda de sanguificationis organo: de exortu cauæ uenæ aũt nolo me intromittere, quia Maggius forsan id ægre ferret, quum in præsentiarum Anatome ab ipso administretur: propterea ne ansam dicendi uidear eripere supersedebo, Dixi. Acquieuere omnes studiosi Bonfiliolo, & rogarũt Maggium ut uellet proferre, de exortu cauæ uenæ quid sentiret, qui ita tãdem fatus est, Quanto magis magisq; cogito ò studiosi onus admodum mihi quidem graue imponitis, dum uelitis ut dicam quid teneam de exortu cauæ uenæ. Porro satis omnibus pro comperto habetur, quod Aristoteles et Galenus, uiri ambo eminẽtissimi, ex diametro inter se quidem de hoc prę-liantur: Aristoteles namq; opinatur cor esse principium uenarum Galenus autem existimat id esse hepar, et ambo probabilibus utuntur argumẽtis. Sed his omissis quãtum in me est, semper tenui Galenũ longe melius de hoc sensisse quàm Aristoteles, persuasus his quę scripsit Galenus in lib. de optima sẽcta, ad Thrasybulũ cap. ij. quod illi sunt iure deridendi, qui de rebus sensui euidentibus sentẽtiã non sensorijs, sed demõstratione aliqua ferre conantur: propterea uidetur mihi absonũ uelle rationibus insistere in his quę oculata fide discerni quidẽ possunt, sed ò studiosi antequã ad id ueniam, uos scire uolumus, quod Galenus (ut eius mẽtem percipiatis) quando dixit

uenas

uenas oriri ab hepate, non intellexit quod uenæ ſuum aſſumũt principiũ ab hepate, ut ab hoc, ut a ſua ſubſtãtia oriantur, ut uiſus eſt Ariſtoteles uoluiſſe in.iij. de partibus animalium, cap.iiij. quando dixit cor eſſe principiũ uenarum, quia ex hoc uenæ, & per hoc eſſe uidentur. natura enim eius uenoſa eſt, utpote generis ſocietate iunCti cum uenis: quoniã quantũ ad hoc ſi uolumus cõſiderare uenarum ſubſtantiam, nec ſunt de natura cordis, quia cor magis carnoſum eſt, & ſanguinolentũ. nec ualet meo quidẽ iudicio, quod quũ cor ſit magis neruosũ quã hepar quod ob id uenæ quæ neruoſæ ſunt, potius dicãtur oriri a corde, quã ab hepate, ut orta atteſtẽtur ſuis principijs. quandoquidẽ uidemus nos aquã oriri a montibus et a ſaxis, aqua tamẽ non eſt de ſaxorũ natura, neq; montium: ſic itaq; tametſi dicantur oriri a corde, quã ab hepate, nec tamẽ neceſſe eſt ut de ipſorũ participent ſubſtãtia, ſed poſſũt aliã habere ſubſtantiã aliũde quã ab ipſis: ſunt itaq; hæ primę oĩum quæ ex ſeminis ſubſtãtia generata ſunt ut tradidit Galenus in lib. de Se. et fœ. for. et ſecundum hunc ſermonẽ neq; cor, neq; hepar erit principium uenarum: ſed ſi uoluerimus conſiderare principiũ uenarum, ut conſiderarũt antiqui, qui exiſtimarũt id quoq; eſſe diſciplinæ idoneũ, merito quidẽ dicetur radicatio uenarũ eſſe iecur. nã arboris ea pars, quæ regioni in qua ſemẽ proiectũ fuerat, reſpõdet, in hac.n. radicatione totius eſt prĩcipiũ nõ primariæ generationis tãtũ ſed etiã prẽſentis diſpẽſationis: ſed optimũ fuerit ad hoc cõſiderare prius quomodo ſtirpes generẽtur ſimul et diſpẽſentur, uere ſimile.n. ſolam illis inſinuatã de qua quęritur facultatem

euidentiora inditia partis, unde proficiſcitur, præbuiſſe: proiecto in terra ſemine qualicunq; ſi ſqualida fuerit ac ſicca, nihil amplius ad ſtirpis generationem ipſum ſemē molietur, utpote quum omnem ipſius inſitum madorem ad ſe terra attraxerit: quando autem mediocriter humida eſt, molle redditur ſemen, intumeſcitq, iuxta ambiens ipſum natiuum cutis, modo operculum, ac rumpitur quidem primum madore ſeminis in aerem conuerſo, deinde protenditur iuxta rupturam germen quoddam tenue, et utrobiq; molle, ac ſuperior ſeminis portio ceu ad aerem inferior in terram uergit: atq; hæc continue augeſcere uidentur ac ſemper ferri in quæ ab initio inclinabant: temporis proceſſu ſi ſemen arboris cuiuſdam magnæ fuerit, pars quæ in aerem fertur, caudex ipſius euadit, quæ in imum terræ declinat radix, & utraq; portio uarijs ſciſſuris diuaricatur, ſi multifidæ arboris ſemen extiterit, unum itaq; principium generationis & incrementi omnibus ſtirpis partibus eſt locus ille, unde ſurſum quidem caudex, initium uero radicis deorſum naſcitur, ac appareret tanquam ex foco quodam uirtus quæ arborem diſpēſat, illinc procedere. Mouetur itaq; contrario motu, deorſum ſane, & in unam terram, dum in multas primas radices creſcere incipientes germen multifariam diſcindit, ſurſum uero ramos quoſdam & caudices producit, illos rurſus in alia findit, uſq; dum hi in extremas & ſubtiliſſimas ſoboles deſinant, ac uidetur ſuperiorem partem totam, quæ eſt arbor cauſa ſui & fructus efformare inferiorem, ut alimenti ſit copia. quale enim animantibus os eſt, tale ſtirpibus extremum radicationis, ut ita dicā

uidetur

uidetur, osculis pluribus ex terra alimentum a natura fabricatum elicientibus. Agite iam similitudinem hanc ò studiosi ad animantia trãsferamus, non solum dum in utero matris sunt, sed etiam dum sunt extra. nam in utero matris (ut anno superiori uobis indicaui) uidimus quemadmodum fœtus semper a secunda complectitur, quæ uenis & arterijs plena est, neq; enim aliud quidpiam præter hæc tria substantiam ipsius constituunt: uerum multæ omnino sunt hæ uenæ & arteriæ ex propinquo inter se extentæ, comprehensæ, & coniunctæ corpusculo continuo, tenui, & membranoso. Quod si prægnantia animalia dissecentur, quæ non procul a natura hominis absint, uelut sunt capræ, oues, sues, equæ, asinæ, & præsertim boues, ut anno superiori uidimus, hæc ipsa secunda utero prægnantis concreta uidetur iuxta arterias & uenas. Cæterum principium generationis horum uasorum ex arterijs & uenis uteri est, quarum extrema in intimã uteri regionem oscula aperta habent, & per has solas fœtibus ad impregnantem communio existit: ex nulla enim alia parte, secunda perforata est, immo neq; contingit uterum præterquam iuxta hæc sola uasa: reliquum uero spacium ac corpus quod interiacet, uteris quidem intrinsecus subtentum est, ipsos autem contingit solum circa concretionem: atqui uasa in ipsa secunda angustissima principia habent, per quæ (ut dixi) unita sunt extremitatibus uasorum ipsius uteri, secedentia autem ab ipso in idem inter se perueniunt mutuò, modo quàm simillimo uelut radices in plantis. Quemadmodum enim in illis ex multis & tenuibus extremitatibus inter se coeuntibus

aliæ

aliæ radices crassiores generantur, & ex illis rursus mutuo unitis, aliæ: & hoc fieri non cessat donec omnes in tronci seu stipitis principium desinant: eodem modo et arteriæ & uenæ in secunda inter se coeuntes alias generãt seipsis ampliores, ex quibus rursus mutuo coeuntibus, aliæ rursus generantur, atq; hoc ipsum quum eis sæpe contigit tandem in duas arterias et totidem uenas totus ille partialium uasorum congressus absoluitur: atq; hæc quidem extra fœtum existunt. in ipso autem fœtu apparet (ut ostendã uobis & in hoc subiecto) ex his quatuor uasis quę appellatũ umbilicũ simulq; meatũ iuxta uracũ constituunt, statim ubi cutem penetrarunt, alterum par è uestigio uniri, atq; unam uenam magnam generare, ac hepati inseri: quod non faciunt arteriæ, quæ non ad hepar, sed ad illas tendunt arterias, quæ a magna per spinam porrecta ac bipartito scissa ad sibi subiectum utraque crus mittuntur. Quod facit existimare quod hepar est principium uenarum, & cor arteriarum. Vmbilicaris itaque uena (ut rem sequar) uelut arboris stipes introrsum penetrans bifida primum fieri apparet, & utraque pars eius multos exortus facere similitudine ac proportione ad arborum ramos, radicibus enim similes sunt uenæ quæ ad uentrem pertinent, sicut et hoc indicauit Hippocrates hisce uerbis, Vt enim arboribus terra, sic animãtibus uenter est, quoniam ueluti troncus caua uena existit ex gibbis iecinoris producta: & si alteri quidem fissuræ uenarum parti prædictã substãtiæ hepatis carnẽ innasci, alteri uero mesenteriũ generãti particulę et uentrẽ & splenẽ et intestinorũ uertiginẽ omnẽ et omẽtum et in

testinum

testinum rectum uocatum adiungi manifestum est. quæ uenarum plurimæ in his omnibus existūt, nulla cordi est continua: quod quum multis ueritatis studiosis aliàs sæpenumero dixerim, hi quidem admirati sunt, & sermoni fidem non adhibuerunt, uolueruntq; id quod dicitur sibi demonstrari. ac postquā ita esse obseruatum est, damnarunt utiq; eos uehementer, qui cor uenarum esse principium pronuntiarunt, quemadmodū si unam quālibet in toto animāte uenā segregatā adeo inuenerimus, ut neq; ipsi coniungatur iecori, neq; alicui uenarum ab eo procedentium, non pronunciaremus uenæ illius primordium esse iecur, ita quoniam nunc non unam, neq; duas solum, sed innumerabilem quādam multitudinē inuenamus nullam cum corde habere contmuitatem, non opinor dixerimus illarum uenarum cor esse principium, sed hepar, quū omnes cum eo communitatem habeant, ut arteriæ cum corde: & ita non immerito cor dicetur esse arteriarum principiū, uenarum aūt esse hepar, ut manifestauit Galenus hinc & inde contra Aristotelem, qui quātum in me est non illam quidem, ut Galenus animaduertit dispensationem, quæ erat sufficiens persuadere radicationem uenarum esse iecur: quia si uelimus secundū Aristotelē procedere, equidē tota de uenis cōfundetur disciplina. Quid enim aliud initiū disciplinæ magis idoneum potuit inueniri, iecore prætermisso: id quantum faciat ad disciplinam experti sunt prope omnes antiqui Anatomici: immo Pelops et si censuerit cerebrū nō modo neruorū, sedetiā arteriarū et uenarū esse principiū, a iecore tamē, ut egit de uenis, auspicatus est, tāq; ad disciplinā hoc uiscus initium

fieri

fieri putarit sermoni, sicuti etiam fieri contigit Vessalio, ut audiuistis uos ò studiosi, qui contra Galenum debacchatus, dum uellet tamen uenarum disciplinam ostendere a iecore auspicari coactus est. Proinde ne contingat talis error, nos quidem cum Galeno semper decreuimus statuere hepar esse uenarum principium, & ab ipso uenam cauam oriri. Censeant alij quidquid uelint, nunquam ego persuadebor quidem suis obfuscationibus, quibus plurimorum ingenia obtenebrantur, assentiri aliter, quàm quod longa exercitatione in Anatome coniectari potuimus, Dixi Finito Maggij sermone arctarunt studiosi Alcidem Bonacossam, ut ipse etiam diceret, quid teneret de exortu cauæ uenæ, qui & ita loquutus est, Non possum non uehementer admirari ò studiosi, quod hoc tempore quamplures reperiantur, qui non consideratis rationibus, quæ in altercatione proferuntur, audent tamen de ipsis ne uerbum quidem faciendo, se in contumelijs exercere, non sigillatim unamquamq; rationem, quæ obijcitur diluendo, sed more Andabatarum pugnantes huc, & illuc præcipites ferri: uellem equidem, & mihi consentaneum uideretur si quis uult negare, puta, ut in hoc nostro proposito, uenam cauã oriri ab hepate, ut sumeret prouinciam diluendi omnes quidem illas rationes, quæ adducuntur a Galeno in sexto de placit. Hippo. & Pla. & non tenere oppositum, eas relinquendo intactas, sicuti faciunt pleriq; nostrorum recentiorum, qui ex uno themate putant omnia peruertisse: quemadmodum usu uenit mihi hisce diebus præteritis de hac re quidem altercãti, quum Galenus scripserit, quia stipes uenæ cauæ ampli

or est iuxta hepar, quã iuxta sit cor, idq; fuisse animaduersum, esse oppositum, ob id non esse uerum quod caua uena oriatur ab hepate, aperte quidam concludebat, prę termittens & alias Galeni rationes, tanquam inutiles et omnino nihil cogentes: cui responsum est, quod id quamquam in nonnullis quandoq; reperiatur, ut in quibusdã arboribus etiam, ex hoc tamen non oportet tam aperte concludere, quod uena caua non oriatur ab hepate, quia aliæ sunt rationes magis scientificæ contrarium nobis demonstrantes, quas si non diluerimus, adhuc mehercle Galenus de suo paradoxo potest gloriari. Sic igitur ego si non audiuero ò studiosi, quod aliquis non sine ratione peruertet Galeni axiomata, nunquam potero remoueri quin sentiam cum Galeno uenam cauam oriri ab hepate: sicq; si aliquis uestrum est hic ex his qui existimant ipsam oriri a corde, respondeat quæso sigillatim rationibus, quibus utitur Galenus, et ei assentire non erubescã. Scribit itaq; Galenus in loco præcitato has demonstrationes, quarum prima est, quod uegetatiuæ in nobis facultatis, quam communem habemus cum stirpibus, uenæ sunt instrumenta, dum exiles uenæ in uentrem intestina, quemadmodum in terram arborum radices descendunt, omnes quidem ab una uena iuxta portas iecoris sita procedunt: rursus ex iecore maxima uena prodit, quam communem nũcupant, cuius ueluti rami quidam scinduntur uenæ aliæ, per totum corpus discurrentes, ex quibus cõcluditur uenarum principium esse iecur: quod rursus sequitur etiam communis cum stirpibus facultatis principium esse hoc uiscus, quam sane facultatem Plato appetitariam

titariam nominat. Hæc demonſtratio una eſt eius, quod iecur orgo ſit uirtutis appetitoriæ et uenarũ: altera ſumitur ex eo quod nulla alia particula in animante reperiatur, cui omnes uenę ſint connatę: quippe ex gibba iecinoris parte procedentem uenam cauam nonnulli ex dextro cordis ſinu prodiſſe affirmant: ſi igitur ab illa ſimiliter rami totius corporis uenę propagãtur, eſſet utiq; omniũ ipſarum principiũ cor: uerũ quę ex caua iecoris regione proficiſcuntur, radicũ modo in uentrem, ieiunum inteſtinum, tenue, cœcum, colum, longanonem dictum, lienem, & omẽtum ueniũt, non ab hac oriũtur, ſed eſt altera uena omniũ harum origo iuxta portas iecinoris ſita. Quando igitur adhuc uenarum principiũ dextri cordis ſinus erit, quum neq; cõmemoratę uenę, neq; pręter ipſas in caua iecoris parte ſitę cordi cõmittantur, iecur aũt his omnibus uenis cõmiſsũ ſit, et illis quę in totũ corpus excurrũt, per illã quę ex gibba ipſius parte procedit, quam pleriq; medicorũ propter magnitudinẽ cauã nominant, Hippocrates aũt, et qui huius ſcripta profitẽtur, iecoraria a uiſcere nuncupant, unde ipſa prodiit. quapropter ſecunda iam de iecinore demonſtratio habeatur, nempe quod uniuerſarũ uenarum ſit principiũ, eoq; etiam uirtutis nutritorię: alia porro ex ſuperfluo, tertia huiuſcemodi eſto, ſi dextriũ cordis ſinum cauę uenę ſtatuamus principium, aduerſabitur ei quod apparet, & quod in piſcium conſectionibus inuenitur: quippe nullius ipſorum cor dextrum habet uentriculum, quoniam neq; pulmo illis animantibus ineſt. cur autem generetur ſimulq; pereat cum pulmone cordis dexter ſinus, oſtẽſum eſt in opere de uſu partium

partium. Ex superfluo, ut dixi non parua dogmati fides est etiam ex sermone qui nunc expositus est. porro accedit alia adhuc quępiam huic similis, dum rectitudinem cauę uenę nos inspcimus: nam tota ipsius dextra pars a gibba iecoris regione usq; ad iugulum linea una recta in flexibilem eam seruare uidetur, ex sinistris autem processibus in dextrum cordis sinum fieri, quam uenam aliqui putant truncum seu caudicem, ut ita dicam, esse totius corporis uenarum quod si uerum esset, omnino scinderetur, & ipsa post exortum magnę arterię similiter, quam sine controuersia omnium in toto animante arteriarum principium uidere licet, qua primum ex corde oritur duplici propagine discindi, ut partium ipsius altera sursum altera deorsum in corpore educatur: quare etiam si caua uena ex corde prodijsset, omnino hęc quoq; similiter arterię bifariam scissa, altera parte ad iugulu emergeret, altera ad iecur deferreretur: quod cum non appareat, clarum est neq; ex corde ipsam originem ducere. Hę quatuor demonstrationes sunt in sexto libro de placitis Platonis & Hippo. abunde satis explicatę ijs qui norunt quid tandem sit demonstratio: si igitur reperiatur hic aliquis uestrum qui sciat has demonstrationes infirmare, ac diluere, equidem descendat in certamen, suasque rationes proferat. Non enim dubito, quum tot uiri sapientes hic adsint, si quid boni adduxerit, quin id laudent eique auxilientur rem agitantes, donec elucescat: si uero Galeni demonstrationibus nihil equidem reperiatur, quod opponi possit. quis igitur ei non conspirabit, & in eandem descendet opinionem? Nemo hercule nemo:

sicq; itaq; uisum est non amplius progredi, ut uideam si qui sint, qui talem in Galenum uelint suscipere prouinciam, Dixi. Vt finiuit Alcides Bonacossa, ne unus quidem tam ex philosophis, quam ex medicis ausus est Galeno contradicere, sed omnes potius immurmurauerunt. Quod studiosi uidentes, præsertim quum hora iam præteriret, finem pro tunc huiuscemodi sermonibus imponi uoluere, sic illo die isthæc controuersia, de cauæ uenæ exortu, & de sanguificationis organo fuit disputata, quam placuit hic recensere, & adscribere, quum faciat plurimum contra amicum nostrum Vessalium, qui tenuit oppositum, ut habetur in suo prægrandi libro terito, capitulo sexto, & sexto eiusdem, cap. xij.. Sed his tandem relictis, operepretium quidem erit ut examinemus & reliqua de quibus damnat Galenum deinceps Vessalius in eodem prægrandi libro tertio, cap. vij. ubi impudenter scribit Galenum de uena sine pari cum pugnantia loquutum fuisse in secundo de ratione uictus, in acut. cõmento decimo. Porro inquit ipse, Ter sibi contradicit Galenus, nam initio sermonis de uenæ cauæ per thoracem distributione legitur, uenam sine coniugio octo inferiores costas enutrientem a caua pronasci, antea quàm ad cor pertingat: Mox subijcitur, In quibusdan animalibus supra cor hanc a caua propagari: in homine autem ex ea cauæ sede eandem emergere equidem docetur, qua hæc dextram cordis aurem contingit. rursus sui oblitus Galenus aliquanto inferius subnectit, hominis infernas costas a uena enutriri, quæ sub corde a caua exoritur: ut his uerbis dicat Vessalius, quod in his tribus locis Galenus loquitur.

quitur de uena sine pàri: quod omnino falsum est, quia in primo loco scribit Galenus, dum enarrat uenæ cauæ dispensationem per thoracem propagari ab ipsa prius quàm ad cor ipsum pertingat, insignes quidem uenas ad septum transuersum, paruas autem ad inferiorem thoracis partem, quæ octo costis constat, contẽdentes quæ quidem aliæ sunt, quam sit ipsa uena sine pari. Nam sunt illæ uenæ quas scribit Galenus in libris de uenarum dissectio. & fœtuum formatione, esse illos exortus omnino tenues, quos facit uena caua in membranas thoracem obsepientes, & in tunicam cordi obuolutam: uena autem sine pari est illa, quam scribit Galenus enutrire thoracis partem, quæ octo costis constat, quæ quibusdam animantibus supra cor adnascitur: in cæteris uero, ut hominibus ex ea emergit parte, qua iam cordis aurem uena caua tangit: & hanc scripsit Galenus etiam in libro de uenarum dissect. & præsertim in libro de fœtuum formatione per thoracem diffundi, ut habetur ex his uerbis, ἱπποκράτης ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὁθεν ἐῶρα τὴν ἔκφυσιν ἡπατίτιν ἐκάλεσεν, ταύτης οὖν τοῖς φλεβὸς ἐκτεταμένης κατὰ μῆκος τοῦ ζώου, τὸ μὲν τι κάτω φέρεται κατὰ μέσης τοῖς ῥάχεως ἐσπριγμένον, τὸ δὲ ἄνω διὰ μέσου τοῦ θώρακος εἰθ' ὑπὸ τὸν τράχηλον ἀναφέρεται, πρώτας μὲν ἀπὸ φύσεις εἰς τὸ διάφραγμα ποιούμενον οὐ σμικρὰς, ἐπ' αὐταῖς δὲ ἑτέρας πάντως λεπτὰς, εἰς τε τοὺς διαφράττοντας ὑμένας τὸν θώρακα, καὶ τὸν περικάρδιον χιτῶνα, μετὰ δὲ ταῦτα εἰς τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας καὶ τὸν θώρακα: Hoc est, Hippocrates ab hepate unde exortum habere uidit, hepatitidem uocauit: huius igitur uenæ

næ in animalis longitudinem extentæ: altera quidē pars fertur iuxta mediam ſpinam firmata: altera uero ſurſum permedium thoracem in collum fertur, primos quidem exortus non paruos in ſeptum tranſuerſum faciēs, poſt ipſos uero alios omnino tenues in membranas thoracem obſepientes, & in tunicam cordi obuolutam: poſt ea uero & in dextrum cordis uentriculum atq; ipſum thoracem. Ex quibus uerbis habetur quod aliæ ſunt uenæ præter illam quæ dicitur eſſe ſine pari, quæ uadunt ad thoracem ſunt enim quędem quas hic λεπτὰς, hoc eſt tenues, illic autē σμικρὰς, hoc eſt paruas appellat Galenus, que diffunduntur per membranas thoracem obſepientes, ac eas quidem enutrientes. uena autem ſine pari nutrit thoracis muſculos duntaxat. Delirat etiam Veſſalius dum exiſtimat etiam Galenum titubare paulò inferius, dum ſcripſit uenam ipſam ſine pari ſub corde oriri, quum ſuperius tradiderit ex ea cauæ ſede eandem emergere, qua hæc dextram cordis aurem contingit, quoniam neq; hæc eſt contradictio. Etenim manifeſtum eſt Galeni uerba eſſe intelligenda aliter quàm intellexit Veſſalius: nam Galenus non uult, dum ſcripſit uenam ipſam oriri ſub corde, quod id intelligatur de tota baſi cordis, quia id etiam fateretur Galenus eſſe falſum ſed uoluit dicere quod illa uena oritur ſub corde a caua, hoc eſt, antequā cor annectatur ipſi cauæ uenæ: inferius enim oritur hæc uena ſine pari a caua, quā faciat cor ipſum, quia cor paulò ſuperius annectitur, uel ſi mauultis, coniungitur cum ipſa caua. Et ita conſiderando annectionem, quam facit cor cum caua, & ortum ipſius ſine pari etiam cum caua

merito

merito dicetur, quod ipsa exoritur κατωτερω της καρδιας, hoc est, inferius corde: & ita apparet ad quantum liuorem atq; errorem sit perductus Vessalius, Galenum non intelligens: & si intellexit (quod non credo) ut de eo quidem malediceret: sed omnibus potest innotescere, quod malefactum est, & si dici potest scelerate quidem tales excitari tumultus atque expostulationes, damnando illas cœlestes Galeni lucubrationes de Anatome, quibus diuine potius quàm humane insudatum est: quas si non haberemus, mehercle de studijs Anatomicis actum quidem esset, & si quispiam sine ipsis conari uellet, frustra (audeo dicere) impallescerct, imo uidemus nos quod & si Vessalius ab eo in pluribus dissentiat, eum tamen æmulari in quantum potest etiam non peætermittit. De quo non possum quin etiam uehementer non admirer qui deinceps de uenarum distributione pertractans, & quando q; neruorum, ut posterius demonstrabimus uidens & situm & numerum uariari, & figuram & magnitudinem recurrit ad id, quod scripsit Galenus in. iij. de Anatomicis administratio. quæ hæc sunt· καὶ τοιαῦτα νεῦρα, καὶ τὰς φλέβας τὰς μικρὰς τὰς ὑπὸ τὸ δέρμα σαι νομένας ὅτως ἔχειν ὡς ἐγὼ διηγήσομαι, τὸ γὰρ δι' ἐκείνης ἐπ' αὐτῆ οὐκέτ' ἔστιν ὅτε κατὰ τὴν θέσιν, ὅτε κατὰ τὸν ἀριθμὸν, ὅτε κατὰ τὴν ἰσχύτητα, καθάπερ ἐπὶ τῶν μεγάλων ἀγγείων τε καὶ νεύρων, ὅτε ἁρμοσῶς ἔχει, ὅτε θέσις, ὅτε τὸ μέγεθος ἀριβῶς κατιδεῖν ἔστι, Hoc est, Et tales neruos, uenasque exiguas subter cutem apparentes magna ex parte sic habere fingito, quemadmodum ego narraturus sum: non enim eãndem perpetuo

uel posituram uel numerum, uel gracilitatem retinent, sicut in maioribus uasis, & neruis, neq; numerus, ut dixi, neq; situs, neq; magnitudo exacte necessario permanet, hæcq; Vessalius in prægrandi libro quarto, ca. xiiij. & in pluribus locis commendat: audet tamen de uenæ humerariæ distributione ad axillam debacchari. certe hic homo perfricuit froncem, nec cum ipso, quum tam splendide ineptiat, esset agendus sermo: sed quia uidemus nos tot caliginosos esse, qui cum ipso insanire non desistũt, statuimus equidẽ pro ipsis tantũ laborare, utipsos, si ab hac hæresi, ueritate persuasi, uelint alienare, quo quo modo possim adiuuare, si non in omnibus, saltẽm in quibusdam, quibus adiuti negotium minus arduum, quã fortasse non esset, suscipientes libenter pertractant. Sic itaq; non erit inconsentaneum, aliam aggredi partem, in qua de neruis quidem actum est, & de ipsis indagare, quid ueritas expostulet.

TERTII LIBRI FINIS.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOME.

Liber Quartus.

NON me latet ò Studioſi ſi uellem reſpondere in omnibus, in quibus uidetur à Galeno diſſentire Veſſalius, quod opus eſſet ut totã de Anatome doctrinam perluſtrarem: præſertim in his, in quibus de neruis pertractatur; quum uelit ipſe Veſſalius in ſuo prægrandi libro quarto, capitulo ſecundo, plura quàm ſeptena dari neruorum coniugia, uel ſi mauultis paria, à Græcis συζυγια appellata. Sic namq, erit manifeſtum, ſi uoluero probare non plura quàm ſeptena, erit neceſſarium ut in omnibus perſiſtam & de omnibus ſermonem faciam: adeo erit opus ut multorum uerborum aceruus excreſcat nimium, et replicem ea quæ lõgo ſermone declarata ſunt & in libris de Anatomicis adminiſtrationibus, de Vſu partium, & in libro proprio de neruorum diſſect. conſecrato, & alijs quàm pluribus locis. Verum enimuero quia Veſſalius & ſi dixit eſſe plura quàm ſeptena, ob id tamen nec eorum nu-

merum descripsit, sed sequutus est Marinum, Galenum, atq; alios: propterea in hoc non elaborabo, quia & ipse Vessalius non multam facit difficultatem quod sint septē uel quod sint plura, sed unà cum præcessoribus in neruo rum descriptionibus suam disposuit doctrinam de neruis pergens tamen Galenum reprehendere etiam in omnibus in quibus ipse potest: & in primis circa olfactus organum. Scripserat enim Galenus in .iij. de locis affect. ca. ultimo, & in libro proprio de olfactus organo i sum quidem in prioribus cerebri uentriculis celebrari, idq; in libro proprio de olfactus organo uenatus est, inquirendo ab earum partium structura, quæ naribus continentes sunt, & ex propriis functionibus ipsarum accidentibus. Porro, inquit ipse, tunica illa circiter nasi meatus ossibus substrata est, quæ tum natura, tum continuitate eadem est cum illa, quæ linguæ ori faucibusq; hæret, nisi quod ea sane prætenuis est, existimare est opus, uel hanc esse odorum sensorium, uel ipsum nasi os: nulla siquidem alia ibi est tertia particula, at os illud nasi tantum abest, ut sit odoratricis facultatis particeps, ut tractrice etiā careat: tunica uero hæc, qua internæ partes obtensæ sunt illi, quæ celum & palatū contigit simillima est: unde propterea fieri nequit ut hæc in ratione perspicacis sensus illi præstet, potuisset tamen si quēadmodum linguā uidemus ita & ea alteri neruorum magnitudine anteiret: at neq; id ipsa habet, nam nec plus neruorū continet quam sibi possit esse necessariū ad sensum tactus. Præterea uero huiusce tunicæ non ea est natura, quæ sicuti, in alijs est, sensilium substantiā representare uidentur: instrumē-

tum

tum quippe uisus humidum, & luminosum est: tactus uero durū & terrestre pro suorum enim sensiliū similitudine instrumētorū unūquodq; a natura paratū est. quare odorum sensoriū oportebat uaporosum esse potius quàm durum & terrestre, ut ea nariū tunica est, quæ præter id quod huiuscemodi est, neq; neruos admodū cōspicuos sortita est, quos tamen etiā per ipsa lingua fuisset consecuta, quū hoc inter sensuū instrumenta sibi tertiū uendicet locum, quod pertinet ad cognitionē substātiæ, quæ tenuibus partibus constet: neruus nimirū qui uisui delegatus est, in eā excreuit magnitudinē, ut quamuis neq; per uniuersum etiā oculū diffundatur, sed tantūmodo ad id corpus perueniat, quod a crystalli similitudine cristalloides appellatū est, quodq; esse præcipuū uisus instrumētum monstratū est, eo tamē longe maior sit qui ad os uentriculi defertur, sed & meatus illius ubi auditus situs est, pars extrema & interior quæ neruū attigit breuissima est, tamen & ipsa crassum pro suæ magnitudinis ratione neruū adepta est: nec lingua quoq; exiguorū neruorū ex his qui a cerebro oriūtur facta est particeps: quare neque odoratus id sane sensorium habuisset quod ita exile esset, ut ea nasi tunica est, oportebat insuper id ipsum esse uaporosum, quū eiuscemodi sit ipsa odorū substātia. Hæc profecto sunt quæ, dum eam sequutus est indicationē quę à quæsitæ rei structura promenda est, Galenus eū a partibus illis, quæ naribus cōprehēdūtur, abducūt: nō aūt ut existimat Vessalius in suo pręgrādi lib. iiij. c. iij. qui imponit Galeno q̄ dixerit anteriores cerebri uētriculi esse olfactus organa, q̄ angustū hi coacti sūt, sed id manifestū

est nec unquam, quod uiderim, adduxisse Galenum, neq; ob id censuisse eos esse olfactus organa, sed solum, quæ Anatomen spectant, ob causas iam dictas, ut est uidere non solum in locis præcitatis, sed etiam in. viij. de usu partium, in. vij. de placitis Hippo. & Plato. & in alijs plus quam sexcentis locis. De illis autem quæ peculiariter actionibus euenium quæ quotidie obseruantes, inducimur fateri olfactilium sensum in prioribus cerebri uentriculis sedem habere, & argumenta multa, quæ huic rei non exiguam possent etiam fidem afferre, non memi nero, quia ad Galenum licet recurrere, quum ab ipso hæc res ita perbelle sit depicta ut ipsi nihil addi possit: uolui hic tantum adduxisse, quæ ex Anatome licuit con iectari, persuadentes Galenum non ita sensisse, ut mali tiose imputauit Vessalius, quemadmodum audire potuistis uos ò studiosi: quos etiam rogo atq; obsecro, ut ueli tis attendere hic paulisper Vessalij malitiam, quæ non solum animaduertitur in his, in quibus non oportebat (quia nec dixerat, nec unquam somniauerat Galenus) reprehendere, quum nullibi adducta sit uentriculorum angustia. Sed hic etiam fingit Vessalius Galenum nonnul la scripsisse quæ non obseruantur ut scribitur, ut Galenũ de suo perturbet loco: nã audite obsecro, quid dicat ipse in suo prægrandi libro quarto, cap. iiij. de illis neruis qui à Græcis ὁ σκληρὸς appellatur, quos fatetur quidem perforatos esse, haud unquam inspexisse tam in animantibus adhuc nuper calentibus, quàm in alijs aliquandiu mortuis, quorum neruos calente aqua fouere (quod persuadet Galenus in. viij. de usu partium, ad cognoscendum si

lati

lati sint illarum partium operimenti meatus in quibus continentur sensus) non prætermisit, nec unquam tamen illorum foraminum effigies perspecta est. sed me hercle nec his absoluitur Vessalius, quin id etiam suæ asscribatur negligentiæ, quũ non dicat expertũ fuisse in magnis animalibus, ut admonet Galenus in. vij. de plac. Hip. et Pla. quẽadmodũ & nos in bobus etiã quã sæpissime animaduertimus, quod fieri non potest, quum uix sit uisibile, ut testatur Galenus loco præcitato, nisi diligens in sectionibus fiat administratio: nam commode extremo uentriculo ablato, omnia quæ ei incumbunt corpora, sic ut non diuellatis comprimatisque nerui processum, uidebitis iuxta initium ipsius foramen. Hic itaq; est uerus ueniendi modus, si in huiuscemodi neruis sit foramen an non: non autem facere quemadmodum persuadet Vessalius, qui pretransuersum diuisit, ac elixauit: quia si hoc modo fit, fatemur quoq; nos apparere, quod continua constent substantia. & quod Herophilus male de ipsis sensisset etiam ipse (ut legitur in. x. de usu partium, & in primo de symptomatum causis, non longe a principio) quando poros nuncupauit, quod solis ipsis uiæ spiritus sint conspicuæ ac sensibiles: uerum quia ipse in Anatome se curiosũ præstitit, præsertim in hisce neruis, ei haud unquam ulla contigit hallucinatio: nec illis qui posterio res existentes Anatomẽ diligenter pertractarũt qui nec à Galeno, nec ab Herophilo hactenus desciuere, quia ipsos imitantes, eos perforatos esse conspexerunt, Vessalius autem qui curauit horum non sectator esse, sed calumniator impudẽs, sine specillis intuens, ita delusus est.

Quem

Quemadmodum etiam ei contigit & in his quæ debacchatus est contra Galenum de tertia neruorum coniugatione, quos scripsit Galenus in libro de neruorum dissectio. capitulo quarto, molliores esse, quàm qui sunt in secunda: quod esse falsissimum affirmare non erubuit Vessalius in suo prægrandi libro cap. vi. immo auguratur ipse exemplarium deprauatione id commissum fuisse, sed pace ipsius nec exẽplaria deprauata sunt. refugi enim ad Græca & hæc Latinis esse conformia plane legimus. nec existimare possumus, quod alia fuerit Galeni opinio, nec aliter obseruetur, quàm quod a Galeno scriptum est, quandoquidem traditur in septimo de placitis Hippocratis et Platonis, neruos motui deputatos duriores esse, quàm qui sensui consecrati sunt, cui sententiæ omnibus pro comperto habetur esse assentiendum (ut declaratur a Galeno in octauo & .xvi. de usu partium) & hanc affirmat Vessalius in suo prægrãdi libro quarto, cap. primo. quum igitur nerui secundæ coniugationis a natura creati sint, ut musculis oculos mouentibus distributi sint, necesse est ut sint duriores, quàm nerui tertiæ coniugationis, quia plurima eorum pars in linguæ tunicam dissipatur, ut tradit Galenus in quarto de locis affect. cap. vj. & hanc neruorum coniugationem gustatoriam appellant, quandoquidem per hos gustandi fit sensus: quod & idem declaratum est hoc modo in octauo de usu partium, & in libro de olfactus organo. Nec obstat quod hi etiam in musculos temporales & manssorios distribuantur, & ipsos quidem moueant, quoniam id non suorum officio, sed neruorum quartæ coniugationis beneficio potius celebratur

bratur, qui in exortu statim cum tertia permiscentur, & ita nihil esse quo possit Galenum impugnare manifestum est, & plus etiam est ualde manifestũ, ad quos et quot derisus sit perductus Vessalius, quò maledicat de Galeno, qui non curauit quod malefaciat, dum sibi met contradicat, nec quod sensui repugnet, nec quod contra rationes uerissimas eat obuiam, præsertim quando Galeni mẽtem non intelligens, more Andabatarum pugnam suscepit. Quemadmodum in eo, ut rem persequar, quod scribitur in suo prægrandi libro quarto, c. xi. & in. vij. eiusdem c. iiij. quod Galeni ratio sit uana, qua admonetur cerebellum esse simplex, ut unica esset spinalis medulla: idq; citat Vessalius esse traditum in octauo de usu partium. sed uidete obsecro ò studiosi quomodo petulanter Galenum contaminet Vessalius, non enim ibi nec alibi id unquam scripsit Galenus: quod autem scriptum esse comperi, id quidem est ubi agitur de cerebri uentriculis, quod natura non fecit in cerebello duos uentriculos, ne duplex esset spinalis medulla, quum certe ex ipso spinalis medulla perducatur, ut apparet ex hisce uerbis, ὥς τ' ἀσφαλὲς ἐρεῖν ἐν οἷς ἐγχωρεῖ ῥᾳδίως ἢ μονοφυοῦς, ἐγχωρεῖ δὲ οὐ πάντη οὕτως γενέσθαι, δυοῖν γὰρ νωτιαίοιν γενέσθαι ῥάχεις ἑνὸς ζώου, παντάπασιν ἦν ἀδύνατον εἰ δὲ τοῦτο, καὶ δύο μυελοὺς νωτιαίους, εἰ δὲ καὶ τοῦτο, καὶ τὴν τῆς παρεγκεφαλίδος κοιλίαν, οὐκ οἷόν τ' ἦν γενέσθαι διττὴν ἐξ ἀνάγκης γε τοῦ νωτιαίου μυελοῦ φλαφάνην, Hoc est, Tutius est, in quibus, licet quod geminum est, quam simplex, licet autem non ubique: namque in uno animali geminas facere spinas, omnino non licuit

licuit, quod si non licuit, neq; duas spinales medullas licuit. Quod si ita est, nec posterioris cerebri uentriculus duplex esse poterat, quum certe ex ipso spinalis medulla producatur. Ex his itaq; omnibus potest innotescere, quod Vessalius non accepit Galeni mentem, ut diximus: quia prædicta Galeni uerba non probant unitatem cerebri, ut existimat ipse, sed unitatem uentriculi, qui in ipso existit. Proinde aboletur illa Vessalij instantia, ne dicam garrulitas, quam facit contra Galenum, quod negauerit cerebellum cum cerebro cõtinuum esse, pari modo taxandum se offert Vessalius de cerebro, quod Galenus dixerit esse geminum (ut habetur in suo prægrandi libro septimo, cap. iiij. longe clarius in libro de radice Chinæ) ut una eius parte læsa, reliqua subseruiat. Sed id nec etiã unquam a Galeno proditum est, immo in loco ante præcitato legitur etiam de cerebro duplicem esse ipsius uentriculum, quo uno affecto, & reliquo manente illæso minorem offensionem in uitam suam animal accipiet, quam si uterq; simul affectus fuisset: idq; comprobatur ex illo pene incredibili atq; mirabili spectaculo, quod in adolescentulo uisum est Smyrnæ in Ionia, qui euasit, uulnere in alterum anteriorum uentriculorum accepto. Sed si ulla haud mihi adhibetur fides, legatur hic Galeni uerborum series, ut de hoc iudicium afferri possit,

ἀλλ' ἤ γε πρώτητε, καὶ κοινοτάτη πάντων τῶν λίφυῶν ὀργάνων ἥ ἐστιν ἐγκέφαλος καὶ θατέρων κώτων πάθοι, τὰ λοιπὰ ὑπηρέτοιν, καὶ ἡμεῖς πωτε τὸ παράδοξον ἐκεῖνο θέαμα, τὸ ἐν τοις ἰωνιας ἐν σμύρνη γενόμενον ἐθεασάμεθα, τὸ προθέντα μειρακιον εἰς τὴν ἑτέραν τῶν κοιλιῶν προσθι

εἶτα

ων, εἶτα περιγένομενον, ὡς εὐ ὀχεῖ βουλήσει θεοῦ, ἀλλ' οὐκ ἂν ὧδ' ἐπ' ὀλίγον ἐξήρκεσεν ἀμφοτέρου δι μοῦ πρωθῆναι παθήματι περὶ τὴν ἑτέραν συμπέσοι τῆς λοιπῆς μενούσης ὑγιοῦς, ἡ πῖον εἰς τὴν ξωὴν βελάβεται φ ξωοι, ἡ εἰ ἀμφοτέρα παθοεν ἅμα καὶ μὴν ἴσον ἐστιν ἢ δυεῖν οὔσων ἀμφοτέρας ἁμα παθεῖν, ἢ μιᾶς ἐξ ἀρχῆς γενομένης μίαν εἶναι τὴν παχουσαν. *Hoc est Sed prima quidem & maxime communis geminorum omnium instrumentorum hæc est, ut si alterum ipsorum læsum fuerit, reliquum subseruiat: nam admirabile illud spectaculū atq; incredibile quod Smyrnæ in Ionia accidit, aliquando sumus conspicati adolescentem uulnere in alterum anteriorum uentriculorum accepto, superstitem fuisse, ut existimabatur Dei uoluntate, sed ne temporis quidem momētum uiuere potuisset, si utrunq; simul uulnus uiolasset. Ad eundem opinor modum si sine uulnere alius quispiam affectus alteri uentriculorum acciderit, reliquo manente sano, minorem offensionem in uitam suam animal accipiet, quam si uterque simul affectus fuisset: nam perinde est duobus uentriculis comparatis ambos simul lædi, ac si unico a principio facto is unus afficiatur. Ad illud autem quod ingerit Vessalius, quod spectasset Galenum tenuisse cerebri diuisionem esse factam ad commodam ipsius nutritionem, ita respondendum esse arbitror, quod ipse Vessalius parum uel nihil se ostendit esse Galeni studiosum. quoniam id etiam (licet alio modo, ut declarabimus) quum agatur de utilitatibus membranæ, uel si mauultis meningis, crassæ, a barbaris duræ matris nuncupatæ, aperte colligi*

iur

tur, idque in nono de usu partium: scribitur enim quod ipsa non unius tantum utilitatis gratia, sed etiam quo nutriret (producit enim uenas in totum cerebrum dispergentes, constat autem quod harum actio propria & præcipua est nutrire) a natur a ingenioſe fabricata est. Proinde quod conueniebat geminum esse cerebrum, hac de causa etiam asserebat Galenus, ut ex his uerbis potest percipi, τὸ δὲ ὑπολοιπὸν μέρος τῆς παχείας μήνιγγος, ἦν οἷον ἀγωγὴν τινα αἵματος εἶναι ἐλέχθη. τὸ μὲν ὀρθὸν κατὰ μῆκος, ὡς ἐξ ἀρχῆς ὥρμητο, φέρεται πρόσω μέχρι πολλοῦ πολλὰς ἀποφύσεις φλεβίας εἰς ὅλον διαπειρομένας τὸν ἐγκέφαλον. καὶ τοιαύτη μὲν ἡ περὶ τὴν ὁδὸν τῶν φλεβῶν τέχνη τῆς φύσεως, ἡ δὲ μήνιγξ ἡ παχεῖα, ἡ τὸν πεπιεσμένον ἀγωγὸν τοῦ αἵματος ἐργασαμένη, οὐχ ἅπερ ἔμελλεν οὐδὲ αὐτὴ διὰ ταῦτα μόνον εἰς τοσοῦτον ἐκτεθῆναι, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν καὶ ταύτην ἐπέβαλεν ἡ φύσις, ἀπὸ τῆς κορυφῆς εἰθὺ τοῦ μετώπου, διὰ μέσης τῆς κεφαλῆς φερομένην, καὶ μὲν γε καὶ δεῖν ἦν διφυῆ γενέσθαι τὸν ἐγκέφαλον, καὶ τοῦτο αὐτῷ κέχρηται, ὡς πρόσθεν εἴρηται. κτείσασα τινα μοῖραν αὐτῆς, ἕως τοῦ μετώπου διορίζουσαν τὸν ἐγκέφαλον, *Quod est, Reliqua uero crassæ minũgis pars, quam uelut riuum quendã sanguinis esse diximus, recta quidem secundum longitudinem, ut initio cæperat, prorsum longissime fertur, multas producens uenas, quæ in totum cerebrum dispergũtur: ea certe est naturæ in deducendis uenis solertia: crassa porro menix quæ prædictum sanguinis riuum efficit, non utique propter hoc unum dumtaxat eo usque fuit extensa, sed aliam quoque huic natura addidit futuram,*

quæ

quæ a uertice recta ad frontem per caput medium fertur: atq; etiam conueniebat geminum esse cerebrum, ad eamq; rem hac mininge usa est, ut supra diximus, portionem eius quandam ad frontem extendens, quæ cerebrum diuideret. Non admirabitur quispiã, cur soleam & Græcam & Latinam uerborum seriem hic adscribere, id est, & semper fuit in causa, quoniam in pluribus deprauatus est Latinus codex, præsertim hoc in loco, qui maximam ob id parit difficultatẽ, & arbitror quod iste locus fuit in causa, quod Vessalius aberrauerit, quando opinatus est quod Galenus in octauo de usu partium, loquutus fuerit de diuisione cerebri, & non uentriculorum, quod est falsum, ut supra demonstrauimus: quia secundum Latinam traductionem quæ circumfertur, & antiquam & nouam, faciliter potest percipi quod ibi agitur de diuisione cerebri, quia legitur, Conueniebat, ut supra diximus, cerebrum esse geminum, nullibi tamen in libris de usu partiũ loquutus est de cerebri diuisione, nisi sit illo in loco in. viij. de usu part. sed cõstat quod aliter sonãt uerba græca: ut exposuimus, quã quæ cõmuniter legũtur: atq; idcirco cessat tota difficultas, quia illud ꝙ supra diximus, refertur nõ ad cerebrũ sed ad menĩgẽ, et relĩqtur ꝙ nullibi meminit Galenus de diuisione cerebri nisi hoc in loco in. ix. de usu par. ꝙ aliter sensit Vessalius, et perperã. ꝙ aũt crassa meninx faciat ad nutritionẽ clarius in p̃citatis ita scripsit Galenus, ἐπειδὴ γὰρ σπνδ ἔιχε τὴν παχεῖαν ἐ ρὴν μήνιγγα τῶ χραν ίω καθάπερ καὶ τοῦτ' ἐν τῷ πρὸ τοῦτ' δὲ δεδίται λόγοις, ὡς λυ ελκον εἰς ἀσφάλειαν χώτη τὴν μι ιγγικὴν ἰοις ὑποκειμένοις μορίοις ἐνθα

παχὺ

παχυ τερίγινεται διπλουμένη τους δεσμους αὐτῆς ἐκφύναι, ἀλλ' ἐπει διὰ τῶν ραφῶν τούτους ἐχρὴν ἐκφυεσθαι, δεδεικται γὰρ καὶ τοῦτο, κατὰ λόγον ἐπέφυκεν ἐνταυθοῖ τὴν λαμβδοειδῆ καλουμένην ραφὴν, ἐπεὶ δ' τῶτ' ἐγεγόνει, πάμπολλας κατὰ τὴν ἐν τῇ πα-χείᾳ μονίγγι δίοδον του αἵματος ὁπὰς ποιησαμένης, τὰς μεν μικρὰς, τὰς δὲ μεγάλας φλεβας, ἐξ αὐτῶν ἐξέφυσεν, ἄνω μεν εἰς τε τὴν διπλόην τ κρανιου, καὶ τῶν κατ' αὐτῆς περικράνιον ὑμενα, κάτω δ' εἰς τὴν ὑποκειμένην μηνίγγα τὴν λεπτὴν, οὐδὲ ταύτας μιας χρειᾶς ἕνεκεν, ἀλλα θρεψούσας μεν, ὅπερ ἴδιον ἐξαίρετον ἁπασῶν φλεβῶν ἔργον ἐστὶ, καὶ σύνδεσμον δ' ἐσομενας τοις περικειμένοις σωμασιν ἅπασι πρὸς τὴν σκληραν μηνιγγα, *Hoc est, Postea enim quam hãc crassam mẽbranam cranio connecti esset necesse, quemadmodum id quoque præcedente libro fuit demonstratum, ad securitatem magnopere interfuit, non modo meningis ipsius, uerũetiam subiectarum particularum, quo loco crassior est, ac duplex, illinc ligamenta ex ipsa produci: at quoniam per suturas emergere ea erat necesse, id enim etiam demonstrauimus, ratione optima illic futuram λαμβδοειδῆ appellatam, adhibuit. Postquam autem facta hæc fuerunt, quamplurimis in transitu sanguinis per crassam meningem factis foraminibus, per ea uenas alias quidem paruas, alias uero magnas produxit, sursum quidem ad cranij duplicationem, quæque in ea est membranam pericranion: inferne autem ad subiectam tenuem meningem idq; non uius tantum utilitatis gratia, sed quo nutrirent quidem, quod propria ac præcipua uenarũ omniũ est actio,*

tum autem ut corpora omnia propinqua cum dura meninge connecteret. hactenus Galenus. Sed in his differūt Galenus & Vessalius, nempe Galenus reseruauit id ad crassæ meningis utilitates, Vessalius autem ad cerebri substantiam. sed longe melius fecit Galenus quàm Vessalius: quia si uolumus considerare cerebri substantiam, ea non est facta propter meningem, sed menix propter cerebrum. Proinde spectat ut narrando meningis usus in seruiendo, ei attribuemus potius quam ipsi cerebro: in quem errorem huic pene similem etiam cecidit Anaxagoras circa manuum utilitates, ut ab Aristotele optime fuit animaduersum, dein a Galeno in primo de usu partium: sed haud mirum si Vessalius in suorum librorum pleriſq; locis ita fuit deceptus, putans aliquod munus uni parti condonandum esse, quod debet alij, quia id fuit in causa q̄ in scientijs speculatiuis nō fuit edoctus, atq; id circo arbitratus est ipse sua Anatomes administratione & inspectione posse in omnibus satisfacere: sed nec tantum fuit Anatomicus excellens, ut in illa promulgata quæstione, quæ legitur in primo de locis affect. & .iij. de Anatomicis admi. posse esse ut motus pereat seruato quidem sensu, & econtra, non sit delusus sed quo modo paucis demonstrabo. Debetis itaq; scire o studiosi esse sex neruos a spina quidem prodeuntes, qui communibus uniculis contenti ac concreti impexum quendam astruunt, mox duo nerui, qui sunt quintus & sextus enarrati & à Galeno in .iij. de Anatomicis admi. & a Vessalio in suo prægrandi libro quarto, cap. xiiij. suorum quidem sobole manuum cutem adeunt: reliqui uero quatuor per pro

fundiora in omnes totius membri musculos disseminãtur: quando igitur contigerit aliquem istorum, qui uadunt ad musculos aut ex ictu, aut ex casu, uel alio quo multis modo affici, satis constat, quod motus digitorum perit, si uero eos qui ad cutem perueniũt tangendi sensus: sed hic indignatur contra Galenum Vessalius, opponens quod Galenus confingit quosdam nexuulorum surculos sensui tantum, alios autem motui præesse, quasi uero quis neruorum surculus sensu tactus sit destitutus: sed ad id iam responsum est a Galeno in septimo de Anatomicis administrationibus hisce uerbis, δι᾽ ἃ μὲν ἑτερῶν νεύρων αἰσθητὴν δύναμιν ἐπιπέμπει τοῖς κατω τῆς κεφαλῆς, δι᾽ ἄλλων δὲ κίνησιν ἑκούσιον ὁρμήν, ἅπαντα μὲν γὰρ ἄλογον ἔχειν τὰ νεῦρα τὴν δύναμιν ἀμφοτέραν ἐπιτηδειότερα δὲ εἰσι, πρὸς μὲν τὴν αἴσθησιν τὰ μαλακα, πρὸς δὲ τὴν κίνησιν τὰ σκληρα, Hoc est, Per alios quidem neruos uim sensoriam partibus infra caput sitis transmittere, per alios autem omnem motum arbitrarium, omnes autem neruos utramq; habere facultatem ratio est, uerum molles ad sensum aptiores, duri ad motum existunt. Præterea satis omnibus constat, quod omnis ab impetu prodiens motus, ad musculorum officium pertinet, quippe nullus neruus per se sine musculo ullam huiuscemodi animantis particulis actionem efficere possunt, sed per musculos omnes a consilio & uoluntate prodeuntes motus perficiunt, ad partes uero mouendas musculi ipsi aliquando quidẽ manifeste perueniunt, aliquando uero per medios tendones: si itaq; nerui qui in huiuscemodi musculos implantantur, ut fiat motus, contigerit ut afficiãtur,

quia

quia profundiores sunt, satis constat, quod non sentiunt, præsertim quia de suorum natura non ita sentiunt exacte, etiam si essent superficiales, ut illi qui non motui, sed sensui consecrati sunt, qui non in musculos dissensantur, sed in cutem duntaxat peruenunt, ut feratur sensus His igitur consideratis non ad humores (ut reiicit Vessalius) oportet priuatum sensum & seruatum motum confingere, sed ad neruorum affectionem, ut existimat Galenus: nempe ubi tantùm unus nerui processus lasus est, eas duntaxat partes affectio consequitur, in quas neruus ille distributus est, sic in illo qui citatur a Galeno manifestum est, quod neruorum qui a ceruice prodeunt ulti mi exigua pars ad minores peruenit digitos per cutem ipsos continentem, ac præterea per medij digiti medietatem dispersa. Quod quidem medicos sui temporis in maximam ducebat admirationem, quod media duntaxat pars afficeretur, id tamen fuit persuasum, potissimū eam nerui partem tantum quæ in cubito est, ab ipso egrediēs in iam præpositis digitis finitur, esse affectam. propterea sensificam ipsorum facultatem amiserat, illæsa seruata motione. Sed hic poterit reluctari Vessalius, quomodo id possit esse uerum, quum & nerui, qui in musculos distribuuntur, etiam propagines (ut etiam assentitur Galenus in tertio de Anatomicis administrationibus) quasdam tenues cuti transmittant, ut possit priuari sensus, quum & hi sensum habeant. certe id (ut etiam ingenue fatear) negari nullo modo potest: uerumtamen noluit dicere Galenus, quod illorum sensus in totum esset priuatus (ut plerique existimant) sed uoluit dicere

quod erat læsus non in totum, ut nullus fuisset sensus, sed quod erat obtusus illorum sensus, ut seipsum explicuit in.iij. de Anatomicis admi. quando dixit neruum ipsum schirro obductum a dolore quidem liberari, sed digitis ad quos peruenit, δυσαισθησιας, hoc est difficilis sensus authorem esse.in.iij. de locis affect. cap.iij. etiam habetur, digiti torpebant, licet in codice Græco, hæc litera non sit multum conformis. Nec obstat quod dixit Galenus loco præcitato, ca.x. contra Pausaniam & Syrum sophistam sensum digitorum fuisse factum insensibilem, ut loquar secundum ueram translationem, quia id ex mala istorum curatione fuisse factum, est in propatulo, quum ex remedijs quando affectio non erat in digitis et motorij, & sensitiui læderentur, & quod maius est affectio quæ non cognoscebatur, dum esset in dorso, & non in digitis, angebatur adeo quotidie, ut non solum sensitiui, sed etiam motorij patiebantur, unde αναισθησια, hoc est insensibilitas uidebatur, non quod uere esset insensibilitas, ut multi crederent, sed erat insensibilitas respectiue, quia nerui motiui & si concurrant ad sensum, est tamen adeo exilis & diminutus eorum sensus, ut re uera respectu sensus qui fit a neruis sensitiuis, sensus motiuorum sentiatur nullus. Proinde manifestum quidem est, quod satis constat nihil esse quod impediat, quin Vessalij garrulitas non habeat posthac amplius obstrepere in huiuscemodi difficultatibus, quum sciatur quod rauca sit & absona. in illis autem quæ ad Anatomes inspectionem pertinent, qualis sit ò studiosi uobis dijudicare relinquimus: præsertim in eo quod in Galenum inuehitur in

suo

ſuo prægrandi libro quarto, cap. ultimo, quod male ſcribitur in tertio de Anatomicis admini. quartum neruum femoris eſſe bifidum, quum is (inquit ipſe) nihil aliud ſit, quam plures nerui inſtar plurium rectorum funiculorum protenſi ac membranis circundati. Ac proinde ea ratione qua Galenus quartum neruum ſcripſit eſſe bifidum, ipſe illum decem & octo neruis conſtari quum in tot portiunculas poſſit diuidi, eſt in ſententia: ſed hic Veſſalius neſciuit quod non ita leui negotio in tot partes is neruus poteſt ſcindi, quemadmodum ſi bipartito diuiditur, præſertim ſi manum ab eo loco quo prope inferna femoris capita ſurſum ad mediam ipſius longitudinem admoueri mus. Etenim ſi in tot partes curabimus ipſum diuidere, id niſi difficulter agi poterit: quod non fiet, ſi in duas partes ipſum ſcindere tentabimus. Quod animaduertens Galenus, quod facilius in duas partes diuiditur, quàm poſſit in plures diuidi, & quod alij tres nerui femoris, nec etiam facilius in duas partes, ut iſte, poſſunt ſcindi, non ſine ratione ſcripſit ipſum quartum eſſe bifidum, Veſſalius autem qui iſthæc non conſiderauit, credidit Galenum aberraſſe, ſed longe aberrauit ipſe, qui res, ut ſunt, neſciuit expẽdere, neque deſcribere quid in uno ſit, quod ab alio ſit diſtinctum, quo fit ut auguror, quado Veſſalius elucubrabat, ut humana intueretur corpora, atque ſuos de Anatome commentarios excuderet, quod lecytho pingniori uſus eſt, quum neq; Cleantis uideatur olere neq; Ariſtophanis lucernam: propterea quia totam de Anatome doctrinam perturbant, calumniando, contaminandoq;, illa inquam, quæ accuratius a Galeno in

uenta sint & tradita in omnibus suis partibus. Etenim declaratum iam est in quot & quot locis de Ossibus Galenum incesserit Vessalius: de musculis autem quot & quot rabulationes in Galenum euomerit arbitror id omnibus esse quam notissimum. Idem fecit in his quæ pertractant de uenis, similiter & de neruis, ut modo demonstrabamus. in alijs autem partibus quid subsannet ipse sigillatim examinabimus.

FINIS LIBRI QVARTI.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOME.

Liber Quintus.

PORRO *Iam dixi uobis ò Studiosi quod Vessalius parum uel nihil in scientiarum primordijs erat instructus, & quod male quidem res ut sunt sciebat discernere, peculiariter in rebus quæ aliqua egent ratiocinali inquisitione. Etenim manifestum est omnibus, eum in pluribus hallucinatum fuisse, ob dialectices imperitiam, præsertim quando in alios ratiocinando inuectus est. nam ut etiam apparet hic in suo prægrandi libro. v. cap. ij. ubi uolens Galenum perturbare circa unam ex peritonæi utilitatibus, ac quibus scribitur in. iiij. de usu partium, quæ in numero tertia legitur: ut sicci scilicet nutrimenti excrementa citius subeant: ut autem hanc labefactet utilitatem Vessalius, in ratiocinando equidem desipisset dū mirādo ita opponat, hac quidē esse nō posse, quia mēbrana costas succingēs, quæ peritonæo substātia et cōformatione oīo respondet, in thoracē arctatiu organorū numero sit habēda.*

non ponit autem Galenus hanc ita esse, neq; igitur erit illa, ut dixit Galenus. Cęterum hic patet quod Vessalius in hoc arguendi genere peccat in duobus: primum est, quod præsupponit (ut sua ratiocinatio innuit) quod peritonæum per se absq; alicuius auxilio, alimenti superflua deorsum trudat: quod est falsissimum. Etenim in hac operatione, quum in superioribus extremitatibus ad pectus & nothis costis in idem conueniens sit cum subtenso obliquo septo transuerso nonnihil auxiliatur motui, quo comprimuntur uentriculus et intestina, quo motu pessum ire alimenti excrementa, declarauit Galenus in loco præcitato de usu partium, uelut enim a duabus quibusdam manibus a peritonæo & septo transuerso, superne quidem unitis, inferne autem distantibus, constricta ea quæ in medio sunt, exprimunt, atq; pellunt deorsum, sed id non necesse est ut admittat Vessalius, si sua ratiocinatio debet cogere, & argumentum a simili debet ualere, alioquin erit fatendum quod similitudo claudicat, quum membrana costas succingens, cui comparatur peritonæum, non habeat diaphragma, uel aliquid aliud cui sit simile, quo adiuuatur ut possit thoracem cohercere & constringere, quemadmodum peritoneum in fæcum expulsione: si uero admiserit peritonæm simul cum diaphragmate fæces extrudere, ut uidetur admittere. argumentatur Vessalius a coniunctis ad diuisim, quæ non sequitur consequentia: assumit enim consequens diuisum, tanquam uerum, ex antecedente coniuncto, quod est, peritoneum cum diaphragmate extrudunt fæces: ex hocq; concludit, peritonæum igitur per se deorsum pellit, quod non sequitur, ut uisum

est

est, demum ex hoc consequente diuiso, format deinde ar
gumentum a simili, in quo, ut declaratum est, similitudo
claudicat. & ita manifestum est, in quot errores quoti-
die prolabatur Vessalius ob dialectices imperitiam. Sed
de his nec esset multum admirandum, si & in illis quæ
cognoscuntur ex experientia, etiam non cæcutiuisset, ut
apparet in illa etiam peritonæi utilitate, quam scribit
Galenus eodem in loco preallegato de usu partium, esse
factam, ne quum sint magni et multi musculi gratia effla
tionis, uocis, egestionus, & mictus, intercidere habeant
in spacia inter ipsos media aliquando tenuium intestino
rum nonnulla, quæ prementia et pressa, coarctantia &
coarctata, dolorem facientia & dolentia tum motus il
lorum impedirent, tum & ipsa difficilem propellerent
deorsum superflua, discere autem id licet ex uulneratum
habentibus quidem peritonæum non bene antem curatis
ut omnes obnoxij sint prædictis affectibus. at nunc cer-
te circumposito peritonæo, & motus omnes a nullo sunt
impediti & positio neutras partes premit, neq; incum-
bentes extrinsecus musculos neq, internorum quicquam
non modo intestinorum, sed & uiscerum. Enimuero has
omnes utilitates asscribit Vessalius musculis transuersis
si sint integri, ut uideatur de Galeno maledicere: contra
cuius opinionem omnibus quidem aculeis iam prosilirem
nisi pro comperto esset notum ipsos transuersos muscu
los etiam si male curentur non posse esse, quum sint car-
nei, quin restaurentur, melius quam peritonæum, quod
ex mala cura, quum sit neruosum, depauperatur facilius
& ita magis credendum est quod ex uitio peritonæi, quã
muscu

musculorum transuersorum culpa, iam relata symptomata subsequantur, ut recte imaginatus est Galenus, qui & instatur etiam a Vessalio in subsequenti capitule qui. 4 in numero tertium legitur, libri quinti sui prægrauatis circa uentriculi situm, quod Galenus male scripsit ipsum esse in medio animali, ut apparet inter initia libri quarti de usu partium, quod non esse uerum circa omnes dimensiones disputat Vessalius, inter quæ potissimum adducit, quod obseruatur, æqualem uentriculi portionem, neque dextrum, neque sinistrum locum occupare, ut dicat, quod Galenus aliter senserit: sed id nec contrariatur Galeno, ut habetur ex his uerbis, ἀλλὰ περὶ μὲν θώρακός τε καὶ τῶν κατ' αὐτὸν σπλάγχνων ἐπισκεπτέον ἐν τοῖς μετὰ τοῦτα λεχθησεται, περὶ δὲ τῆς γαστρὸς αὖθις ἐπανέρχομαι, οὐ γὰρ ὅτι κατωτέρω τοῦ θώρακος ἡ φύσις αὐτὴν κατέθετο, διὰ τοῦτο χρὴ μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ ἔτι τούτου μᾶλλον, ὅτι μὴ μέσην ἀκριβῶς τῶν ἀριστερῶν καὶ τῶν δεξιῶν τοῦ ζώου μορίων, ἀλλ' ἐν τοῖς δεξιοῖς μᾶλλον, Quod est, Sed de thorace quidem & uisceribus quæ in ipso sunt, fusius in sequentibus dicetur: ad uentriculum autem rursus reuertimur. non enim quia inferiorem thorace cum natura posuit, ob id oportet solum laudare, sed eò amplius quod non medius exacte inter sinistram & dextram animalis partem positus est, sed in dextris magis. Quem quidem locum si uidisset Vessalius, arbitror quod Galenum (ut assolet) damnasset de inconstantia, quia superius dixerit ipsum esse in medio animali. Hic autem paulò inferius scripsit, quod ad dextram partem magis uergit. Sed Galenus nec in his locis cum pugnan-

tia

tia loquutus est: in primo enim loco comparatiue dixit, nullum enim est ex membris, quæ nutritioni seruiunt, quod magis sit in medio animali, quam sit uentriculus, si consideretur autem uentriculus ut est ipse, nec exacte erit medius, quia inter sinistrā & dextram animalis partem æqualiter nec positus est, sed in dextra magis. Proinde hoc modo tolletur, meo quidem iudicio, quod posset moueri contra Galenum Anthiteton, sed hic sat scio, quod recalcitrabit Vessalius obiectans, non esse uerum, quod uentriculus sit magis in dextra, quam in sinistra parte, ut dixit Galenus. Sed quod in homine maior uentriculi pars in sinistra corporis sede reperitur, dicet se obseruasse. Certe quantum ad hoc, ut sciat Vessalius, nec ob id cum ipso multa uerba sum facturus, quia comperio Galeni Græcum codicem in hoc sensu non admodum uarium: est enim unus qui habet, ut scripsimus, alius autem habet oppositum, in uno enim legitur δεξιᾶς, hoc est dextra, in alio autem legitur ἀριστερᾶς, hoc est sinistra: & sic nescio, nec possum augurari, quid tenuerit Galenus. est autem potius suspicandum, quod ipse antequam id literis mandarit, quod uoluerit intueri, non in canibus, ac simijs, ut ingerit Vessalius, sed in hominibus, quia scripsit in eodem libro quarto, de Vsu partium, differentiam, quæ reperitur in homine distincta ab alijs animalibus, quam quod non potuisset scire, nisi in hominibus uersatus fuisset, equidem est perquam notissimum, nec minus si millis inspexerit uentriculum esse magis in sinistra parte quam sit in dextra parte, quod ipse palinodiam recantarit: quò fit, ut sit clarum et perspicuum

quod

quod ſpectaſſet Veſſalio, quum duplex uerborum ſenſus ex duplici ſcriptura habeatur, quod declaraſſet, quid in Galeni codice fuiſſet tenendum, quam in Galenum fuiſſe debacchatum, id equidem fuiſſet ſummus honor & perennis gloria; ſi autem erant aliqua quæ ob ingenij ſui tenuitatem non potuerat conſequi, debebat ſuæ inſcitiæ illa adſcribere, quemadmodum (ut laudo) facit circa uenulas quæ a caua uena ad uentriculum prorepunt, ut meminit Galenus in ſexto de Anatomicis admi. quas nunquam agnouiſſe lubens ſuam oſtendit imperitiam, ut clariſſime habetur ex ſuo libro qui de radice Chynæ inſcribitur: pari modo dicendum de uenis quæ uadunt ad omētum, ut habetur in quinto libro ſuo prægrandi, cap. iiij. & de illa uena quæ atrum ſuccum ad uentriculum eructat, & de illis infinitis. Pene idem facit ipſe circa illum meatulum, per quem bilioſus exgurgitat humor ad uentriculum, ut legitur in Arte med. cap. lxxvij. quem niſi rarenter apparere, ſemelq; ei occuriſſe in homine bilioſiſſimo, meminit Veſſalius ibi prope, ſed id longe melius declarauit eodem in in libro quinto, cap. viij. de quo interrogauit Veſſalius ab eius familiaribus, ſi frequentiſſime euomebat ipſe, cui reſponſum eſt nec unquam ipſum euomuiſſe, quod uiderint, etiam in maximis uentorum procellis, erat enim unus ex Pontificis triremium remigibus. Ex hoc itaq; latenter tangit Veſſalius Galenum, quod tradiderit ex eo meatulo bilioſum uomitum eſſe frequentem: nempe huic ſpeculationi Anatomicæ ſatisfacit Galenus in ſecundo de Tempera. cap. vi. hoc modo: ultenim meatulum illum per quem iecur bilem in uentricu-

lum

lum euomit, alijs geminum esse, alijs uero unicum: et plurimum quidem unicus is est in id intestinum quod pylori ideſt, exitus fundi uentris, et ieiuni medium est insertus, Græci medium id γαστρὸς ἔκφυσιν, quasi quiddam e uentre enatum uocant, uel si geminus meatulus sit in ἔκφυσιν illam maior inseritur, minor in fundum uētriculi paulò supra pylorum muenitur, sed tamen in pauciſſimis superior pars maior, inferior minor: cęterum quibus est maior, his in uentrem quotidie non exiguum bilis effunditur, quam & euomant ante cibos oportet, & nisi id faciant, lædūtur. Vesalius autem se opponit hic contra Galenum in aducendo hominem qui & illum meatulum ad uentriculum habuisse obseruatus est, qui tamen nonquam euomit, sed aduersus Vesalium multis medijs possumus instare. Primum est, quod Vesalius potest suspicari mendax, quia fortasse non uidit id quod scripsit, quia in oppositum habemus rationem, ad quid enim natura fecisset illum meatulum, si flaua bilis non deferebatur per locum illum, natura enim nihil agit frustra, uel quia in ipso ob uictus rationem non accumulabat flauam bilem, est credendum, ut contingit in pluribus, qui & si sint de sui natura biliosiſſimi, aceruabunt potius pituitam quam flauam bilem, faciuntq; ex uictus ratione temperaturam aliam a naturali, quæ uocatur acquisititia, et circa hanc erat facienda multa consideratio. quam non facit ipse loco præcitato; uel potius erat coniectandum si aliqua bilis portio in illo homine generabatur, quod erat adeo pauca, & quod ob eius paucitatem euacuebatur per ramum inferiorem, qui maior erat (ut describit ibi Vesalius)

lius) quam ſuperior, præſertim quãdo uitellina extiterit, quæ de ſui natura potius tendit deorſum, quum ſit grauior, quia eſt magis incraſſata, uel deniq; ſi iſta non cogũt eſt tenendum quod ipſe utebatur uonnullis fortaſſe rebus, ut ſunt mala Punica, eorum uinum, & omphacinum & ut alia ſunt his ſimilia, omni mane, uel bis aut ter in hebdomoda ante prandium, ut iam pridem & nos conſuluimus meæ ſorori Antoniæ, quæ adhuc uiuit, quæ a uomitu bilioſiſſimo quotidie torquebatur acerrime, ſimulq; cum excrementis alui biliioſiſſimis: noſtro autem ſuaſu uſa eſt medulla panis in omphacino macerata, & conualuit, nec amplius eam flauam bilem euomuit ut ſolebat, ſed tota per aluum quotidie expurgatur. quod & illi potuit euenisſe ut erat interrogandum: ſed Veſſalius, modo uideretur de Galeno maledicere, non curauit iſthæc examinare: neq; perpendere, ſed potius liuore quodam percitus ad hoc deuenit, ut non, Anatomen illuſtrando, Medicinam adaugeat, ſed potius dehoneſtet, inquinetq; atq; contaminet. Præſertim quãdo etiam in ſuo prægrãdi lib. v. c. iiij. neget omẽtum in hominibus inter omnia animantia eſſe maximum, quum & inde pleriq; ſint homines, qui ſæpe dicuntur ἐπιπλοκομιστας, hoc eſt omenti geſtatores. Omentum enim quod a barbaris ζirbus, a Græcis ἐπιπλουν dicitur, ſic uocatur hernia, quum omentũ meatui ad ſcrotum deſcendenti incidit: in homine autem cùm ex reliquis animantibus nullum præter ſimiam huiuſce modi affectu tentatur, eſt quam notiſſimum, quod in ipſis debeat eſſe maximum, ut ſcribit Galenus in ſexto de Anatomicis adminiſtrationibus: ſi in alijs autem animant

mantibus esset uerum, ut in porcis & canibus, quod omentum esset ita magnum, ut in hominibus, esset necessarium, quod etiam ipsa huiuscemodi ãffectu, qui κατα-πλοκελν dicitur, afligerentur ut homines: sed quia nullum animal præter simiam reperitur quod huiuscemodi affectu corripiatur, non est alio modo credendum, quam quod omentum quod in alijs animantibus paruum, in hominibus autem obtigisse maximum, alioquin ad scrotum id non descenderet, ut illum affectum posset gignere: quem posse dari ex una parte uideo negare Vessalium, quum censeat omentum in hominibus non obseruari maximum. Ex altera autem parte, eum quidem affectum admisisse, ut de illo Latomo meminit, est in propatulo, unde in paucis uerbis manifestum est Vessalium modo togatum (ut est in prouerbio) modo paliatum circumspici, nescientem tandem quid determinet: omnia enim confundit, obscurat, deturpat, cum pugtantia loquitur, denique suam doctrinam (potius dicam latrinam) de Anatome adeo reliquit tenebrosam & obfuscatam, ut ex ipsa nihil certi haberi possit. Præsertim quando non ueretur etiam admiscere illa quæ sunt extra ueritatem posita, nec a Galeno unquam dicta, nec somniata, ut quod intestinis & Mesenterio offerantur uenæ in iecur non terminatæ, ut habetur in suo prægrandi libro quinto, capitulo sexto, idque fuisse dictum a Galeno in sexto de Anatomicis administ. a impudenter scriptum est, quod hactenus a me nondũ animaduersum est et sæpe & quater ipsum iam perlegimus: imo totum comperto oppositum. etenim ibi Galenus in uno loco sic scriptsit,

ἐς

εἰς τὰς πύλας τ̃ ἥπατος ἀναφερομένας ἁπάσας θεάσῃ τὰς φλέβας, ὅσαι κατὰ ἔντερα τε καὶ γαστερὰ καὶ πλῆνα καὶ πρὸς τούτοις ἐπίπλοον ὑπάρχουσιν, *Hoc est, Ad hepatis portas porrigi uidebis omnes uenas quæ per intestina uenticulum lienem, & præterea omentum dictum intercurrunt. Alio in loco etiam hoc modo legitur,* Ἀπολεῖπειν δὲ ἐν τῷ ζώῳ τὸ μεσεντέριον, ὃ καὶ μέσαιον ὀνομάζουσιν, ἀπὸ τ̃ συμβεβηκότων αὐτῷ τὰς προσηγορίας ἀμφοτέρας θεασάμενοι, μεσεντέριον, μὲν ἀπὸ τ̃ θέσεως, μέσαιον δὲ ἀπὸ τ̃ οἰκείας οὐσίας μέσον τε γὰρ τέτακται τ̃ ἐντέρων, καὶ πάσας τὰς ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὸ καταφερομένας φλέβας, ἅμα τοῖς παρακειμένας ἀρτηρίας τε καὶ νεύροις, ἐν κύκλῳ περιλαμβάνει, καθάπερ ἕκαστον τ̃ ἐντέρων, *Hoc est, Mesenterio in animali relicto, quod etiam Meseræon appellant, utroq; nomine ab accidentibus ipsi indito, Mesenterio quidem a situ, Meseræo autem a peculiari substantia: nam & medium inter intestina situm est, & omnes uenas ex iecore in ipsum descendentes unà cum uicinis arterijs et neruis in orbem complectitur, quemadmodum intestina singula. Non longe ab his etiam scribitur in hunc modum, dum loquitur de iecinore,* τοῦτο γάρ τοι τὸ σπλάγχνον εἰς τὸ σιμώτατον ἑαυτοῦ μέρος ἀνηκούσας ἔχει ἐκ τ̃ τοῦ μεσεντερίου φλέβας· ὀνομάζουσι δὲ τὸν τόπον τοῦτον εἰς ὃν ἄφιξιν τὰ πᾶσαι πύλας ἥπατος, *Quod est, Hoc namq; uiscus uenas ex Mesenterio ad concauam ipsius partem pertinentes excipit: uocant autem hunc locum in quem omnes uenæ colliguntur, portas iecinoris. Possē & alias authoritates in medium afferre ex prædicto loco, atq;*

co atque alijs, quibus etiam apertissime posset ostendi, quod Galenus nunquam illud quod a Vessalio impositum est ullo in loco scripsit, præsertim in sexto de placit. Hippo. & Plato. ubi contra Aristotelem tenuit oppositum, & fuit ipsius omnium, quæ fecit ibi contra ipsum, argumentum ualidissimum ad demonstrandum uenam cauam oriri ab hepate, & non a corde, ut antea uisum est: quapropter si Vessalius non erubuit isthæc, quæ apud Galenum legi possunt, euertere, quid suspicandum in his quæ ex diametro contra Galenum ab ipso proferuntur in Anatomes inspectione, ut quod intestinum a Græcis τυφλον, a Latinis uocatum cęcum uel monoclum, non reperiatur in homine, ut scribitur in quarto de usu partiū: nec quod hepar habeat quatuor penulas quandoq; , ut traditur a Galeno in sexto de Anatomicis administra. quod ingerit Vessalius in suo prægrandi libro quinto, c. vij. nec & alia quam plura sint, quæ ut scribuntur a Galeno in alijs locis, de quibus quid censeam, & quid uiderim nihil aliud dicam, nisi quæ a pluribus unà mecum fuerunt animaduersa in Illustrissimo patrono nostro Carolo Sabaudiæ Duce nono, qui ut mortuus est, quod solet fieri in Principibus, apertus est, ut exemptis uisceribus (ut fit etiam apud Aegyptios secundum Platonem in libro de Anima) medicato corpore diutius conseruaretur, & mortis causa inquireretur, præsertim quando ab insperata & subita morte sit abreptus, ad quem spectandum omnes & Medici & Chyrurgici nostri conterranei accesere. In primis uidimus Franciscum Martinenghum, uirum in Medicina admodum excellentem quàm unquam

alium agnouerim: prope quem ſtabant ambo Marci Antoni & Cuſanus, & Capra uiri intigerrimi: ab illorum dextra aſſidebat Baptiſta Phacinus homo quantum in Medicina ualeat quam notiſſimus: non longe aberat Georgius de la porta in medicina ſenex uenerandus: quẽ ſequebantur Franciſcus, Alexander, & Octauius Laucea, ob ſuam quam habent doctrinam, haud unquam re reticendi iuuenes: his medij incerierti erant Chyrurgi, in primis Ioannes de Solidis qui negotium aggredieba-tur, multæ uirtutis, atq; excellentis ingenij iuuenis: ibi prope (ſi recte commemini) erat Franciſcus Burſa Caſalenſis iuuenis etiã quã clariſſimus, qui a cura Principis ob ſuam quam habet in medendo peritiam, haud unquã fuit alienus: aderat etiam Ioannes Maria Vialardis, uſu & doctrina ualde inſignis: dein Ioannes Antonius Carezana, & Franciſcus Scatiotus quam clariſſimi. Hi omnes per Iouem mihi poſſunt eſſe teſtes, quod obſeruatum eſt hepar habuiſſe quatuor pennulas, nec quod uena caua in ipſo tranſigat, ut ipſe exiſtimat contra Galenum in ſuo prægrandi libro tertio, capitulo ſexto: ſed uidimus ipſam hepatis carnem, quam Eraſiſtratus παρεγχυμα nuncupat, tam ab ipſius quam uenæ portæ ſurculis & germinibus eſſe repletam. Conqueſtum eſt etiam ſum mopere de Veſſalio quod inuidioſe potius, quàm uere reprehenderit Galenum de quinto pulmonis lobo, quem ſcribit in ſexto de uſu partium, a natura fuiſſe datum, ut ſit quædam ſedes ac uelut ſubſterniculum uenæ cauæ. Hunc autem in homine reperiri negat Veſſalius in ſuo prægrandi libro ſexto, capitulo tertio, & capitulo ſepti-

uo

mo: quod omnino falsum est. Etenim ipsum omnes uidimus, tetigimus, incidimusq; , atq; pluribus ostendimus, quem una cum alijs penulis uitiatum putridumq; deprehendimus: ex quo iudicatum est ipsum cum alijs inopinatæ & subitæ mortis Illustrissimi patroni nostri fuisse causam: taceo quid sit dictum de intestino cæcum nuncupato atq, de alijs quampluribus, de quibus obiter pro Galeno in Vessalium patrocinium susceptum est: & præsertim de renum fabrica, quod a Galeno multum integre sit pertractata, ut ibi oculata fide demonstrabatur, eamq; agnoscere fuit nobis summo desiderio, peculiariter quũ piæ memoriæ suæ Excellentiæ laborasset nephritide: quapropter obseruata statim Galeni ratio est disputata, qua affirmatum est dextrum renem esse sinistro altiorem, ut a iecinore qui purgatur expeditius ex directe oppositis possit attrahere: quam refutauit Vessalius in quinto libro suo prægrandi, cap. x. cum hoc quia utrunq; uenæ cauæ caudicis latus a iecinors substantia æque complectitur, ut habetur clarius in suo libro paruo de radice Chynæ, sed hanc rationem esse falsam, plane demonstratum est, cum eo, quod oblitus est eius, quod antea tradiderat in suo prægrandi libro quinto capitulo septimo, quando locutus est de iecinoris positione, ubi quod maiorem dextri lateris partem ipsum occupare, quam alterius aperte scriptum est, quod uerum est, & in Anatomes inspectione obseruatur, ut refert Galenus in sexto de Anãtomicis administrationibus, & in quinto Aphorismo. Apho. xlviij. & in alijs locis. hoc igitur stante quomodo potest esse uerum, ut utrumque uenæ cauæ latus a iecinoris

ſubſtantia æque complectatur. Etenim cõſtat quod ipſa uena caua iam per ſpinam dorſi adeo per medium porrigitur, ut iure optimo poſſet mediana appellari: & alibi ſcribitur, quod hepar eſt in dextra parte magis, profecto iſta duo ſtare non poſſunt, quod maior hepatis portio ſit in dextra quidem parte, & quod utrunq; uenæ cauæ latus a iecinoris ſubſtantia æque complectatur. Erit igitur neceſſarium, quod ſi uena caua habet a iecinoris ſubſtantia æque complecti, quod ipſum iecur ſit in medio corporis, & non in dextra uel ſiniſtra parte: ſi autem uerum eſt quod ipſum ſit in extra parte magis, ut etiam ipſe tenet, ut uiſum eſt: ualet igitur Galeni ratio de renis dextri poſitione, quod ſit ſiniſtro cela ior ut celerius uiſcus expurgetur, quemadmodum ſcripſit Galenus in. v. de uſu partium, propter rectitudinem quæ eſt inter dextrum renem & hepar, quæ ſunt in parte dextra. Conſtat autem omnes euacuationes celeriores haberi, quæ fiunt per rectitudinem, ut iam declaratum eſt a nobis ex Galeni ſententia, & Hippocratis in libro de Sect. uenæ in pleuritide pro Curtio contra Andream Thurinum Piſenſem: quamquam huic placito reclamat Veſſalius in libro huic rei dedicato, ubi tenet tam ex parte dextra, quã ex ſiniſtra parte poſſe celebrari: tamen nos in libro præcitato ſuis rationibus arbitramur ſatisfeciſſe in tantum, ut de hac re non ſit opus amplius eandem cantilenam canere. Proinde exiſtimamus preſtantius eſſe negotium noſtrum perſequi, quã in huiuſcemodi iam declaratis aliis ſermonem facere, quia turpe eſt omnia in omnibus libris inculcare. dicamus igitur quæ ſubſequenter uidimus.

Equidem

Equidem in primis quod nobis obtigit fuit lien, qui subniger repertus est, & ibi statim propter colorem, suborta est quæstio, si ipse habeat facultatem gignendi sanguinẽ, ut uisus est Aristoteles uoluisse in tertio de partibus animalium cap. vij. an potius habeat attrahere & expurgare limosos & crassos ac melancholicos succos in hepate genitos, quemadmodum scribit Galenus in quarto de usu partium, quem posteriores Medici secuti sunt omnes, potissimum quum ex longa experientia sit compertum morbos melancholicos fieri, ubi splen afficitur: ex eo enim abstructo fiunt quartanæ, mesticiæ melancolicæ, cancri, & alij morbi ab humoribus atris ortum habentes, qui a splene non possunt regulari ob eius imbecillitatem ut illos attrahat per uas, inquam, uenosum, tanquam per stomachum quendam, & attractos immutat & conficiat quos potest, demum ipsos in uentriculum excernat: ob cuius actionem igitur licebit usum prestare, quod splen ipse sit quoddam instrumentum ad humorem melancholicum deputatum, quemadmodum est chistifellis, a Græcis χολοδοχος dicta ad humorem bilio sum, quo affecto contingunt etiam morbi flauæ bilis naturã seruantes: & quemadmodum a natura tale instrumentum factum est, ut sanguis qui in hepate gignitur, a flaua bile expurgetur, est etiam credendum, quod quum humor melancholicus in hepate generetur, quod fuit necessarium, ut creatum sit organum etiam quod ipsum ab ipso expurgaret. non autem potest esse aliud organum quod id operetur, quàm splen ipse: & quod splen sit huiuscemodi instrumentum, aliæ etiam habentur coniecturæ, color uidelicet & eius

substantia. Nam color niger aut subniger indicat ipsum ex aliquo humore attracto, qui niger aut subniger est, nutriri: quoniam quod nutritur, eis ex quibus nutritur, semper assimilatur, ut refert Galenus in libro de Causis symptho. & de facultatibus naturalibus: hepar enim quia nutritur rubicundo sanguine, est rubicundum: pulmonis substātia est aūt paulò minus alba, utpote ex spuma quadam ueluti coagulata, quia nutritur ex sanguine purissimo flauo, subtili et uaporoso: si igitur splen quia niger est nutritur humore nigro, ut est melancholicus. est considerandum si aliūde eum attrahat ut pulmo, an per seipsum conficiat, ut hepar sanguinem, certe manifestum est omnibus flauam bilem, & atram, esse sanguinis excrementa, quæ cum sanguine in generatione sunt correlatiua, altero enim genito, necesse est & alterum gigni in ea perte, ubi alterum gignitur. si igitur sanguis gignitur in hepate necesse est & ibi excrementum gigni. Attrahet igitur splen humorem melancholicum, & non gignet, quia sanguis in hepate gignitur: si autem sanguis etiam in splene gignitur, ut uidetur assentiri Vessalius, cum Aristotele consideranda erit splenis substantia, si idonea est ad sanguinis generationem, in ipso multæ sunt arteriæ, & uenæ multo densiorem tunicam habentes, quàm quæ sunt in hepate: corpus autem rarum admodum est & laxum instar spongiæ cuiusdam ut succos crassos facile & attrahat & excipiat: ut autem talis perpetuo seruetur splenis caro, faciunt arteriæ in totum uiscus disseminatæ, quas ad succos qui ex hepate ad splenem feruntur conficiendas conferre, est in propatulo: nam humor qui attra

trahitur ad ſpleuẽ, craſſior eſt eo, qui eſt in hepate, & qui eſt in hepate, & qui elaboratus ab arteriis quæ illic ſunt, atq; adeo uenis multo denſiorem tunicam habentibus, quàm quæ ſunt in hapate, non affatim neq; craſſus carni ſplenis, ſed ſubtilis, & paulatim mittitur: ob id caro quidem huius uiſceris rarior eſt & leuior quam hepatis, non tamen rubicondior ſanguis, aut flauior: melancholicus enim erat humor quem purgauit, eoq; elaborato, nutritus eſt, & eius caro facta eſt nigra ut ad portionem nutrientis ſucci ſe habeat: ex quo ſi haberet facultatem gignendi ſanguinem, quis eſt qui non dicat, conſiderato colore & uiſceris ſubſtantia, quod opus eſſet, ut ſanguis non ruber, ſed niger generaretur, quia neceſſarium eſt (ut demonſtratur in ſexto de placitis Hippocratis & Platonis, & in libro de Semine) quod id quod mutatur in ſimilem ſpeciem ei, quod mutat, perueniat. Quod quidem axioma pro comperto habetur in omnibus, ut ſuperius fuit explicitum, ſed non ab Ariſtotele animaduerſum, quod fuit in cauſa ut in hunc errorem lapſus ſit, ut perbelle Galenus ſuis in libris demonſtrauit, licet in quodam libro, qui de Vtilitate reſpirationis inſcribitur cum Ariſtotele ſentire uiſus eſt, tamen hic liber ab omnibus inter ſpurios cõnumeratur: ſi uero contendatur quod is ſit Galeni legittimus, eſt reſpondendum quod imitatus eſt illum ſcribendi modum, quem & Ariſtoteles & Plato in ſuis libris obſeruarunt, ut antea fuit expoſitum: & ſic non uideo quomodo nõ poſſimus ulla ratione fulti aliter tenere quam declaratũ eſt. Veſalius aũt qui rõnes ſpeculatiuas in cura nõ habuit, nõ mirũ ſi ſit deluſus dũ

Prosperum Martellum, & bello armatum sit aggressus, quia nec his consideratis, nec ab illis quæ Anotomen spectant, fuit edoctus quod non possit esse, ut sanguis in liene generaretur: præsertim quando nec habeat uenas ab ipso descendentes, quæ per uniuersum corpus si ab ipso generaretur sanguis ipsam possint deferre, quemadmodū Auerroes in libro Collectaneorum secundo, cap. ix. assentitus est (quanquam nec Aristoteles id senserit, ut uisum est in superioribus quando agebamus de sanguificationis organo, tamem nunc esto propter Auerroem) qui si uidisset, quod potuisset id defendere, non equidem prætermisisset, sicuti facit in cæteris omnibus in quibus defensor acerrimus semper extitit, immo quod plus est, etiam est quod quandoq; arachneis insistit fundamentis, dummodo eum uideatur tueri: si igitur uidisset quod Galenum in hac parte potuisset erodere, credatis ò studiosi pro amore quem erga ipsum semper habuit, quod non pepertisset: sed quia uidebat non posse esse, quod in ipso possit sanguinem generari, non ueritus est dicere, longinquum esse ut lien sit alterum hepar, quia non apparent in eo uenæ missæ ad aliud membrum, & sic manifestum est quod nullæ haberi possunt rationes, nec aliquis quem uel legerim uel unquam audiuerim, ullas adduxit hactenus quibus persuaderi possit, quod lien gignendi sanguinem facultatem habeat, si autem a Vessalio uisus est grandior uitiato iecinore, nec ob id suspicari oportet, quod in illis in quibus huiuscemodi repertus est, quod ipse sanguificarit, quia & si in ipso subiciatur, quod sanguis generetur non habet tamen uasa per quæ ad alia membra deferatur

tur: ut demonstratum est. Quod autem repertus sit grandior, nulla alia de causa fuisse arbitror, nisi quia in ipsis propter affectiones in iecinore existentes, multi humores atri generabātur, ex quibus adeo intumuit et copiosi in ipso inuēti sunt, ut sit suspicatū, ipsum et nō hepar propter affectiones quibus uexabātur in illis sanguini parando subseruisse. Itaq; satis constat quod non oportebat ita arroganter pronunciare, quod ipse generādi sanguinē habeat facultatē, quia in quibusdam inuentus est grandior, sed & alia erant perpendenda, de quibus non curauit Vessalius, & ex his non mirum si deceptus est. Pari modo indignati sumus de Vessalio postquā cor ipsum sumus aggressi, quod ausus sit Galenum reprehendere de membranulis orificiorum cordis, & potissimum de illis qui uadunt ad mucronem, necnon circa eorum descriptionem, ut apparet in suo prægrandi libro sexto, cap. xiij. conferimnsque Galeni uerba cum his quæ ocu lata fide manifestari poterant, ipsisq; uisis statim fuit m culpatus, inuenimusq;, ut omnes etiam uidere, inuolucri originem a cordis basi dependere, ut scribit Galenus in sexto de usu partium, quod reclamat Vessalius in præci tato libro sexto, cap. viij. Nihil dicam etiam quantum fuerit damnatus ipse, quod in eodem etiam libro sexto, cap. xv. ipse negarit, quod scribitur in. viij. de Anatomi cis administrationibus, coronales uenas oriri ex dextro cordis sinu, & alia quamplura, ex quibus in tantum de monstratum est, quod apud omnes fuit notus ut dignus, immo nōnulli fuere ex illis, qui me sollicitarunt, ut uellē literis mandare quæ contra Galenum sine ratione & impudenter

pudenter a Vessalio sunt obiecta, quæ hactenus distul. ob bellorum calamitates, quibus quotidie urgemur, n possimus omnem nostram adhibere curam huic negotio. Quapropter sat scio quod non possum ita satisfacere, u mihi est animo: ueruntamen sciant studiosi, & si in quibusdam uideor refrigescere, quod ipsos oro ut uelint non in me culpam, sed in temporis malignitatem ipsam reijce re: cogor tamen scribere, non sponte, sed lacessitus potius, quam dicam efflagitatus a quampluribus, quibus pollicitus fueram huiuscemodi commentarios pro Galeno in Anatome contra Vessalium publicaturum esse, & nisi sæpissime promisissem, testor Deum Optimum Maximum quod ipsos recusarem scribere, quia hoc tempus aliud postulat: sed postquam audio meum honorem apud quamplurimos fore denigrandum, nisi pollicitis correspondeam, conabor igitur eã prestare diligentiam, quam fuerit possibile, ut hi meum nomen a calumnijs uendicẽt, quibus afficeretur, præsertim quando huiuscemodi nollem pro commini utilitate quibusdam impartiri, qui diutissime expectarunt, & expectant, ut seipsis satisfaciãt, in quibus Galenus a Vessalio damnatus ast, qui mehercle non possunt credere quod non sine ratione Vessalius sit motus in Galenum, immo apud ipsos eius ratioues inextricabiles nidentur esse, & summopere Galenum cogentes, adeo ut ij de Galeno etiam male sentiant: quod puerile est existimare. Nempe audiuistis uos ò ueritatis amatores, quantum in supradictis sit mentitus, in alijs autem hic inferius enarrandis quantum etiam mentiatur explicare non pretermittam. Porro insequitur deinde

Galenum

Galenum impugnare Veſſalius in ſuo prægrandi libro quinto, capitulo decimotertio, circa coitus delectationem, quod nõ ſit rationabile in ſemiuis excretione ipſam pendere: cui ſi uiueret Galenus utiq; aſſentiretur: ſed ipſe bene conquereretur quod eius opinio non eſt iſta, quam imponit ei Veſſalius, quia nonquam apud ipſum legi poterit quod ipſe ſcripſerit in ſola ſeminis eiectione fieri delectationem, quia ſat ipſe ſcit quod in reddendo lotio, quum idem ſit & ei et ſemini meatus deputatus, eum pruritum nos perciperemus, quem in ſeminis excretione ſentimus. nam ſi uerum eſſet quod ſementantum exiens uoluptatem induceret, quia ſeroſum ſit non negaret quod & lotium ſuo exitu quidem delectationem adferret, ſed uult Galenus ipſam fieri concurrente multo ſpiritu & calido, quo exſpirante delectationẽ capimus. nam ſciebat et ab adoleſcentulis et ab alijs delectationẽ percipi, & ſi nõ exeat ſemẽ, eam nãq; nõ ab alia cauſa quam a ſpiritu ipſo poſſe fieri ſatis habebat pro cõperto, doctus ab Ariſtotele in primo de Genera. anima. c. xx. ſcribit igitur Galenus in. xiiij. de uſu par. in hũc modum, τοιοῦτον τι μοιγνύμενον εἰθ' τοῖς ἀσωδέσι τούτοις χυμοῖς θερμαινομένοις, οἷον τι μάλιστα συμβαίνει πολλάκις ἀθροισθείσης ὑπὸ τῶ δέρματι ξώου δριμύτητος χυμῶν, ἔπειτα γαργαλιζούσης καὶ κνᾶσθαι προτρεπούσης ἡδυνούσης τε κατὰ τὴν κίνησιν, ὅταν οὖν μόνον ὑγρότης ἢ τοιούτου κενοῦσθαι δέουσα, καὶ διὰ τοῦτ' ἐπεγείρουσα πρὸς τὴν ἔκκρισιν, ἄλλα καὶ πνεῦμα πολὺ καὶ θερμὸν ἀναπνεῦσαι ποθοῦσα, ἀμήχανον τινα χρὴ νομίζειν τ' ἡδονῆς εἶναι τὴν ὑπερβολήν,

Quod

Quod eſt, Eiuſcemodi quiddam mihi accidere intellige, quum humores hi ſeroſi incaleſcunt, quod maxime accidit quum humores acres ſub cuti animalis ſæpe ſunt aceruati: titillant enim tunc, ac pruritum excitant, ut ſuo motu uoluptatem adferunt, quando igitur non modo eiuſmodi humores uacuari poſtulant (eoq; eos excitant ac pungunt ad ſeſe excernendum) uerum etiam ſpiritus multus ac calidus exſpirare gliſcit, incredibilem quendam exiſtimare oportet uoluptatis eſſe exceſſum. Ex quibus uerbis quod in coitus delectatione duæ concurrant cauſæ, aſſignauerit nobis Galenus manifeſtũ eſt: quod idem facit Ariſtoteles, & clarius in loco præcitato in hiſce uerbis, ῥᾳδιουργεῖν ἡδονὴν τῇ συνουσίᾳ, οὐμόνον τοῦ σπερματος πιεσμένου ἐστὶν ἀλλα καὶ πνεύματος, ἐξ οὗ σπασμένου ἀποσπερματίζει, δῆλον ἐκ τῶν παίδων τὰ μὴ πεφυκοτα πιέζεσθαι, ἐγγὺς ὄντας ἡλικίας ὄντων, καὶ τῶν ἀγόνων ἀνδρῶν, γίνεται γὰρ πᾶσι τοῖς ἡδονὴν ζητουμένοις, καὶ τοῖς γε διεφθαρμενις τὴν γένσιν ἐστιν, *Hoc eſt, Voluptas autem quæ ſentitur per coitum, non ſolum ſemine exeunte accidit, ſed etiam ſpiritu ex quo conſiſtente ſemen emittitur, quod patet in adoleſcentulis qui nondum emittere queunt, propeq; ætate ſunt, tum in uiris genituræ expertibus. uoluptas enim ijs omnibus ſcalpendo excitatur, et quorũ deprauata eſt generatio. A quibus uerbis nec diſſentit Galenus, & ſi Veſſalius uelit in loco paulo ante allegato, quando Galenus in ſecundo de Semine, ca. ultimo, contra Herophilum Marinum & alios inuectus eſt, dum corporis glãduloſi (quod Græci* φλεβάτας κιρσοειδεῖς, *hoc eſt, uariciformes*

nomi

nominarunt) munus inquireret, idq; demonstrando eo arguendi genere, quod Aristoteles edocuit in Analiticis post. & ipse in demonstrando etiam usus est ab effectu ad causam: sic Galenus argumentatus est, si in glandulosis astitibus semen gigneretur, animalia castrata eius excretionem appeterent, at non uidentur appetere, palam igitur est quod neq; generatur: effectus quidem est seminis excretio, causa est ipsius generatio: si tollitur effectus necesse est ut auferatur etiam causa: in animalibus castratis quia non fit effectus, hoc est, seminis excretio, est dicendum quod in ipsis non fiat causa, hoc est semmis generatio, quæ si non fit, est arguendum quod eius organũ non sit, ut in eo fiat huiuscemodi generatio, idq; erunt testes seminarij, qui in castratis ablati sunt, quibus ablatis cessat & seminis generatio, & eius excretio. Ex hac ratione formabat Galenus suum argumentum ad probandum corpus glandulosum non semen gignere, quia in castratis illud nihil perpessum est: in ipso igitur si per te gignitur semen, quum sit illæsum, necesse est quod in ipso semmis fiat generatio, si in ipso generatio, & eius fiet excretio, sed non fit excretio, ergo nec generatio: sic itaque a destructione consequentis ad destructionem antecedentis ualet arguendi formula, ut si homo est, animal est, sed non est animal, ergo non est homo: quam usurpauit Galenus dum dixit, quod in glandulosis astitibus si semen gigneretur, quod animalia castrata id appeterent excernere, sed non appetũt, nullum igitur in ipsis gignitur semẽ. Sed Vessalius quia in Logices methodis non fuit altus, credidit hanc non esse ex ualidis decantatisq;, ac nomina-

tis

tis demonſtrationibus, quæ in probandis ſcientijs ſolent afferri, & ut hanc labefactet infirmetq; ſuam adducit rationem, arguendo a ſimili, ut perducat ipſum ad inconueniens, quod ſi Galeni demõſtratio eſt ualida, quod de teſtibus poſſemus hunc in modum etiam proponere, ſi teſtes (inquit) ſemini generando facerent, animalia quibus uena & arteria ſeminis materiam deferentes, quia ex magna peritonæi amplitudine labuntur uinculis interceptæ, aut ita ut teſtes tamen in ſcroto adhuc ſeruarentur reſectæ eſſent ſeminis excretiouem expeterent, uerum non expetunt, ergo teſtes generando ſemini non famulantur perinde nimirum ac ſi teſtes citra materiam ſemen conficere poſſent. Sed quæſo ò ſtudioſi, quæ ratio eſt hæc, quæ demonſtratio puerilis, fatua, & inanis atq; inartificioſa, uidetur ne uobis quod huiuſcemodi ſua ratio habeat cum illa, quæ Galeni eſt, ullam ſimilitudinem; poſſumus ne dicere quod tantum diſtat hoc ab hoc, ſicuti perpetuũ a corruptibili; certe poſſumus: in Galeni enim ratione ſupponitur, quod nihil ſit perpeſſum præter teſtes, & quod integris alijs partibus omnibus, & præſertim quæ deferunt materiam ablatis teſtibus duntaxat ſi in aſtitibus glanduloſis, quos & integros eſſe uult Galenus, uerum eſſet quod gignitur ſemen, quia & aliæ partes, quæ & deferunt materiam etiam illeſæ ſunt, & ſolum teſtes ablati ſunt, ſi ſemen in teſtibus non gignitur & gignatur in aſtitibus, quod illud habeat excerni, ſed in caſtratis aĩalibus, in quibus aſtites glanduloſi ſunt integri, nõ excernitur, ergo in ipſis nõ gignitur: in ratione autem V eſſalij claudicat ſimilitudo, quia ſi arteriæ & uenæ

uenæ sunt interceptæ ut non possit delabi materia ad testes, ut fiat semen, non est dicendū ꝙ in ratione Galeni ex ablatis testibus impediatur etiā ne materia formāda in semē deferatur ad astites glāduloſos, quia et ipsa etiā ꝙ sint oblati testes, ad ipsos etiā defertur, etsi in ipsis generatur semen, quia nihil est ꝙ impediat, ꝙ materia non deferatur, ad ipsos esset necesse ꝙ in ipsis generaretur semē, ut meminit Galenus, ꝙ nō potest cōcedi de testibus interceptis uasis, a quibus ad testes defertur materia: & sic Vessalius in suo arguendi genere nescit quid subiungat, nisi quod & castrata animalia etiam Venerem affectant: in cassum tamen; quasi quod Galenus aliter dixerit, quando in arguendo traditum est, quod animalia castrata non uidentur appetere, credidit Vessalius, quod Galenus uoluerit dicere, quod ipsa non uidentur appetere Venerem, quam tamen appetunt. Sed id non dixit nec uoluit dicere, quia argumentum fuisset in quatuor terminis. Est enim seminis generatio, id excernendi appetitus, & non appetitus excernendi: generatio seminis est in prima propositione, quando dicitur si in astitibus glanduloſis semen gignitur: id excernendi appetitus est in secunda propositione, quando habetur quod animalia castrata id appeterent excernere: non appetitus autem excernendi est, quando dicitur, sed non appetunt, uidelicet semen excernere, ut fiat argumentum in tribus terminis, ut edocet Aristoteles in Anali. prio. si uero exponeremus ut intelligit Vessalius s. nō appetūt uenerē, palam est quod argumētū esset in quatuor terminis ꝙ est ridiculoſum. prætera ista propositio est falsa, ꝙ aīalia castrata

non

non appetunt Venerem, est autem uera quod non appetunt excernere: & has ambas, ut sunt, confirmauit Galenus quando apertissime tenuit spadones in coitu etiam uoluptatem sentire, ut potest legi apud ipsum in. xiiij. de usu partium. quod autem appetere Venerẽ sit in se plus quã appetere seminis excretionem, credo apud omnes esse iam notum, quia appetere Venerem, est, & in seminis excretione, & non eius excretione: in seminis excretione fit uoluptas concurrente spiritu, ex quo cosistente semen emittitur, ut apparet in perfectis hominibus. fit etiam uoluptas ex spiritus eiectione, ut in adolescentulis & eunuchis demonstratum est, quanquam Galenus in loco præcitato meminerit ipsam in ipsis fieri etiam concurrente humore qui in astitibus glandulosis generatur. Promde si dicatur quod spadones non appetunt Venerem, erit falsum, quod Galenus hoc modo senserit ne tot apud ipsum sequantur incommoda & in arguendo & in scribendo: in quæ ò studiosi faciliter dilaberemur, si Vessalio in suis dictis ulla adhiberetur fides, sed arbitror apud uos illius pretij æstimabitur, ut æstimantur & alij huiuscemodi farinæ homines, qui in ignorantia submersi student inuere cunde, quæ ab alijs recte tradita, nec ab ipsis nota, suo ueneno tabefacere & inquinare. Nec his contenti peruertunt (ò facinus indignum) ut res sunt, & intricant, præsertim hanc partem de Anatome, quod Galenus simiarũ taurorum, arietum, ac aliorum animantium non autem hominum partes pingendo descripserit, sed in superioribus arbitror ad satietatem fuisse responsum, & in tantũ quod non est opus eadem repetere, nec dubitare quod Galenus

lenus quando alicuius particulæ ſitum deſcribebat, quod de homine aberrarit, deluſus ex alijs animantibus, quem admodum ei imponit Veſſalius in ſuo prægrandi libro. v. cap. xiiij. circa uirilis membri deſcriptionem, quando Galenus in xv. de uſu partium, inquirit cur factum fuerit nec uenoſum, nec arterioſum, ſed neruoſum ſatius ſit pudendum, & ex quo neruo, quum tria ſint neruorum genera, nec ex his ipſum conſtare, licet ab oſſe quidem emergat, non aliter quam ligamenta, ſed ipſum ſit ſolum ex omnibus cauum, quod utilitas ita flagitat. Demum concludit Galenus quod ea quæ ad pudendum attinent ſiue neruos, ſiue aliter nominare uelimus, quod nihil referat, ſatis quod coles eſſentia ſit talis qualem in nulla alia parte uidere eſt, ac omni quaq; cauernoſum, excepta ea parte quam glandem uocant, ut ſcribit Galenus in ultimo de locis affect. cap. ultimo, in his uerbis, ἐτοῦ δ' ὅτως ἔχοντος, φησὶ μένων, ἐν ταῖς ἀτομαῖς ἀρτηριῶν μεγάλων, εἰς μικρὸν μόριον, τὸ αἰδοῖον ἐμβαλουσῶν. φαινομένης δὲ καὶ τῆς οὐσίας τοῦ αἰδοίου τοιαύτης ὁποίαν οὐδὲν ἄλλο μόριον ἔχει, σῶμα γὰρ ἐστὶ σπογγῶδες, τὴν ἰδέαν ὅλου ῥιγγώδους, χωρὶς τῆς κολουμένης θαλάνου, quę quidē uerba faciunt credere quod Galeni mens fuerit, pudendi ſubſtantiam eſſe talē, quod hæc neq; arteriæ, neq; uenæ, neq; carnes, neq; glandulæ neq; os, neq; cartilago, neq; aliud quidpiam id genus eſt nominanda, ſed eſt talis, qualis non in alia totius corporis inuenitur parte, & ſic eam ut innominatam reliquit Galenus: ſed Veſſalius, quia dixit eam eſſe fungoſam ac ueluti carneam ac craſſam inſigniter membranam habere conuolutam, credidit aliter

dixisse, quam dixit Galenus, sed aberrat. Etenim ipse si dixit eam esse fungosam, Galenus dixit esse omniquaq; cauernosam, quod idem est, si dixit esse ueluti carneam, nec ob id tenuit carnem esse, ut scripsit Galenus, qui & si dixit neruum esse, id tamen fuit in causa, quia nerui in ipsa magis abundant, quam aliæ partes, cui assentitus est etiam Vessalius: quando dixit crassam insigniter membranam habere conuolutam, & cum hoc etiam ex dissectione apparet meatum ipsius neruum esse. Itaque considerata unaquaq; pudendi parte, rationabilius est ut dicatur neruus esse, ut scripsit Galenus, potius, quam carnem, uel aliquid aliud, quia partes neruosæ plures sunt in ea, quam aliæ ex alijs substantijs, ut declaratum est. Sed Vessalius qui liuori semper studuit incumbere, non mirum est, si in isthæc prorupit deliramenta, que ò studiosi audiuistis: quoniam nec ueritus est etiam inculcare Galenum in libris de Semine, de Vsu partium, & de uteri dissect. non muliebrem, sed uaccinum potius, aut caprinum descripsisse, quum ei indiderit cornua a Græcis κεραιὰ appellata, quæ habere negat Vessalius in suo prægrandi lib. ij. cap. xxxiij. & quinto, cap. xv. cui non esse acquiescendum plane existimo: præsertim quando in xiiij. de usu partium fuit declaratum omnes quæ in uiris insunt partes, in mulieribus etiam reperiri, nisi in eo duntaxat discrepent, quod in mulieribus quidem partes hæ intus sunt conditæ, in uiris autem sunt extra ad nuncupatum peritonæum: utras enim harum priores mente uolemus concipere, mulierum quidem extra euertendo, uirorum autem uelut intro uertendo atq; replicando om-

nes

nes sibi inter se similes inueniemus: uerum si id accidat, quem matrices locum occupent eum iam a scroto occupari est necesse, extrinsecus autem utrinq; testes ei adiacere ad collum eius sinus colem matris effici: quæ uero cutis est in fine colis (quod nunc præputium appellamus) ipsum pudendum muliebre representare. Intelligamus aũt rursus matricem euersam simul extra prominentem, nonne testes ipsius quoq; parte interna esse. est necesse: ipsam autem extrinsecus uelut scrotum quodam eis esse circundatam: collum autem quod ante in peritoneo erat abditũ, nunc pendere ac pudendũ uirile effici, pudendũq; muliebre (quod est uelut cutacea quædam huius colli epiphysis) in uocatum præputium transferri, consentaneũ his sane est, & arteriarũ ac uenarũ, & præterea uasorũ sparmaticorũ positionẽ unà cum his transferri: nullã enim in uiris partẽ inueniemus, quæ in mulieribus non insit, tantũ positione dissidẽt. quæ.n. in mulieribus sunt intus eę in uiris sunt extra, si igitur ita est, matricis capacitatẽ natura nõ fecit simplicẽ quẽadmodũ in uiris, corpus.n. totũ dextris et sinistris est geminũ, ita & matricis sinus, alter quidẽ in dextris, alter uero in sinistris est locatus, et hos Galenus cũ Diocle apices siue cornua denoĩatiua apud Græcos appellauit: Praxagoras autẽ et Philotimus sinus ipsos uocarũt, unde ẽt uterũ mulierẽ duorũ sinuũ dicũt, autor est Gale. in lib. de ute. dis. c. vi. ubi cũ Heroph. ipsũ in quãtũ ad fõdũ uesicę, in quãtũ aũt a laterib. exortus papillares ad lũbos nutãtes habet hac pte ei nõ amplius cõpetat, cui assẽtitur Vessalius in lib. de rad. Chy. oblitus eorũ quæ in suo libro de Fabrica

humani corporis tradiderat, quando scriptum reliquit ipsum capitis uituli in modum esse, quod cornua paulo post est eductorum. Quid clarius, si dantur uteri cornua etiam secundum ipsum: ex quo manifestum esse potest, quod non immerito homo inconstans appellari debet & bilinguis: & de eo etiam est conquerendum, quod turpe facit, dum ueniat taxandus in eo, in quo taxat alios, cum uelit Galenum etiam de pugnantia maledicere, quod ibi in loco paulò ante citato, quum Herophili sententiæ acquiescere uideatur, nonnihil infra ubi de cornibus disputat uerba mulieribus congrua in suum usum referens, tradiderit ipsum muliebrem uacino similem esse. Sed ex his optarem, ut declarasset Vessalius, quæ sit hæc inconstantia: certe in ea disputatione quam facit contra antiquos, quod illi neq; actionem cornuum, neque utilitatem plane agnouerint, ne tantillum reperietur, quod sibi possit adscribi contrarium: in ea enim habetur dũtaxat (ut est uidere) quod antiqui male censere in cornibus fœtus concipi, quia mulieri & alijs animalibus quæ secundum uterum similia sunt, ueluti capræ, & uaccæ non in cornibus reperiuntur fœtus sed in reliqua tota uteri cauitate. Hæc sunt Galeni uerba quibus autem contradicunt. Deinde subdit Vessalius, quod pulchre & calide subductum putat Galenus, quando cornuum actionem, functionemq; in alium locum referendam censet, quem apud illum nusquam reperiemus. Sed hic quis terguersandi locus dabitur, quin conjectus iaceat, fateaturq; se paucæ, uel potius dicã nullius lectionis esse? certe nullus. Etenim iam legitur in .xiiij. de usu par. de ipsorum utilitate, functioneq;

fine

sine dubio tradidisse Galenum in hisce uerbis, ταῦτα γε οὖν ἅπαντα φαίνεται τῇ φύσει προμηθῶς παρασκευασμένα καὶ πρὸς τούτοις ἔτις τὸ προσομαζομένων κεραιῶν ἡ γένεσις, εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων ἀποδέδεικται λόγοις, ἅπασί τε τοῖς ἄλλοις τοῦ ζῴου μορίοις, καὶ ταῖς ὑστέραις οὐχ ἧκιστα δυνάμις ὑπάρχειν ποιότητος οἰκείας ἕλκτικὴ, τῆς πάντος τινὰ καὶ σῶμα χον αὐταῖς εἰς τὴν ὅλκὴν τοῦ τοιούτου χυμοῦ παρεσκευασμένα, ἀλλ' ἔστιν οἰκειότατος χυμὸς ταῖς ὑστέραις οὗ καὶ τῆς ὑποδοχῆς ἕνεκα γεγόνασι φαίνεται δι' οὗ τοίνυν ὑπάρχοντος τούτου, δι' ὃν αὐτοῖς καὶ τὸ σπέρμα χων εἶδος ἐγένετο, πρὸς μὲν τὴν παρὰ τοῦ ἄρρενος ὁλκὴν, ὁλκοίμενος ὑπὸ τῶν ἀνατομικῶν αὐτὴν, ὃν εἰς τὴν γαστρικὸν αἰδοῖον καθήκειν ἔφην, εἰς ὃ πρὸν παρὰ τῶν ἰδίων ὄρχεων αἱ κεραῖαι, καὶ διὰ τοῦτ' ὠς πρὸς τὰς λαγόνας ἀνανεύκασιν ὄγκῳ καὶ κατὰ βραχὺ γινόμεναι σπερματικώτεραι, τελευτῶσιν εἰς ἀκριβῶς σπερματικὰ πόρα τα σπαδόμενον ἑκάτερον αὐτῶν τῶν καθ' ἑαυτὰ διόδων, καλεῖ γὰρ ἡ φύσις οὕτω τὸν ὄρχιν, *Hoc est, Constat igitur omnia hæc a natura prouidenter esse comparata, & præter hæc adhuc cornuum generatio: si enim recte in his quæ de facultatibus naturalibus prodidimus, fuit demonstratum, tum cæteris omnibus animalis partibus, tum matricibus præcipue facultatem ineſſe proprie qualitatis attractricem, oportuit omnino aliquem etiam meatum ipsis ad huiusce modi succum attrahendum fuisse comparatum. porro matricibus succus familiarissimus (cuius recipiendi gratia extiterunt) semen, quod quum sit duplex, duplices quoque ipsis meatus extiterunt, ad uirile quidem semen tra*

hendum, meatus is, quem collum Anatomici nominant, quod ad muliebre pudendum diximus pertingere, ad semen uero a proprijs testiculis trahendum cornua fuerunt comparata: quæ propterea sursum ad ilia spectant, paulatimq; arctata desinunt in fines angustissimos, utraque ipsorum δυδυμῶ sui lateris (sic enim Herophilus testiculum nuncupat) coniuncta. Ecce si Galenus nusquam tradiderit de functione cornuum & utilitate, ut mentitur Vessalius: quò fit ut ego quum has suas ineptias considero, non possum ò studiosi me continere, quin in eum petulanter & calumnioſe procedam, simq; reseratis philosophiæ claustris inter confutandum acrior, quibusdamq; uerbis remordendo inuerecundior, adeoq; ut de me male sentietur, sed ego de hoc parum curo, dummodo cæteris transeat in exemplum, discantq; inde eorum esse, neq; posthac audeant alios reprehendere, in quibus non oportet, cesſetq; illorum petulantia, & temeritas, quæ ineffrena sunt, & ob id summopere detestanda, dum culpant ea quæ ob suam tarditatem ingenij & ruditatem consequi non potuere. Nos autem hac de re stomachosi non desistemus quin uerbo & opere, quod iustum sustinendo, decertemus. Itaq; postquam erat sermo de utero, agamus (est consentaneum) deinceps de ipsius acetabulis, quæ a Græcis κοτυληδόνες appellantur, de quibus etiam cõtra Galenũ debacchatus est ipse in suo prægrandi lib. v. c. xvi. contra quẽ nihil aliud proferam pro Galeno, nisi id quod scribitur in libro de uteri diss. c. xvi. qui locus pro omnibus satisfacit, & pro loco in. v. Apho. apho. xlv, primo de Semi. c. vij. xv. de usu par. et

alijs

alijs pro locis multis: ibi namq; declaratur quid intelle xerit Galenus per acetabula in utero, adeoq; ut non licē at facere distinctionem quid per ipsa sit intelligendū, ut facit Vessalius, qui ponit difficultatē in re, quæ luce meri diana est clarior. porro in loco præcitato sic scribitur:

κατα ταῦτα δὴ αἱ κοτυληδόνες εἰσὶ, δεσμὸς ἀσφαλὴς τῶ χοριω πρὸς τὴν μήτραν γεγενημένα καὶ τοι τὴν τοις ἀνθρώπου μήτραν, οὔφασιν ἔχειν κοτυληδόνας, γινεσθαι γὰρ αὐτας ἐπὶ τε βοῶν καὶ αἰγῶν καὶ ἐλάφων, καὶ τοιούτ ἕτερον ζωων, σώματα πλαδαρὰ ὑῶ δὲ μυξα, τῶ χήματι ἐοικότα κοτυληδόνι τῆ πόα κυμβαλήτιδι, ὅθεν περ καὶ τ νομα αὐταῖς, ἀλλ' ἱπποκράτης γε φησὶ ὡκόσαι μεγρίως ἔχουσαι τὰ σώματα, ἐκλιπρώσκουσι τεθραμμένα δὲ τε φανερῆς προφάσιος, ταύτησι αἱ κοτυληδόνες, μυξης μεσαὶ εἰσι, καὶ οὐ δυνάμενα κρατεειν ὑπὸ τοῦ βαρεος ὑπερεμβρυου, ἀλλα ἀπορρήγνυται, καὶ μὴν Διοκλῆς ὁ καρύστιος καὶ ὦξαγόρας ὁ ἠῶος ὁ Νικάρχου μικρὸν ὕστερον ἱπποκράτους γεγονότες ταῦτα λέγουσι πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἀρ' οὖν ὦαντες ἠγνοήκασι, ἀλλ' οὐ θεμις ὑπερ ἀνδρῶν τηλικούτ οὕτω φρονεῖν, τι ποτὲ οὖν ἐστιν ὃ λεγουσι τὰ σώματα τ ἐν τῆ μήτρα ἀγγείων, οὕτω καλοῦσι, καὶ γὰρ καὶ ταῦτα κοτυληδονειδὲς ἐς ἐχὰς ἐμφυομένα ἴσχει παραπλησίως τῆς κυησεος χρόνου, οἷα καὶ ἐν τῶ ἀπυθυομένω γίνονται ἐπὶ αἱμορροίσι, λεγω δὴ ταῦτα. οὐ μαντευσόμενος, ἀλλα ὦαρα πραξαγορου μαθὼν, ὁ γάρ τοι πραξαγορας ὧδ' επο φησιν αὐλαῖς λεξεσι, κοτυληδόνες δὴ εἰσὶ τα σώματα τ φλεβῶν τ εἰς τὴν μήτραν ἥκουσῶν. ὥς τε ἔχοιεν ἂν ἡ γυναικεία μύρα κοτιληδονας, καὶ ἣ διαφερουσιν αὐταί τε καὶ εἰδ' τ ἀλόγων ζώων σαφὲς ἥδη οἶμαι ἐκ τ εἰρημένων γεγονεναι.

Hoc est, Iuxta hæc etiam Cotyledones sunt uinculum firmum secundæ ad uterum existentes, quanquam hominis uterum cotyledonas habere, sint qui negent. nasci enim eas in uaccis, capris, & ceruis, atq; alijs animantibus aiunt, corpuscula laxa, mucosa, figura cotyledoni herbæ, quæ & cymbalitis dicitur similia, unde & nomen habent: uerum Hippocrates utiq; ait, Quæcunq; moderata habentes corpora bimestres aut trimestres abortiunt citra manifestam occasionem his cotyledones muco plenæ sunt, & præ grauitate fœtum tenere non possunt, sed abrumpitur: at qui Diocles, Carystius, & Praxegoras Cous Nicardi filius, paulò post Hippocratem nati, hæc dicunt, & multi alij. num igitur omnes ignorauerunt? sed fas non est de tantis uiris ita sentire. Quid igitur est tandem, quod dicunt oscula uasorum in utero ita appellant: nam & hæc eminentias ad cotyledonum similitudinem innascẽtes circa impregnationis tempus habẽt, quales itẽ in intestino recto in hemorrhoidibus fiũt: dico aũt hæc non ex uaticinio, sed a Praxagora doctus, Praxagoras nãq, in hũc modum dicit his uerbis, Cotyledones sunt oscula uenarũ ad uterũ peruenientiũ: quare ꝙ sane uterus cotyledones et quatenus hæ ipsæ ab ipsis quæ brutis aĩalibus sunt, differant, ex dictis manifestũ iam factũ esse opinor. hactenus Galenus. Qui satisfacit Vessalio, scribens muliebrem uterum has eminentias non habere, quando scriptum est, circa impregnationis tempus haberi, quales item in intestino recto in hemorroidibus fieri cernimus, quasi sit dictum quod non semper, sed solum circa impregnationis tempus apparent: & potest esse

quod

quod Vessalius non unquam eas inspexerit, quia fortasse contigit qnod mulierem non secuit, quæ mortua sit circa impregnationis tempus, sicuti usu uenit & multis alijs antiquis ante Galenum, qui negarunt & ipsi hominis uterum eas habere, ut uisum est. Et ita apparet quod Vessalius defecit in speculatione Anatomes, non considerando res quæ possunt aliter inspici penes temporis diuersitatem, quæ erat summopere animaduertenda, præsertim quando de ipsa iam fuerat facta mentio: sed Vessalius qui nunquam curauit ut bonæ de Anatome partes a Galeno declaratæ manifestarentur, noluit unquam in his, quæ scripsit Galenus, insudare, atq; perpendere aut saltem suspicari, quod nephas sit credere Galenum tantum uirum isthæc ignorasse, & alia plura, ut sunt ex illis fœtus inuolucra, de quibus in sequenti capitulo dabacchatur ipse, dum existimat porcorum aut canum ea Galenum depinxisse. De quibus memini dum essem Fononiæ haud parum mecum condoluit Bartholomeus Maggius Chyrurgus præclarissimus, qui adeo Anatomes tunc erat studiosus, quàm unquam alium agnouerim, qui præter illos qui ab Illustribus quadraginta uiris Bononiæ dominis, singulis annis pro Anatome publica dabantur quã plures alios ex cœmiterijs in domum suam sub noctu deferre etiam non prætermittebat. Quodam die perierat quædã meretricula utero gerens, quæ laborauerat primo febre continente, ab hac tamen pene liberata concubuerat cum quodam suo amatore, ex quo superuenit alui fluor, qui bis curatus fuit, tandem ex eadem causse rursus rediit, qui per multos dies ipsam excrutians, nec a remedijs

remedijs uliis unquam iuuata, deinceps ipsam tandem ad mortem perduxit. Hæc cum habitaret prope uicum Sancti Laurentij, in ipsius ecclesia sepulta est: nos autē curiosi admodum uidendi ipsius partes in Anatome, & præsertim uteri, quum utero gereret, ipsam habere procurauimus, qua potita, statim deteginus ipsa fœtus inuolucra. Primo se obtulit secunda, a Græcis χοριον appellata, quæ totā integebat uuluā uteriorem, qua remota, uisa est deinceps & alia membrana, quæ a figura farciminis αλλαντοειδης appellatur, ex femineo semine generata, quæ recrementis erat plena, quæ iuxta quasdam partes fœtui incumbebat, sub qua erat & alia membra quam a mollitie αμνιον uocant, totum orbiculat fœtum implectens, contra Vessalium, qui uult nullibi uniuersum fœtum ambire. non uisæ sunt etiam illæ maculæ, nec alia de quibus meminit Vessalius. Proinde nonnulli ex nostris qui aderamus eò, tunc male de ipso dijudicauimus, quod liuore potius quàm pro ueritate indaganda in illa contra Galenum proruperit, subiunxit tamen Maggius se etiam uidisse quæ scribit Vessalius quadam die dum esset uocatus ad quandam mulierem Bononiensem (cuius nomen perdidi) difficulter parientem, sed dixit de illa fuisse suspectum ne ex morbo Gallico quo uexabatur, illa contigerint, quum uideamus quotidie & pueros non dico inuolucra non illis tantum, sed etiam quibusdam ulcusculis esse infectos: atq; idcirco erat suspicandum, quod ipse in huiuscemodi sit deceptus. Conquestum est etiam summopere quando ipse in eodem prægrandi libro. v. cap. xx. negat a uenis utero conterminis sanguinem ad

mamil

mammillas duci, quia exiles sunt, & exiguæ, nesciens Galenum in septimo de usu partiũ, scripsisse etiam alium de suppeditari sanguinem, ut clarissime apparet in his uerbis, ἢ οὐχ ὁρᾷς τοι ἦν τῇ φύσει ἀπὸ τῆς ἥπατος ἀναφερομένης διὰ τῶν φρενῶν φλεβὸς τῆς μεγίστης ἣν κοιλην ὀνομαζουσιν, ποιήσαθαι τινα ἀποφυσιν, εἰς τους τιτθούς οὐκ ἐποιήσατο, καὶ τοι πλασίον ὑπαρχούσης αὐτῶν, ἀλλ' ἐπι τετὴν καρδίαν ἀνήγαγε πρότερον, καὶ σύμπαντα τὸν θώρακα διεξέβασε, κἄπειθ' ὁπότε πλησίον ἦν ἤδη τῶν κλειδῶν, ἐντοῦθεν ἀποβλάστημα δυοῖν ποιησαμενη φλεβῶν, ἀξιολογων, ἅμα δὲ αὐταῖς ἀρτηριῶν ἕτερα δύο κατήγαγε, σύμπαντα τέτταρα δι' ὅλου του στέρνου κἀτω κἄπειθ' οὕτως ἐνὲφυσε δύο κοιλα ἑκάτερον τιτθὸν, οὐδὲν ἄλλο κατα την μαχρὰν ὅδον, ἢ ὅπως εἰθ' πλεῖστον ἐν τοῖς ἀγγείοις πεφθὲν, τὸ αἷμα προνοουμένη, *Hoc est, An non uides, quod quum Natura posset ex una maxima, quæ sursum ab hepate per phrenas fertur (quam cauam nominant) productionem aliquam ad mammas ducere, id non fecit, tametsi ea prope mammas esset, sed prius sursum ad cor duxit, & per totum thoracem traduxit, post autem, quum iam prope claues peruenisset, illinc duas uenarum commemorabilium, duas etiam cum eis arteriarum productas propagines, quatuor simul eas infra, per totum pectus deduxit, eoque modo binas demum utrique mammillæ inseruit, in tam longo isto itinere id modo agens, ut plurimum in nasis sanguis esset percoctus. Hactenus Galenus, & quidem quàm doctissime.*

Tacco

Taceo etiam quid sit dictum de mamillarum situ, præsertim quando nonnulli ex spectatoribus aderant, qui summopere in Aristotelis uerba iurauerant, qui ut Aristotelem defenderent pro Galeno patrocinium acrius assumpsere: sed quia huiuscemodi ad Aristotelis doctrinam magis, quam ad speculationem Galeni Anatomicam pertinent, eò consentaneum est illa quæ dicta sint pertransire, aggredientes tandem & alia, quæ dinceps ueniunt pertractanda.

FINIS LIBRI QVINTI.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOME.

Liber Sextus.

NON Equidem ò Studioſi mirandum eſt ſummopere ſi non in omnibus illum teneo neq; ſeruo ordinem, quem in ſuperioribus pollicitus fueram: id eſt in cauſa, quia Veſſalius ponit quandoq; non nulla in diuerſis locis, & quæ dicta ſunt in . arthros de Oſſibus, eadem replicat in partibus de Muſculis. Pari modo facit de uenis & arterijs, & de alijs id genus ſexcentis. Peruertit etiam Veſſalius ordinem, quin ea quæ in aliqua parte, quæ propria eſt, eſſent recenſenda, ad aliam partem tranſponit, quo fit ut ego quoq; de ipſis perdiſturbem, dum curo ipſius ſectari ueſtigia, quo facilius ipſum deprehendam, quod ut faciam cogor etiam quãdoq; in aliam ego quoq; partem, de quæ non habebatur ſermo deſcendere. Cuius cauſa eſt Veſſalij malignitas, quæ tanta, niſi teſtibus uterer, operam quidem fruſtra luderem: quod ne contingat, ubi me reperi in illa hiſtoria, de quibuſdam alijs præter ea de quibus

loqui

loquebamur, si erant ibi uiri aliqui non mediocris autho ritatis, ut ipsi unà mecum possint attestari, non prætermitto quin dicam, quo res melius credatur. Itaq, superio ri libro dum sermonem haberem de penulis iecinoris, & de alijs quampluribus, contigit mihi ut memoriam face rem, quæ uiderim in Illustrissimo patrono nostro Carolo Sabaudiæ Duce nono, inter quæ multa Vessalius in hoc suo prægrandi libro sexto commemorat, quæ hic essent discutienda: ueruntamen ne uidear facere, quẽadmodum ipse facit in hoc libro de fabrica humani corporis, et mul to clarius in libro Apologetico, qui de radice Chynæ in scribitur ubi easdem suas turpes ineptias millies inculcat quo uideatur multas adimplere chartas, uisum quidem est sicco pede pertransire, et ea tantum pertractare quæ nullibi determinata sunt. Restat igitur ut de una tantum difficultate, quæ habetur a Vessalio in hoc suo prægran di libro sexto, cap. x. fiat sermo, quæ est in carnis & fi brarum cordis usu. sed in ista peccat non parum Vessali us, quemadmodum in pluribus alijs, ut declaratum est: & hæc fuit una causa ex maximis, quæ me mouerunt ad decertandum cum ipso. Nempe pati nequo, quæ patrum memoria scripta sunt imperitissimo seculo, multis in locis inuersa deprehendantur. Quod si permitteretur, cer te scio actum esse de scientiarum studijs, nec immerito. Quid enim iuuaret bonis lucubrationibus impallescere, si otia eruditorum hoc modo perturbarentur? Est ergo omnium, qui non absunt a Musis, ut ita dicam, istorum intemperiem, qui tantis perturbationum facibus in bonos inuehuntur, undique clamore sublato retun

dere

dere, ne tam præceps audacia diuturnitate temporis inualescens ingenuis artibus excidium moliatur. Nam quid aliud per Deos immortales eorum consilium suspicemur, quam quibus a cæteris seruis ingenui discernuntur ornamenta de medio uitæ tollere? quum sic animati sint in summos optimarum Artium Professores, ut & ante per insidias in dubium salutis, & tunc excogitatis fictisque criminibus in famæ dispendium uocent, quemadmodum Vessalius uocat Galenum: sed spero quum hæc in uulgus sint ædita, per se nulla confutatione ludibrio erunt omnibus: ut ex dictis, & quæ dicenda sunt, manifestabitur. Porro Vessalius in loco paulo ante citato imponit Galeno quæ nunquam somniauit, dum uelit Galenum existimasse carnem & fibras in usu cordis fuisse datas, ne his cor in suis contractionibus pectoris os accedens facilius læderetur. Sed id hactenus haud unquam uidisse apud Galenum memini. Quod autem comperio, est id quod legitur in sexto de usu partium: ubi propter actionis continuitatem &, uehementiam in qua semper uersatur cor ipsum, fuisse sortitum & carnem, & illas fibras, scriptum est in hisce uerbis,

Σάρξ ἐστιν ἡ καρδία, σκληρὰ καὶ δυσπαθὴς ἐξ ἰνῶν πολυειδῶν συγκειμένη, καὶ κατὰ ἀμφω ταῦτα κάνεὶ παραπλήσιος εἶναι δοκεῖ τοῖς μυσίν, ἀναγῶς αὐτῶν διαφέρει, τοῖς μὲν γε μονοειδὴς ἐστὶν ἡ τῶν ἰνῶν φυσις, ἡ μὲν εὐθείας μόνον ἔχουσι κατὰ τὸ μῆκος ἑαυτῶν, ἢ ἐγκοίας κατὰ τὸ πλατος ἀμαῦ ἑκατέρας ὁδοὺς ἢ κα;

ἡ καρδία ἡ καὶ τοὺτας ἀμφοτέρας ἔχει, καὶ πρίτας ἐπ' αὐταῖς τὰς λοξὰς, ἀλλα καὶ σκληρότητι καὶ τόνῳ καὶ τῇ ξυμπάσῃ ῥώμῃ τε καὶ δυσπαθείᾳ, πολυ δή τι παραλλάττουσιν αἱ τῆς καρδίας ἶνες ἁπασῶν τ' ἄλλων, οὐδ' ἑνὸς μὴν ὄντος ὀργάνου συνεχὲς, ἢ σφοδρὸν ἐστὶ τὸ ἔργον, ὡς τῆς καρδίας ὅταν δὲ λόγως εἰς ῥώμην θ' ἅμα καὶ δυσπαθειαν, ἡ τ' σώματος αὐτῆς οὐσία παρεσκεύασθη,

Quod est: Cor est caro dura, & ægre patibilis, ex fibris multiplicibus conflata, quorum utroq; quanquam mus-culis uideri possit persimile, discrepat tamen ab ipsis perspicue: siquidem his unius generis est fibrarum natura, aut enim rectas solum habent secundum suam ipsorum longitudinem, aut transuersas secundum latitudinem, simul aũt utrasq; nullus) cor uero & has utrasq; habet, & tertias præter has obiquas, atq; etiam duritie, contentione, toto deniq; robore, ac patiendi difficultate cordis fibræ multum sane ab alijs omnibus differunt, quum enim aliud instrumentum nullum sit, cuius tanta actionis esse continuitas, ac robur, quanta est in corde, consentaneum ob id fuit corporis ipsius substantiam ad robur simul, & difficultatem patiendi comparari. Soleo autem citare Galeni uerba, ut sciant studiosi quanti & Galenum & Vessalium possint expendere, & si uerum sit quod opinio quæ imputatur a Vessalio ipsi Galeno, sit Galeni an non: quia in pluribus scriptum est, quod Vessalius non citando loca, aliquam attribuit opinionem Galeno, quam nonquam per insomnia excogitasse credendum est, quum nullibi fiat mentio. Proinde ne contingat error, neq; contentio, quod sit, & quod

non

non sit, uolumus sigillatim Galeni uerba hic adscribere, & si sciam quamplures esse qui me damnabunt, quod satis erat sensum uerborum Galeni adduxisse, & non uerborum seriem, ut fugiatur prolixitas. Nolui tamen prætermittere, quin sit dictum, quod aperta acie sit dimicatum, adeoque ut unusquisque hac in pugna Agonotheta possit esse. Itaque perpendatur, dijudicetur, feratur sententia, si quid expectatur, in futuro sermone absoluetur.

SEXTI LIBRI FINIS.

FRANCISCI PVTEI APOLOGIAE PRO GALENO IN ANATOME.

Liber Septimus.



INTER *Omnes qui de re Medica scripserunt o Studiosi, primus omnium post Hippocratem Galenus (ut mea fert opinio) censendus quidē est, qui ōes Medicinæ partes instaurando, restituendoque adeo refecit, atq; illustrauit ut nihil supra: uideatis enim quæso quid dixerit in Empiricos, quid in Methodicos, & quid in Dogmaticos: Dij boni quàm rationabiliter indignatus est in Philinum Coum, in Serapionem Alexandreum, in ambos Apollonios, in Glaucium, ab his in Menodotū, in Sextum, in Heraclidem Tarantinum, atq, alios Empiricos principes: quàm iure optimo damnauit Syrum, Asclepiadem, Tessalum, Mneseam Dionsium, Proclum, Antipatrum, atq; alios Methodicos excellentissimos. papè quis non admiretur quæ dixit de Diocle Caristio, de Praxagora Coo, de Chrysippo de Herophilo Athanæo, deq; aliis sectæ rationalis principibus & coripheis. Quid proferam de alijs qui ex aliquibus*

quibus ipsorū erāt, ex quorū numero fuit Lycus, Pelops Aelianus, Marinus, Andreas, et reliqui sequētes Asclepiadem, qui de re Anatomica conscripserunt, quam quidem rudem, incultam, atq; imperfectam ij nobis reliquerunt, quum nulla pene reperiatur pars, aut in usu, aut eius cognitione, circa quam hallucinati non sint. Etenim ò studiosi desiderantes quidem scire, auspicemur ab ossibus, & primum a futuris, & uideatis obsecro, quomodo hi quidem delirarint, quia obscuræ sunt hæ in ossibus diuinissimis, cuiuscemodi est occipitis, frontis, palati, & sinum æ maxillæ: hac de causa fuere ex præcessoribus, qui ipsis carere ea omnino affirmarunt, author est Galenus in. x. de usu partium. Circa ossa autem etiam cæcutiere, quum ossa reperiantur non cognita, neq; numerata ab antiquis, ut habetur ex Galeno in secundo de usu partium, legitur etiā in tertio præcitati libri, quod Eudemus plantam & metacarpum similiter utrunq; ex ossibus quinq; constare affirmauit, pariter autem & magnum digitum in pede & manu duas habere acies, quod putet exactam eorum proportionem seruare oportere, hallucinatur: ex tribus enim ossibus magnus digitus in manu constat euidenter, ut & articulus eorum, & motus declarant. Attamen his ita habentibus, proportio harum particularum euidens est, nec opus est quod cum Eudemo mentiamur. Sed quia agimus de manu & pede, operepretium est, seruantes Galeni ordinem, ut dicamus de ipsorum musculis, qui ab antiquis fuerunt incogniti: præsertim illi parui admodum, qui primum articulum cuiusque digiti flectunt in manu & pede, de quibus meminit

Galenus in primo de Anato. admini.& in tertio de usu partium, quos longo tempore & ipsum non animaduertisse fatetur ipse. Ignorati sunt & alij plures mouentes brachia, præsertim illi qui lateribus ea adducunt, de quibue traditur in primo de Anato.admi. Errauerũt etiam multũ qui ante Galenũ fuerũt dissectionis professores, circa illius musculi enarrationem,qui impositus est desuper ipsi radio factus longissimus omnium, qui circa hoc membrum sunt musculorum. Huius autem causas declarauit Galenus in Anato. admi. Quid dicam de musculo brachij os ambiẽte, quem perpetuo carnosum posteriori tuberculo cubiti cõmitti spectamus? & hunc ignorarunt antiqui cum his qui flectũt digitos, existimãtes esse illũ qui omnium gracillimus est,& summa sub cute porrigitur per medium prẽcipue mẽbrũ a superiori ad inferiorẽ partem tendens,atq; in teretem tendinem, qua primum ipse a musculo enascitur longe supra brachiale finiens, eiusmodiq; usq; ad brachiale perdurãs, usq; adeo postea dilatantur, ut toti interiori externæ manus cuti pilis nudatæ subnascatur.Hunc namq; dissecãdi professores,qui ante Galenum extiterũt singulos ab hoc musculo digitos contrahi,flectiq; arbitrati sunt, quum tamen nihil sane quod consideratione dignum sit musculus hic moueat, sed alios inuenit Galenus esse musculos, qui digitorum sunt motores,ut habetur in primo de Anato.admini.& tertio de usu partium, quorum quod uniuersi tendones teretes ueluti nerui existant,probe dissectio.professores antiqui tradiderũt,non tamen superiora tendonũ capita musculorũq; nuerũ exacte scripserũt,ita ut neq; medij

moto

motores musculos quidam ipsorũ ostẽderunt : inter quos etiam fuit Aelianus, ut author est Galenus in lib. de musculo. dissect. cap. xxi. Nec sine causa præcessores aberrabant, quia ut tradit Galenus in primo de Anato. admin. hi nomen Anatomici falso sibi arrogantes, animal longo tempore mortuum incidebant, cuius partes iam aridæ contractæq; fuerant, quo fiebat ut partes discerni non poterant, unde non paucus error committebatur & in usu, & musculorum cognitione: Galenus autem qua ratione nos administrare Anatomen oporteat, ne ex æquo cum illis aberremus, tradidit in libris de Anato. admi. scribens & modum qui seruãdus sit (& si contingat animal secare, quod ab antiquis dissecabatur) qui est ut cũ aqua calente foueamus partes, atq; alia meminit, quæ habentur in libris præcitatis, quæ apud ipsos erant incognita, ob quæ alter ex duobus humeri musculis, qui ab inferioribus sursum feruntur, gracillimus tamen & longitudine non superatus a dissectionis professoribus merito ignoratus est. Nam dum male cutis excoriatur, musculus hic obscuratur corrumpiturq; : sunt & alij qui deperdebantur ob malam etiam administrationem in secando de quibus postea mentionem faciam, sed ut seruem ordinem, opus est ut sigillatim procedendo, de alijs tradam, inferendo tamen parum, uel nihil, antiquos de Anatome tradidisse, quod non sit carbone (ut aiunt) annotandum, aut enim non cognoueruut, ut dictum iam est, aut si cognouerunt, circa illius usum tamen aberrarunt, ut Lyco euenit contigitque unà cum plerisque alijs magni nominis Dissectionum professoribus,

qui non cognouerũt usum quarti musculi qui præest motui scapularũ, ut scribitur in.iiij.de Anato.admi.in libro de muscu.dissect.c.vij.cuius etiam(quod plus est) ignoratus est eius tendo, & exortus, simul cum actione alterius musculi scapulam in priorem regionem ceruicis uersus proprium principium adducentis qui angustus est et longus: minor etiam musculorum colli coniugatio cum tota prima uertebra ab Anatomicis antiquis est prætermissa, legitur nãq; de Lyco in.iiij.de Anato.admi.quod ab ipso una duntaxat ex ipsis coniugatio quæ caput primæ uertebræ cõnectit, fuit nota, de quo nempe admiratur Galenus in lib.xvi.de usu part. & in libro de musc. dissect.c.ix.etiam scribitur quod ex omnib.musculis qui capitis dearticulationẽ in orbẽ circõdãtes coronãt, duos solos nouit Lycus: cæteros aũt omnes ignorauit, quẽadmodum etiã posteriores octo occipitis, quos ceruicis & capitis cões esse comperijt Galenus, uerum hos, quod à spinalibus musculis sèparare nequiret, reliquos quod sub his abscondit, essent, merito ignorauit: si igitur tot & alios ignorauit Lycus musculos, optarẽ equidẽ ut aliquis mihi diceret, qualis erat tũc quæso Anatome? non dicendum equidẽ quod ipse fuisset ex malis dissectionis professoribus, quia scripsit Galenus in.iiij.de Anat.adm.quod unus erat ex Anatomicis præcipuis: eius.n.libri magno studio circũferebantur.in proemio libri de musc.disse.etiã scribit Galenus quod hic omnium clarissime atq; optime musculos dissecuisse credebatur. Proinde nõ hunc solum, sed alios quoq; in huiuscemodi fuisse deceptos est suspicãdum, quia nũquam inter ipsos in tanto pretio potuisset

esse

esse: inter quos si quæ fuerat controuersia licet coniectari, quod nõ erat admodũ multa, sed omnes pene ad idem conspirabant. in tot. n. Galeni libris non legitur antiquos inter se fuisse admodũ diuersos, præter in ipsis musculis, qui diuersa obtinent capita, de ipsis fuit quãdoq; quæstio si quot capita habẽt, sint tot musculi, ut recitauit Galenus in primo & tertio de Anato. admi. quẽ admodum est in musculis tibiæ, & in musculis temporalib. quos nõnulli utrunq; non simplicẽ musculũ, sed triplicẽ esse existimabant, quod tres ipsorũ sunt aponeuroses, aut tendones, aut in maxillis insertiones, instar principiorũ quorundã, uocant. n. nõnulli hoc quidẽ modo, alij aũt alio. qui quum perspicue eorũ speciẽ studẽt indicare (quæ alijs est dissimilis) suspitionẽ cupiã præbere queant, de ipsis nõ cõuenire, sic quidẽ hic dicebat tria utriq; musculo adesse principia, ille uero caudas, aut capita aut aponeuroses aut tendones, aut insertiones. Est aũt nulla quod ad hãc saltem rẽ pertinet uiris Anatomicis in re cõtrouersia, sed in docendi ratione: utinã haberemus librũ Galeni de antiquorum cõtrouersiis, quẽ citat Galenus in primo de Anato. admi. certe arbitror quod manifestaretur Galeni gloria, quum eorũ libri qui Anatomicos seipsos uocarũt, & huiuscemodi deliramẽtis & infinitis erroribus pleni cõperirentur, sciretuŕq; à quibus antiquis Anatomicis discordet Galenus, & quantũ illi aberrarũt in Anatome, certe non solũ tendones, uel motus aliquos ignoratos ab eis sed etiã totos musculos prætermissos haberemus, cæcosq; uocaremus eos, qui errarunt circa talia, quæ non solum in Anatomis sunt obscuriora, sed etiã ante Anatomen

apparent euidenter, dum per actionem ostenduntur, unde (ut rem uostram sequar) quicunq; non sex, sed quinq; affirmabant esse oculorum musculos (id quod etiam Lycus opinabatur) ij non in numero solum, sed in actionibus quoq; cognoscendis aberrabant. non cognouerunt etiam priores Anatomici illos duos musculos qui ad buccharum motum a natura sunt formati, idq; quod ab his animal male excoriabatur, præsertim ille qui a Græcis μυωδες πλαθυσμα, hoc est musculosa dilatatio appellabatur, ut habetur a Galeno in primo de Anato. admini. in xvi. de usu partium, & in libro de muscu. disse. c. primo, legitur etiam in. iiij. de Anato. admin. Lycum par unum musculorum maxillam quoq; mouentium inter os situm omisisse, quemadmodū latiores colli musculos unà cum his quos retulimus, ignorasse. Quid referam etiam quantum in alijs partibus sit hallucinatum: scribitur in primo de Anato. admi. quod etiam ueteres Anatomici non cognouerunt musculum tenuem a Galeno etiam inuentum membranosum costis quidem omnibus incumbentem, qui inferius principiū subter uniuersum ilium cutem expansum habet. traditur in. v. de Anato. admi & . vij de usu partium, quod musculorū intercostaliū neq; ipsorū naturam, neq; actionē antiqui Anatomici cognouerūt, quē admodum nec omniū a quibus moueri thoracē ingeniose reperit Galenus: quā male etiā præceptores Galeni cē suerint solum septū mouere thoracē in respirationibus, declaratur in. viij de Anato. admi. ubi tandē ostēditur multa fuisse ab antiquis prætermissa circa respirationē, quorum Galenus inuentor extitit. prætermiserūt etiam musculos

culos extremas costas detrahentes partẽ ipsorũ aliquã, cum octo in obdomine musculis simul amputãtes, aliquã uero spinalibus affixam relinquentes. in partibus coxendicis etiam commissum fuit delictũ ab antiquis, qui quũ de his musculis uellent tradere, sed tamen quẽadmodum & alia multa in toto copore non animaduerterunt, ita & hic musculos integros non uiderunt, ut meminit Galenus in .xv. de usu partium: sunt enim decem, in quibus, ut declaratum est in lib. de musc. disse. c. xxi. non parũ aberrarunt, tum alij dissectores uiri, tum Lycus ipse Quinti discipulus, qui ipsos quinq; esse opinatus est, intrinsecus quidem tres, extrinsecus uero duos: ex alijs aũt quinque tres quidẽ omisit, duos uero permutauit, quippe qui actionem ipsorum ignorabat, positionẽq; solum considerabat unà enim cum alijs omnibus musculis dearticulationem ipsius genu mouentibus femori, id est, μηρῳ incũbunt. non ita tamen se habet rei ueritas, ut Lycus arbitratur, sed ut declarauit Galenus in locis præcitatis. Aberrarunt etiam antiqui professores circa musculos genu dearticulationem mouẽtes, non solũ in eorũ cognitione, sed etiam in eorũ actione, ut legitur in lib. de musc. disse. c. xxxiij. & in .ij. de Anato. admi. delusi primũ ab illo maximo femoris musculo, qui totã internã regionẽ simulq. posterioris non parum occupat, considerata eius alligatione, æquum est suspicari, non illius duntaxat ipsum esse proprium, sed certe ambarum communem superioris, inquã, quæ in coxẽdice & præsentis istius, quæ in genu est: quã tum aũt ad eorum cognitionẽ satis iam cõpertũ est quod Galenus scripsit in secundo de Anato. admi. & in sexto de mor

de morbis uulg. sect. v. cõmento secundo, quod ipsi ignorarunt musculũ articulo latenter quidẽ iusinuatũ, qui uel solus ipsum genu flectere potest, uel maxima potẽtia præditus est. In tibia aũt maxima fuit apud antiquos cõfusio ut scribitur in primo de Anat admi. in tertio de usu par. & in libro de mus. dissect. c. xxxiij. plures enim existimabant esse quàm nõ sunt, in capitibus musculorũ multitudinem ponẽtes, ut antea fuit explicitũ, sed iure optimo posterioris tibiæ partis sex omnino sunt, unusquisq; secundum rectitudinẽ particulæ, quam moturus est locatus. Non possunt aũt hi sex musculi, non sex, sed quinq; censeri ut uisum est prioribus Anatomicis, ultimos duos musculos unũ statuẽtibus, quod parte plurima coalescant: quin etiam & anteriores musculi tibiæ uisi fuerunt eis tres propter eandẽ causam, quũ sex certe, uel septẽ rectius dicãtur. nam qui extendit quatuor digitos, unus eis esse uidetur, ut & unus est, ex utraq; uero parte ipsius rursus est unus, qui in triplicia tendonũ capita desinit, quib. tum ipsis, tũ ipsorum utililatib. si quis intendat animum ipsos sex aut septẽ uniuersos statuet, ut in libris de Anato. admi. ostenditur, ubi & horũ non rectã in calcaneo insertionem cõstituisse, quod etiã declaratur in iij. de usu part. prætereo usum musculi uesicæ collo inhærentẽ, ab antiquis ignoratum, & multa plusquã sexcenta, quæ si uellem recensere, tedio uos afficerem ò studiosi potius, quam doctrina, quia certe si uolumus cõsiderare quæ ab illis scripta sunt in Anatome, potius erũt ipsius dehonestamenta, quam ornamẽta. Nam uidistis uos ò studiosi quod nulla pene est pars, cuius aliquis musculus ab illis

non

nō sit ignoratus si nō in eius cognitiōe, saltē in eius actio ne: et propterea si uolumus recte dicere quæ ab antiquis dicta sunt, non merētur quod dicātur, quod sit pars artis huius, nec principiū, nec ambiguitas etiā in cōparatione eorum quæ dicta sunt a Galeno, quia quæ relicta sunt à prioribus dissect. professoribus, erant confusa, indeterminata, sine artis administratione. Eorum enim libri erant pleni infinitis erroribus, sed postquā uenit Galenus, qui a cœlo datus est ut isthæc et alia in Medicina illustraret, debitum ordinem dedit omnibus, indistincta declarauit, incompleta diffiniuit, ignorata cognouit, adeo ut de ipsa nihil sperari possit melius, idq; in omni parte de Anatome. Nempe audiuistis uos ò studiosi in quot erroribus circa musculos inuoluti sint priores Anatonomici, quantum aūt sint decepti in alijs etiam partibus, ut de uenis, de neruis, deq; alijs infinitis, ut declarabimus, omnibus poterit innotescere. Nam de uenarū exortu quis est qui non nesciat, quātum non sine causa flagellarint Aristotelem: pari modo de neruorū principio unà cum Phylotomo ut habetur in. viij. de usu par. sed quia hæc iam sunt declarata, quid opus est in his immorari amplius? restat solum ut tangamus ea quæ ab alijs ut a Pelope, Lyco, Marino, Aelianoq;, & a cæteris dissect. professoribus scripta sunt, nec recte prolata, atq; alia quæ prætermissa sunt, quū non sint cognita. nec sine causa, quia minimus error in principio, habetur in fine maximus: nam in consectionibus administrādis nō erāt admodū periti, quò fit ut ex hoc errore infiniti expullularint: dum. n. male tractando musculos corrumpebāt, fuit nāq, necessarium

ut de

ut de neruorum, uenarum atq; arteriarũ propaginibus, quæ in musculos disseminãtur, nullam habuerint notitiã, & quum sint tot & tot musculi nõ animaduersi, ut ostensum est quot uenarum, quot arteriarum & neruorum sur culos esse creditis ò studiosi, qui sunt ab ipsis dissect. professoribus ignorati, certe infiniti sunt: idq; fuit in causa, quod ipsi ut habetur in tertio de Anato. admi. existimarunt paruas a subiectis musculis reliquias in cutẽ ipsis uicinã emergere. Atqui aliter res habet, quẽadmdũ conspicitur: propriæ. n. neruorũ per summa extãtium radices sunt, quas cum cute simul auellẽtes obliterabãt, ut ne esse quidem uideretur: sed de istis cõsentaneum est nõ proferre, nec illũ ex hoc, de quo meminit Galenus in. xvi. de usu part. quem ignoratũ ab antiquis Anatomicis perreptare ad musculos buccharũ adhuc haud cognitos, ut iam fuit ostensum, equidẽ tradidit. nec illos proferã de quibus mẽtionẽ fecit Galenus etiã in lib. de mus. disse. c. xi. qui circa capitis dearticulationẽ sunt qui nec ipsi exacte a dissect. professoribus cogniti fuere. non tacebo aũt ꝙ quandoq; ipsi cognoscebãt musculũ aliquem, cuius neruus postea ignorabatur, ut usu uenit Lyco qui cognouit musculũ qui præest motui scapularũ, eius tamẽ neruus fuit incognitus ut refert Galenus in. iiij. de Anato. admi. idq; non semel contigit, sed sæpius, ut est uidere in libris Galeni, sed quia longũ esset de istis recẽsere, ideo supersedebo, sat. n. esto quod crimine ab uno cætera discatis. Prosequamur itaq; in alijs de quibus pestilentius aberrarũt: et primũ in neruorum opticorũ positione, quæ cur ita formata sit a natura, equidẽ ignorarũt: Galenus aũt in. x. de usu part. qua

les

les ſpeculationes Geometricas, Dij boni, & Mathemati cas reperit, quo naturæ dotes oſtẽtaret, ne fuiſſet ut Epi curus, fuit & Aſclepiades, qui oĩa fortunæ nõ ſapientis artificis, ut eſt natura opus eſſe, cum feliciſſimis ſuis ato mis crediderũt. adducã aliud mirabile naturæ opus ab Anatomicicis antiquis ignoratũ, quod refertur a Gale no in.xvi.de uſu partiũ, quod eſt, ubi enim aut longo iti nere neruũ eſt ductura exiguũ, aut motui muſculi uehemẽ ti miniſtraturũ, ibi ſubſtãtiã eius, corpore craſſiori quidẽ cætera ſimili intercipit: dices.n. neruũ eſſe conglobatũ, primo quidẽ aſpectu ipſis adunatus eſſe uidetur ac circũ hærens, ſi tamẽ diſſecueris, apparet euidẽter quod neq; adnatus eſt, neq, circũhæret, ſed apparet ſimilis quædã neruis ſubſtãtia cõtinua, ac undequaq; unita ac oĩno ner uo ſimilis, qui tũ ad ipsã peruenit, tũ rurſus ex ipſa porri gitur. ipſa igitur ſola ſubſtãtia (q̃ ſimilis nũcupato γαγ γλιω) neruos craſceſſere cõtĩgit, ut manifeſte neruus qui poſt ipsã eſt, ĩ orbẽ maior apparet eo q̨ eſt ante ipsã. por ro uidebitis ipsã ò ſtudioſi cũ aliĳs quibuſdã ptib. tum p̃ci pue ĩ his neruis q̨ a cerebro deſcẽdũt, ut in collo parũ ſu pra larĩgẽ atq; ĩ aliĳs partib. de q̨b. meminit Galenus lo co p̃citato, idq; eſſe factũ a natura ob cãs iã dictas quas antiqui diſſe. profeſſores ignorarũt, eſt ĩ propatulo. quid referã de prima et ſecũda neruorũ a dorſali medulla naſ centium coniugatione, quæ multam cum his neruis com miſtionẽ: facit etenĩ ſæpius quod ex altero ad alterũ per uenit, ueluti uinculum quoddam dũtaxat ambobus com mune eſſe uidebitur: nonnũquã uero ad ipsũ alterũ q̨dam neruorũ auget, tãquã ad illũ acceſſerit, ſimulq, ſẽſe cũ co

miſcuerit

miſcuerit, alterum uero minorẽ reddit, tanquã ab ipſo ſe paratum fuerit, ac receſſerit. Quapropter in his neruis cognoſcendis confuſi fuerunt omnes diſſect. profeſſores, & inter ſeſe maximopere diſcreparunt, ac in unoquoq; ignorarunt, ut author eſt Galenus in libro de neruorum diſſect. cap. ix. quorum genera ſex eſſe oſtendit Galenus in libris de Anato. admi. Exempli cauſa omnibus propriis gutturis muſculis nerui ſecũdum tres ab utroq; latere inſertiones diſtributi ſunt, ut eæ omnes ſex numero exiſtant. Horum inſertionum nonnulli diſſecãdi profeſſores duas duntaxat, nõnulli ne has quidem nouere: in ſexta autem neruorum coniugatione, quantũ ſit etiã peccatum arbitror omnibus perſpicuum eſſe, qui in Galeni libris uerſati ſint mediocriter. Etenĩ poterint legiſſe quod ipſos etiam diſſect. profeſſores latuerunt non paruæ propagines eorum neruorum arteriis inhærentium, qui dum per collum & thoracem feruntur, faciunt antequam oriuentriculi in quod plurima iſtorum neruorum portio inſeritur ac diſſeminatur, incidant. Illud certe admiratione dignum eſt, quod quaſdam ex his neruis particulas in ſeptum tranſuerſum diſtribui dicant, quum tamen ipſum ne minimam quidem omnino ex hac coniugatione portionem ſuſcipiant. At quod uiciſſim ex medio thorace nonnullæ horum neruorum portiones ad quoſdam gutturis muſculos ueniant, non etiam dicunt, nec quam facultatẽ hi nerui habeant, quanquam ſi hi læſi fuerint, cauſæ ſint ut animali uox deficiat. Non prætermittendũ eſt de his qui a dorſali medulla proueniunt, in quibus omnes diſſe. profeſſores errarunt: erratorum autem cauſas nunc non

eſt

est tempus prosequi, quandoquidem iam eas in Anato. admi. Galenus nos edocuit. Certe ò studiosi si uellem oīa errata, quæ ab antiquis scripta sunt, explicare, sciatis quæso, quod longe maiora essent errata, quam quæ ab ipsis recte prolata sunt. nulla enim inuenitur pars circa quam non aberrauerint, & plura alia prætermissa sunt quæ erant maximopere aduertenda, ut enarrauimus, ut illa præsertim neruorum complicatio, de qua etiam Galenus tradit in primo de locis affect. & tertio de Anato. admi. et alijs in locis pluribus, quam a septima uertebra procedere ex dissectione fuit inuentum. Hanc quia nō cognouerunt sui temporis medici, peccabant tum in cognitione loci, tum in eius curatione, existimātes causam affectionis in digitis esse, quæ erat in dorso. Quid etiam dicemus de admirabilibus naturæ mysterijs, de neruis, inqua, reuersiuis, quos primus omnium inuenit Galenus, de quibus fit mentio in septimo de usu partiū, quorum utilitas quanta sit animantibus, iam declaratum est in loco præcitato: pro quibus equidem satis pro merito possumus eius sapiētiā ac potētiā qui aīalia fabricatus est laudare. Nam eiusmodi opera non laudibus modo uerum etiam hymnis sunt maiora, quæ priusquam inspexissemus quidem fieri non posse persuasum habebamus, conspecti uero (inquit Galenus) falsos nos opinione fuisse comperimus, potissimum quando sine magno negotio atq; apparatu Conditor nostri uno usus instrumento, eoq, exiguo inculpatum prorsus, ac perfectum opus effecerit, ut in horum neruorum flexione uidere est. Ex quo quia nemo Anatomicorum, neq; horum neruorum aliquem, neque

horum

horum quicquam, quæ in laryngis cõstructione dicta fuerunt perceperat. Hæc sane fuit causa cur in plerisq; partium actionibus plurimum aberrarint, neque earũ partem decimam attigerint. Aberrabãt itaque circa ipsum foramen clausionis lingulæ admirantes tũ Medici, tum Philosophi partim quidem quo pacto dum bibimus, humor non in tracheam arteriam, sed in stomachum illabatur, partim autem musculis qui ad linguæ sunt radicem, causam huius rei tribuentes, sed quam perperam, iam declaratum est a Galeno in septimo de usu partium: sic igitur in pluribus & pluribus deliquere antiqui multorũ ignari, neq; considerantes, neque discernentes posse esse aliter, quam ab ipsis scriptum sit. Proinde auspicemur à trachea arteria (quia de ipsa est sermo) neque enim (ut alia omittam) est quod dicat, qui Erasistratum defendere conabitur, asperas arterias propterea quod ex cartilaginibus constabant, cum corde iungi non potuisse. nam quemadmodum per media membranosa corpora inter se coniunguntur, sic et cordi utique poterant coniungi, cur (idem etiam peccauit) non genus unum arteriarũ in pulmone fuit, cur item & uenis ipse indiguit, Erasistratus quidem haud facile dixit, quemadmodum et cur arterijs quidem tunica obtigit uenosa, uenis autem arteriosa, Galeno autem dictu non fuit difficile, sed per ea quæ de utilitatibus ratiocinatus est, perspicue actionum demonstrationes comprobantur, Erasistratus autem & Asclepiades, ut habetur in sexto de usu partium, horum causam neque ueram, neque primam in adferendo demõstrabant, præsertim Asclepiades, qui ob suam ignorantiam

etiam

etiã alia cũ illis admirabilia ſane quæ exiſtũt ſpectacula in tota cordis baſi, quorũ nullũ quidem neq; aĩaduertit, neq; etiam ſi animaduertiſſet cauſas inuenire potuiſſet, quum in Logicæ ſpeculationis ignoratione fuiſſet ſubmerſus, ac omniũ quæ gignũtur principia in molles corpuſculorum, atq; inane referret, cõtra quẽ ubiq; locorũ exclamat Galenus, in tãtũ ut non ſit opus maiores cõtumelias in ipſum cõfingere. Nec ſine cauſa quia in omniũ rerũ conſtructione diuinã tollebat ſummi Opificis ſapientiam contra omne ius, quod nullus unquã præter ipſum et Epicurum protuliſſe legitur: cõtra quos certe quũ a tota deuiant ueritate, nõ equidẽ erat faciẽdus ſermo. ſed Galenus ut nihil indiſcuſſum in ſua facultate relinqueret, noluit poſtponere, quin & de ipſis & ipſorũ ſentẽtijs, quid ſentiret, pferret, quos, ut digni, notos fecit, nõ ẽt de alijs ſilens, qui ipſis maiores extiterũt, quẽadmodũ fecit Ariſtoteles uir admodũ magnus, de quo in libro. viij. de uſu partium in hunc modum ſcribit, τί δ' ἄλλα τοις ἐγκεφάλου καταοκλῆς μόσια, τίνα χρείαν ἔχειθα χαροειδ' ὑμένα, ὁ δικτυοειδὲς πλέγμα, ὁ κοναρίον, ἡ πυελος, ἡ χοάνη, ὁ φαλλωειδὲς σῶμα, ἡ σκωληκοειδὴς ἐπιφυσις, ὁ πλῆθος τῶ κοιλιῶν, αἱ πρὸς ἀλλήλας κῶτῶν συμπρήσεις, ἡ ποικιλια τοις διαπλόσεως, αἱ δι' ἀλλήλων μυννυγγες, αἱ εἰς ὁ νώτιον ἐκφύσεις, αἱ τ' ὑδρων ἀποφύσεις, οὐκ εἰς τὰ τὴν αἰσθήσεων ὄργανα μόνον, ἀλλα καὶ τὴν φαρύγγα, καὶ τὴν λάρυγγα, καὶ τὸν στόμαχον, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ πάντα τὰ σπλάγχνα, καὶ πάντα τὰ ἔντερα, καὶ τὰ κατα τὸ πρόσωπον μόρια ἅπαντα, τούτων γὰρ οὐδ' ἑνός τὴν χρείαν Ἀριστοτέλης ἐπεχειρησεν εἰπεῖν, ὡς

περ οὐδὲ τ κατὰ τὴν καρδίαν ἐκείνων πάλιν, οἷς ἔγκε φαλος ἅπαν τ ἀρχὴ, Hoc eſt, Quid aũt loquar de cerebri parte? quẽ nam habebunt uſum χοροειδῆ corpora, plexus retiformis, conariõ, pyelus, choana, corpus φαλλοειδὲς, epiphyſis uermiformis, uẽtriculorũ multitudo, cõmunes eorũ inter ſe canales, cõformationis uarietas, duæ meninges, in ſpinalẽ medullã productiones, neruorũ apophyſes, non in ſenſuũ modo inſtrumẽta, ſed etiam in fauces, ac larynga, in ſtomachũ, ac uẽtriculum, in uiſcere & inteſtina omnia, in oẽs deniq; faciei partes: horum enim nullius utilitatẽ Ariſtoteles dicere eſt aggreſſus, quẽadmodũ neq; eorũ rurſus quæ cordi inſunt, quibus omnib. cerebrũ eſt principiũ. adhuc multo clarius ſcripſit de ipſo Galenus in. vij. de Anato. admi. in hiſce uerbis, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν ἄλλα τε πολλὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς Ἀριστοτέλη διαμαρτεῖν, καὶ ἡγεῖσθαι τρεῖς ἔχει, κοιλίας εἶναι τ μεγάλων ζώων τὴν καρδίαν ὅτι μὲν οὖν ἀγύμναστος ὢν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἐσφάλη περὶ τὴν τ μορίων διαίρεσιν, οὐδὲ θαυμάζειν χρὴ, καὶ συγγινώσκειν αὐτῷ προσήκει· ὅπου γὰρ οἱ πολὺν ἔλον ἑαυτῶν βίον ἀναθέντες τῇ θεωρίᾳ τούτῃ, καθάπερ ὁ μαρῖνος, ἥμαρτον πολλὰ τὶ χρὴ νομίζειν, συμβαίνειν τοῖς ἐξαίφνης μὲν ἐπ' αὐτὴν ἐλθοῦσι, πεισθεῖσιν ᾗ οἷς πρῶτον οὐκ εἶδον, ὡς μηκέτι ἐξὸν ἔσται ῥῆσαι δεύτερον ἰδεῖν, Hoc eſt, Ac miri nihil eſt, ſi etiã alia multa in Anatome aberrauit Ariſtoteles, qui triplicẽ ſinũ cor habere ĩ magnis aĩalibus exiſtimat: quod igitur in cõſectionib. non exercitatus circa partiũ inuẽtionem errorẽ cõmiſerit: neq; mirãdũ eſt, & cõdonare homini cõuenit, ubi. n. qui totã ſuã uitã huic ſpeculationi dedi-

carunt

carunt, quẽadmodũ Marinus, in pleriſq; falſi ſint. quid exiſtimãdum eſt his accidere, qui repẽte, ceu heri aut nudiustertius ipſam adierĩt, perſuaſi ea quæ prius nõ uiderunt, ut denuo inſpicere nõ aggrediãtur. De hoc met etiã reprehẽdit Galenus Ariſtotelẽ in.vi. de uſu par. cũ alijs Philoſophis & Medicis, de quib. ſi quis requirat causã cur ĩ nucro uẽtriculorũ cordis finiẽdo ſint hallucinati. huiuſmodi oĩa quæ ad hũc locũ pertinẽt, alibi a Galeno sũt demõſtrata, ſimul ẽt cur in his quæ ad Anatomen pertinẽt tã uariæ, tãq; diſcrepãtes ſint ſentẽtiæ, ut in numero orificiorũ cordis, de quib. meminit Galenus in.vij. de Anato. admi. in quib. priores Anatomici erãt diſcordes. In cordis ẽt ſubſtantia aberrarũt antiqui, ut legitur in loco præcitato, ubi ſcriptũ eſt ipſos exiſtimaſſe cor eſſe muſculum, nõ intelligẽtes actionis ipſius excellẽtiã ex ſua uiſceri ſubſtãtia neceſſario ineſſe. nec ĩ anatome q̃ celebratur in uiuis priores diſſe. profeſſores aĩaduerterũt quæ nudato corde erãt admodũ notãda. Primũ ut quali modo pulſet, & nõ quãdo attollitur, thoracẽ feriat, pectoris oſſis regionẽ accedẽs, an quo tẽpore demittitur. ſecũdũ eſt, ut magna in aĩali arteria detecta, ſicut quæ apud inguina habetur, nudari cõſpicitur, exacte conſiderãdum, utrum quãdo cor demittitur ipſa attollatur, an ambo eodẽ tẽpore & ſubmittãtur et eleuẽtur. tertiũ ut digitis uel ẽt forcipe cor excipiẽtes (ut factitare ſolebat Galenus) uideatur quali nã ſymptomate animal corripiatur: exiſtimabant autẽ ſi laquo exortum grandis arteriæ, uel ut alij quidam aiebant uenoſæ intercipias quæ in pulmonem defertur huiuſcemodi ſymptomata animali cuenire.

Non deerant autem alij qui tanquã singularis ipsa oriatur laqueo iniecto duo hæc animali accidisse aiebãt: nempe ut omnes quidem arteriæ toto corpore redderẽtur immobiles tanquã facultate spiritus ipsas replẽtis destitutę, pulmo aũt pari interuallo persisteret, corde nihil interim illinc trahẽte. Alij erãt etiã qui prodebãt laqueo asperæ arteriæ circũdato pulmonẽ moueri se ostẽdisse, omittẽtes tamẽ quo modo pulmonẽ submitti cõspexerint, utrũ sine thoracis perforatione, an eo perforato, quorũ utrũq; absurdum Galenus reperit, & multa alia de quibus ipsi inuerecunde nugabãtur: tãta n. arrogãtia simul & audacia de ijs quæ ignorabãt, erat apud ipsos, qui huiusce modi apud indoctos pnũciabãt, ut uix esset credibile. Galenus aũt eorũ petulãtiã simul cũ ignorãtia suis admodũ doctis monumẽtis (quibus nos posteros in ppetuũ sibi deuixit) utiq; refrenauit et extinxit, nemini parcẽs, potissimũ Erasistrato, qui et si fuerat de Aristotelis familia, cũ ipse tamẽ etiã reprehẽderetur, tãto magis poterat ipsum Aristotele longe inferiorẽ Galenũ reprehẽdere, præsertim quãdo multa existimauerit, quæ aliter reperta sunt, quam ab ipso sunt prolata, ut quod in arterijs existat sanguis, & quod ex pulmone nullus spiritus profluat quorũ utrũq; iam demõstratũ est esse falsum. In hepate etiam aberrauit ipse dũ credidit uenarũ diuisionẽ in ipso separandæ flauæ bilis gratia extitisse, quũ nõ eius causa natura tãtũ plexũ uasorũ in hepate effecit, sed ut morãs in uiscere alimẽtũ in sanguine perfecte transmutaretur, ut tradidit Galenus in .iiij. de usu partium. Quid, illud unq̃ preteribo, quod reprehẽsione dignũ est, splenẽ inquã, ab

eximia

eximia ſapiẽtia fruſtra fuiſſe inſtitutũ, ut ab Eraſiſtrato inaniter exiſtimatũ eſt, & multa alia quæ non ſine cauſa a Galeno fuerũt dãnata, ut in Galeni libris legitur, p̃ſertim in libris de facultatibus naturalib. ubi cõtra ipſum multa quidẽ dicta ſunt, quæ pertrãſeo, quia longũ eſſet recẽſere: ſat.n. eſto in præſẽtiarũ quod etiã ipſe fuit unus ex illis qui plurimũ hac in parte delirarũt, quorũ nomina ſigillatim nõ enarrabo, ne uidear in unũquẽq; p̃gẽdo delectarier. Proſequar tamen de alijs partibus enarrare, non omittẽdo quidẽ, quin de antiquis profeſſoribus mentionem faciã qui de ipſis in generali deliquere. In uẽtriculo igitur etiã deluſi fuerũt iſti, credẽtes ipſum eſſe muſculum, qui in eius ſubſtãtia ipſis apparet ſimilis, cuius etſi propius ſubſtãtiã ipſorũ accedat tunica exterior tranſuerſis cõtexta fibris, nec tamẽ hęc exactus eſt muſculus In hoc igitur hallucinati ſunt inſigniter, ut qui neſcirent omnino tũ muſculorũ tũ uẽtriculorũ & munus, & facultatem. Quid loquar de renũ actionibus? quomodo peccarunt iſti: porro ſi excremẽtũ renum nutritionis eſt urina (eo.n. amẽtiæ progreſſi ſunt antiqui, ut id etiã aſtruerẽt, præſertim Lycus Macedo, ut legitur in.v. de uſu part.) cur demũ in exigua renũ corpora, is qui nihil agit temere Conditor, arterias adeo magnas ac uenas inſeruit, cauſam nullã dicere poterimus, ſed omnino (quod ipſi minime uolũt) dãnanda imperitiæ erit natura, aut iſtos nihil ueri de renũ actionibus ſcire palam eſt: quare cõuincẽdi, ſed cur in iſtis tã minimis inſiſto? Certe cõſideremus pauliſper ò ſtudioſi alia quãplura, quæ ut recitẽtur digniora ſunt quàm iſta, quæ ſunt de principaliori mẽbro, quod eſt

cerebrũ, & quæ dicũtur lõge ſpeculatu erũt digniſſima, quũ ſint difficiliora: in hoc igitur ipſi cæcutiere pene circa unũquodq; eius miſteriũ. Et primo circa totius cerebri cõformationẽ, exiſtimãtes quidẽ a craneo ipsũ cõformari nõ aĩaduertẽtes q; cerebrũ ipſum a dura menĩge eſt ſeiunctũ, neq; quod cadẽ menix craneõ quidẽ cõtingit, non tamẽ ei adhæreſcit, ſed neq; intelligebãt illam prius oportuiſſe cõformari, neq; quod ipsũ carneũ eſt huiuſmodi, ut ingenioſe & ꝓbelle in. viij. de uſu par. a Galeno fuit denõſtratũ. Perperã etiã excogitarũt eius cõpoſitionẽ quũ perplexã hãc eſſe magis dicãt in hoĩbus, quã in alijs animãtibus, propterea quod (aiũt ipſi) mẽte & rõcinatione homines cætera animantia ſuperãt: ſed id haud recte cẽſitũ eſt, quũ ipſi etiã aſini cerebrũ habeãt admodũ perplexũ, quos oportebat (ut inquit Galenus in loco paulo ante citato) ſi morũ ſpectes ruditatẽ ac ſtuporem cerebrum habere ſimplex oĩno, & ſine ullo plexu ac uarietate. melius eſt aũt cum Galeno exiſtimare intellectũ ſequi non cõpoſitionis uarietatẽ, ſed corporis, quod cogitat, atque intelligit (quodcũq; id ſit) bonã tẽperiem. In ipſius partibus ẽt peccauere Anatomici præceſſores nõ parum quando excremẽtorũ uiæ & partiũ cõmoda ab ipſis ſunt ignorata. Porro quod ad uſum adenis infundibulũ excipientis attinet, ſatis liquet quod excremẽta trãſcolat, id cõmodũ magnũ eſt ab ipſis ignoratũ. Cur aũt nõ ſtatim ex choana excidãt per palati foramina, quũ requirere eſſet æquũ hoc prætermiſerũt, quẽadmodũ ab oſſibus narium quæ ἐθμοειδῆ appellãtur, neq; ꝙ. cuius rei gratia facta hæc ſint, ab eis proditũ eſt, ſed id tãtũmodo dixiſſe quod

tranſ

transcolant ipsa superflua, satis esse putabãt, quod uero satius fuit ea trãscolari, neq; protinus excidere, omnino prætermiserũt, id quod nos Galenus edocuit in. viij. de usu part. in quorum canaliũ functione etiã delirauit noster Vessalius in suo prægrãdi lib. vij. c. xi. sed antea in libro primo eius opinio iam fuit discussa, adeo ut non sit opus hic uerbis, quia ibi ad summũ iam dictũ est: nõ prætermittendo aũt quin de eo adhuc nõ sit cõqueredũ summopere, qui aut sibi asscribẽdo, aut male intelligẽdo Galeni placita & denigrauit & cõtaminauit, quẽadmodũ etiam facit in suo prægrãdi lib. vij. c. vi. ubi petulãter scribit Galenũ in. viij. de usu part. & in. iij. de placit. Hip. et Plato. de principalitate uẽtriculorũ cerebri cum pugnãtia tradidisse: quod est falsissimũ. in. viij. enim de usu par. ponit namq; quid senserint antiqui, dum ponit quid Herophilus, ut ibi Galenus meminit, in tertio autem de pla Hippocra. & Plato. non longe a fine, quæ sua fuerit sententia utiq; scribitur. Proinde non est quod dicamus hic medium, illic uero postremum cerebri uentriculum principaliorem esse, Galenum tradidisse, ut scribit Vessalius, quia id nonquam apud ipsum inuenietur: immo si uelimus considerare Galeni uerba, adeo sunt sunt clara, ut non liceat de hac re dubitare, quæ hæc sunt, καὶ οἷς γε τὰ ρτη τῆς αὐτῆ κοιλίᾳ νενόμισται, κυριώτατην εἶναι φασὶν αὐτὴν ἁπασῶν τ κοιλ' ὅλον τὸν ἐγκέφαλον ἡρόφιλος μὲν γ τοῦτον, ἀλλα τὴν ἐν τῇ παρεγκεφαλίδι κυρεντέραν ἔοικεν ὑπολαμβάνειν, ἡμεῖς δ' ἣν τινα μὲν ἔχειν χρὴ περὶ τ' οὐτων δόξαν, ἐν τοῖς περὶ τ ἱπποκράτ καὶ πλάτωνος δογμάτ ὑπομνήμασιν αὐτάρκως εἰρήκαμεν

Quod est, Et quibus quartus uētriculus hic est creditus omnium totius cerebri affirmāt esse principalissimū: Herophilus nempe nō hunc sed eum qui est in cerebello uidetur existimare principalissimū: nos uero quid nam de his sentire oporteat, in libris de placitis Plato. & Hippo. abunde prodidimus. Ex quibus uerbis assumitur quod antiqui dissect. professores circa principalitatē uētriculorū cerebri nō recte senserūt, præsertim Herophilus uir censendus quidē magnus, de quo licet nullibi apud Galenū hactenus legisse meminerī, quod multū sit hallucinatus, aberrasse tamē credēdum est in alijs pluribus cum ipsis, quia si bis terue eius opinio a Galeno acceptatur, & de ipso fit mētio, est suspicādum quod si de alijs bene etiam sensisset, quod pari modo de ipso prolatū fuisset, sed Galenus uidens ipsum unà cū alijs dissect. professoribus, ut fuerūt Asclepiades, Marinus, Pelops, Lycus, Andreas, Aelianus, atq; alij quāplures ab ipsis nō plurimū dissentire, dum alios Galenus reprehēderet, ipsum reprehendebat cū antiquis alijs sine eius citatione: quod aūt nō fiebat quādo Herophilus aliquid ab alijs præcessoribus nō dictum referebat: nempe tūc Galenus, ut antiquorum diuersitatē nobis ostēdat, solet ipsū quidē adducēdo nomē quid ipse censeat, & quid alij postmodū uel econtra literis mādare, demū quæ sit eius opinio eam nobis referre, & si nō refert, seipsum tādem transponit ad alia loca, in quibus de illa materia egit, et quid tenuerit ipse habetur apertissime: quod pari modo facit in uerbis paulò ante citatis nam primo ponit quid antiqui, secundo quid Herophilus, qui ab ipsis discrepabat: demū quia oportebat su-

am

am nobis referre ſententiam, quam alibi iam terminaue rat, ad aliũ locũ: ſi uelimus quidẽ ſcire quid nã ipſe cen ſeat, recurrẽdum eſſe quidẽ perſuadet, quo fit ut ſit mani feſtum quod Veſſalius nõ habet quid de incõſtãtia circa uentriculorũ cerebri prĩcipalitatẽ Galenũ arguat, quia ex hoc loco nõ habetur unquã quod Galenus poſtremum tenuerit uẽtriculũ eſſe principaliſſimũ, ut ipſe autumat, imo ut uiſum eſt, quid cẽſeat ipſe, reliquit ut alibi iam di ſcuſſum, quod fuit in .iij. de placit. Hipp. & Plat. ubi uen triculũ cerebri mediũ eſſe prĩcipaliſſimũ fuit in ſentẽtia, ſed iſthæc licet nõ ſint ardua, tamẽ a Veſſalio nõ fuerunt cõſiderata, cuius cauſam haud plane ſcio, niſi forte quia quum in omnibus etus ſcriptis uerſaretur in calũnijs & petulãtijs, totũq; eius ſtudiũ ſit ut Galeni nomẽ in Ana tome denigret, quo in ea primarius habeatur, et coryphe us, ubi potuit nõ pepercit, & ſi cũ ratione haud liceret fieri, tamẽ non ſortita (arbitror) eſt res effectum: quia ò ſtudioſi ſatis unicuiq; poteſt innoteſcere, quod Veſſalij rationes quæ in Galenũ habẽtur, ambages ſunt, & uelu ti uetularũ fabulæ, quæ in Gynicæo potius, quàm in ulla quæ nobilis ſit Academia recitari quidẽ merẽtur: præſer tim quãdo Galeni mẽtẽ non intelligẽdo, eam coinquinare abſq; cauſa ſit cõpertũ: quod facinus quantũ ſit indignũ, quis neſcit? Certe quãto magis magiſq; cogito, ſcelerate factũ eſt, qui dũ tãtũ uirum, qui fuit Galenus, cũ pauca admodũ ueneratione, ne dicã malignitate ſit uſus Veſſa lius, qui ſi nõ extitiſſet. Audiuiſtis uos o ſtudioſi quod ue teres diſſect. profeſſores illã inexcultã, rudẽ, mancã, ſine ulla quidẽ arte reliquerũt, quam niſi Galenus efformaſ

ſet

ſet, dolaſſetq; certe de ipſa actum quidem eſſet, quo fit ut nos omnes poſteri, ob ſuam quã adhibuit hac in arte, tum diligẽtiam, tum ſpeculationẽ, illi debeamus quãpluri mum, quia niſi ipſe fuiſſet, conſtat mehercle quod in Cymeriis (ut aiunt) tenebris ambularemus: etenim quid unquam boni dixerunt illi hac in parte, delirarũt quidẽ in uſu partium & earũ cognitione, ſi quid (quod plus eſt) in ipſis erat ſpeculatu dignũ, prætermittebãt, ut in hoc exemplo (ut res noſtra propagatur) ubi enĩ uentriculus anterior deſinet ad latera, illinc nerui optici exoriũtur, ipſeq; uentriculorũ ueluti thalamus propter illos neruos extitit, quod opus naturæ (ſcribit Galenus in .xvi. de uſu part.) admirabile quidẽ Anatomicis fuit incognitũ, & quod ipſi fines uẽtriculorũ nõ ſint aſſecuti, neq; conſiderarũt cuius gratia ita ſint formati, neq; uiderint productiones neruorũ opticorũ ſuperiores uẽtriculorũ finibus eſſe cõiũctos. Propter has igitur cauſas oculorum nerui caui ſimul & maximi & molliſſimi extiterũt, quũ alij quoq; ſenſus magnos et molles neruos habeãt. Quid dicam etiã de cõuolutionib. ſecundarũ modo efformatis? unde Græce χωρωειδεις dicũtur: neſcio certe (ut loquar cum Galeno in .viij. de uſu partiũ) quo pacto ſomno depoſito pleriq; Anatomici plexus illos ac contorſiones portionem tenuis meningis eam appellant, reliquas uero eiuſdem portiones nolũt aſſimilare, neq; ſimiliter nominare, cũ quibus Veſſalius, licet aliter uideatur, quia ut legitur in lib. qui de rad. Chymæ inſcribitur, cũ ipſis uidetur ſentire, nõ cõuenit tamẽ quãdo uelit uẽtriculũ quartum non minus quã reliqui tres uẽtriculi ab illa meniꝫe tenui

inuestiriri, adeo quod nullus duræ meningis processus in illo sese offerat, uti in tribus uētriculis, in cōspicuoq, sint plexus secūdis cōparati, & uasa illorū plexuū cōstitutione subeuntia, cui mehercle, Vessalij sentētiæ, pro una parte est acquiescēdū, pro ut tenet, & alias eiusdē tenuis meningis portiones esse a priorib. nō dissimiles, & ipsarum esse plexus: res quidē ab antiquis nō cōsiderata: sed ex alia parte reclamādū equidē uenit præsertī quādo absq; ulla quidē rōne (ꝙ unq̄ haud esse poterit) sit persuasū quod corpora quæ duriore iam sunt cōsistentia, ut est cerebellum, et eius uētriculus a tali cingulo, ut est menīx χωροειδὲς obuoluātur, res nullo pacto admittēda: euomat ipse quidquid uelit: etenim oportet nō positione solum in medio id locari, quod uere est mediū, sed etiā natura, re uera autē id mediū est dicēdum, quod eadē proportione distat ab extremis, menix igitur dura magis quā tenuis inter carneū & cerebellū sine offensione erit iungenda, quū magis sapiat de natura cerebelli & carnij, quàm ipsa tenuis: si aūt iactabit Vessalius quod in corporibus ita inspicitur ut a se prolatū est, nolite ò studiosi credere, quia ut in alijs, & in hoc manifestus est mendax. Non attollatis supercilia, neq; frontē cōtrahatis uosmet quāprimū. si uultis, id scire poteritis, accedatis rogo ad macellū, et uituli uel arietis, uel cuius uultis alius caput intuemini, scietis equidē cognita tenui, & menīgi dura si uerū sit an a tenui, uel potius dura cerebellū inuestiatur, nec id negaret Vessalius, quū et ipse in suo prægrā di lib. vij. c. i. scriptū reliquit, et hominū et brutorū eādē esse capitis naturam, quæ quū ita sit, mehercle nescio

quo

quo pacto illud famosum & rete mirabile a nobis abstu
lerit Vessalius in suo prægrãdi libro.iij.c.xiiij.& m.vij.
eiusdem libri prægrãdis.c.xij.quũ dicat ipse in homin.
non reperiri,quod in alijs adesse cõcedit animãtib.quo fit
dum sui met obliuiscatur Vessalius, cum ipso non sit faci
endus sermo,eoq; magis dũ multã subeat turpitudinẽ qui
spreta ueritate,quæ sua noua posuit dogmata,sequi uelit
ac defendere, antiquos imitatus, qui asserebãt patriam
prodendã esse potius,quã propriũ dogma: quo loco subit
mihi admirari Praxagorã et Philotomũ non modo prop
ter dogmatũ absurditatẽ, uerũ etiã propter eorũ quæ in
Anatome apparẽt ignorantiã,qui in pluribus delirabãt,
inter quæ illud præcipuũ est(ut rem sequar) quod super
abondantiam quãdã seu spinalis medullæ propaginẽ exi
stimabãt esse cerebrũ, ob eamq; causam longis flexibus
atq; inuolucris cõstare ipsum affirmabãt, quãquã poste
rius quidẽ cerebrum quod spinali medullæ est cõtinuum
minime eiusmodi cõpositionis sit particeps: anterius ue
ro euidẽtissime cõpositionẽ hãc ac plurimã præseferat, et
quod eo maior adhuc est horum uirorũ error,nõ intellige
bãt,quod partibus solis cerebri, quæ ad basim pertinent
spinalis medulla est continua,quæ solæ ex omnibus parti
bus flexibus carẽt,ut nos edocuit Galenus in.viij.de usu
partium. In quo loco etiã nobis tradit illorũ ignorantiã,
qui opinabãtur trãsitui spiritus præesse conariũ, nescien
tes σκωληκοειδους,hoc est uermiformis epiphyseos acti
onem esse,quorũ somnia quũ ignorãtiæ plena sint atq; in
sania,non opus est cõmemorare,atq; alia quãplura quæ
antiqui dissect.professores penitus ignorarũt, præsertim

non

nonnulla uasa quæ per transuersas uertebrarũ productiones permeant, atq; infinita alia, quorũ tandẽ ut cõprehendam carmine,

Singula si uellem ueterum peccata referre,
Hydra mihi toties excutienda foret.

De quibus omnibus Galenus quidẽ in suis libris admodũ doctis pertractãs eorũ hæresim cõuellẽdo utilissimã atq; integram huius artis speculationem reliquit posteris, tanta nimirũ ingenij acrimonia & doctrina recõdita, ut omnes excelluerit cũ scriptionis elegãtia & cãdore stili, tũ plane diligẽtia et fide, nullius philosophiæ partis equidẽ ignarus. Prætereo admirabilẽ illam ac facilẽ docendi institutionẽ cãdorẽ & scientiã & sermonis eloquentiam, cum scientiarum inquam pondere, & sensuũ profunditate, ac altitudine. Quis non admiretur etiam illas historiarum atq; exemplorũ enarrationes in curãdis ęgris admodum proficuas, cũ summo deniq; diuidẽdi demõstrãdiq; artificio umirũ tãto, & in his omnibus tam diligẽter, ut dicatur naturam hũc adinuenisse hominẽ, ad demõstrandam ultimã perfectionẽ in rerũ natura, quo fit ut eius rarę & eximiæ uirtutes ab omnibus collaudandæ ueniãt omnibus. n. perspectus est animi sui candor & sapiẽtia, nulli non cognitum est Galenum acumine, uenustate & subtilitate, tũ uero eloquẽtia, uarietate, copia, facile omnium Medicorũ esse principẽ: per ipsum namq, Medicinæ partes amplificatæ sunt, ex ipso nihil prodijt nõ doctũ, emunctum, perpolitũ & numeris omnibus absolutũ. itaque sic statuo ut quã pauciss imis cõplectar, non posse melius suas horas collocare studiosum iuuenẽ, quam si illas

Galeno

Galeno legendo impenderit, sed malignus isti semper exquirunt quod detrahant, quod calumniẽtur, postquã imitari non possunt, ad calũnias, ad quas facilis est transmissio, cõfugiunt. ò facinus animaduertẽdum, Da quæsò Pater Medicinæ Pean optime, tuq; Aesculapi, his omnib. resipiscentiam, fac bona Panacea, tuq; Hygia, uos Dij, Deæq; oẽs, quibus Medicina et eius professores insunt tutela, facite oro, atq; etiã rogo, suũ agnoscãt erratũ, facite ut uideatur quã turpiter delirarint, qui tot calumnias diuinissimo Galeno, uestro alũno cõstruxerũt, atq; ui & impressione euertere conati sunt, qui tot in illum maledicta euomerint, quæ cadere non possunt in hunc diuinissimum hominem, qui nihil unquã deliquerit, qui Medicinę partes, præcipue illas de Anatome (ut uidistis) non cõtaminauit, sed potius sua uirtute illas adauxit adeo ut Traianus olim uias inaccessas, præruptasq; ac rubibus inuias refecit, instaurauitq;, quo facilius peruadi possent, sic etiam fatetur ipse, se non quidem artem condere (quam laudem tamen iure sibi uendicare potuisset) sed iam ab Hippocrate (quem semper reueretur & colit) inuẽtam incultam tamen atq; asperam explanare, ut ab omnibus intelligi, ac percipi queat. quapropter quantũ illi debeamus, quis est qui nesciat? præsertim quãdo Medicinam in tot sectas diuulsam laceraq; suæ integritati, atq; nitori restituit, explodens quidẽ omnia peruersa dogmata quæ grassabantur suo tempore, diraq; exercebãt tirãnidem, reuocãs aũt Hippocraticã Medicinã, quæ iam plusquam sexcentos annos sepulta fuerat, eãq; et explanans et ualidissimis rationibus roborans: cuius uiri doctrina & methodus

thodus ob dulcedinem insitam, atq; sublimitatē, qui sunt studiosorum animi, quos nō alliciat? ubi semel illos gusta rint, nisi forte illis contingat ut febre laborantibus, qui bus omnia amara uidentur, sic istis horridis et barbaris, horrida atq; barbara uidētur omnia, qui nec ijs cōtenti in uulgus ædere suas ineptias non erubuerunt, quò totā iuuentutem efflorescentē deperderēt, qui in illis deterdati atq; occecati nō possunt emergere: ò facinus indignū. Nam si quis, ut scribit Galenus in lib. de Const. Artis Med. ca. vij. uersetur sub ineruditis præceptis, esto quod natura sit perspicax, quia nec methodū aliquā sibi cōparit, ut posset uerū a falso quidē discernere, non erit admodum sperādum illū quidē posse ad uiam ueritatis introduci nec sui uoti cōpotem fieri, sic isti iuuenes qui in suis doctrinis, potius dicā latrinis se quidē studiosos præstiterūt, quia uersātur cū ijs qui ueritatis amore nō capiuntur, quiq; absq; eo quod in scientijs speculatiuis nonq̄ fuerūt alti, neq, de ipsis sciūt pertractare, & si pertractant, illotis tamē manibus (ut aiunt) ritu Harpiarū omnia quidē cōtaminat, audētes haud nō inuerecūde uiros de scientijs bene meritos nō intelligēdo diffamare, & quū hoc tēpore eò deuētū sit, ut pauci reperiātur qui uelīt insudare, quō ueritas innotescat, secure cōcessū est huiusce modi nebulonib. debacchari, qui ut sui memoriā posteritati relinquerēt, uidētes nihil posse nisi res nouas aggrederētur, cū rebus priorib melius quidpiā inuenire nequiuerūt. hi uulgi affectionē, quā Hippo. in lib. de rat. uic. in acu. et in. i. de frac. apho. vi. recēsuit, intellexerūt. s. q̄ externū inusitatūq; est, & nōdum si utile est, intellectum,

laudant

laudant magis quam assuetum, quod utile esse est cognitũ uidebant itaq; non posse populare auram ac famã aucupari, ni quicpiam noui ac inusitati effingerent: idcirco occeperunt Galenum medicorum principem adoriri atq; cum eo manus cõserere, quo uiderentur cum tanto uiro pugnam susce pisse, ut digitis monstrarẽtur, quos ob id satius quidẽ fuisset in sordibus infamiæ reliquisse, quam eorum iniuriam fecisse illustriorem: uerũ nos ægre quidem ferentes Galenum tantum uirum ab huiuscemodi uellicari, & publicam utilitatem omnibus anteponentes, noluimus unquam permittere, quin de ipsis & eorum sententijs quid sentirem, proferrem. Sic itaq; spero nonnullos etiam fore ueritatis amatores, qui mihi etiam ferent suppetias, quos rogo, in illis in quibus defecisse comperiar, quia sat scio me non potuisse tam acrem esse, atq; uehementem in refellendis istorum erratis, quinaliquid etiam addi non possit, non in hoc tantum negotio, sed in alijs etiam, quæ ad Aristotelicam speculationem magis pertinent, de quibus quid ego sensero suo loco disseremus. In præsentia autem non sum dicturus amplius, nisi quod interim fore uaticinor, ut hæc ulcerosa scabies a qua nos manum reducimus, aliquãdo nanciscatur ungues, ut cum illo loquar, quibus ad cruorem scalpatur. intelligentibus pauca.

ΤΕΛΩΣ

INDEX RERVM ET VER
BORVM QVAE IN HOC OPE
RE CONTINENTVR.



ABDOMI- minis & eius musculorum examen. 82
Acetabula. 163
Adeps humanus à Galeno obseruatus. 60
Alantoides 165
Alcides Bonacossa Bononien. 117
Amnion 165
Amadeus Puteus 65
Andreas Albius Vessalii studiosus. 19. 37. 117
Antonius Thesaurus Fossanensis, Archiater maximus 86
Antonia soror 151
Antonius Franciscus Fabius philosophus consumatissimus 117
Antonius Maria Alberginus. ibi.
Antonius Pollarolus. ibidem
Antiquos ĩ Anatome quæ celebrãt in viuis multũ aberrasse. 138
Antiquos parum vel nihil de Anatome tradidisse 131
Appendices ossium à Galeno multum obseruatæ 49
Archiatri persuasu cæpta est pro Galeno prouincia 5
Aristoteles cur studuit & breuitati & obscuritati 122
Aristotelis ratio non decantanda. 74
Aristotelis lapsus in Anatome. 74 172
Arteriarum ad cerebri basimplexus 182
Arthrodia. 14
Asclepiadis lapsus 172
Astites glanduloſi 159
Auerroes contra Galenum de sanguificationis organo 122
Auerrois lapsus 124

B

Baldus Bononiensis 117
Baptista Cananus humanæ fabri-

a

ex studiosus 37
Baptista Phacinus Vercellẽsis. 86
Bartholomeus Maggius in Chyrurgia excellentissimus. 19. 165
Bartholomeus Catia Nouarien. 70
Bartholomeus Beilettus Hipporodiensis 70
Bartholomeus Puteus 65
Benedictus Victorius Tauentinus 117
Bonasonus Bononiensis 117
Bilis in ventriculum iniectio. 149
Branda Porrus præceptor venerãdus 70
Brachialis articulus cũ radio. 100
Brachialis motus 101
Brachialis musculorum vsus à Galeno rectè obseruatus 102
Brachialis nexus cũ styloide. 100
Buccaferrei pro aristotele de sanguificationis organo disceptatio. 117

C

Caroli Secundi Ducis noni inspe-rata mors 153
Cabriel Cuneus rerum indagator acutissimus 37
Caluaria foramina 30
Calumniandi nimium quorũdam studium 2 & seq.
Calor natiuus duplex. 129. & seq.
Capitis cum vniuersa ceruice motus rectè à Galeno consideratus & eius motus in gyrum atque alii 32
Capitis figurã non dari quitã. 18
Carnis vtilitates. 65
Cartilagines in articulo genu à Galeno obseruatæ 46
Castrata animalia venerem interdum appetere 160
Cerebellum esse simplex 142
Cerebellum qua meninge inuoluatur 182
Cerebrum esse geminum 142
In Cerebri consideratione Aristotelis lapsus 172
In Cerebri conformatione antiquorum lapsus 179
De principalitate ventriculorum cerbri disceptatio 180
Cocygis ossis Galenum in libro de vsu partium habuisse cognitionem 43
Concoctio à qua caliditaee celebretur 120
Coli intestini historia 154
Coitus delectatio 158
Cor sanguinis fontem esse ex Aristotele 118
Cor non primum generari sed hepar 119
In corde primo gignitur sanguis secundũ Aristotelẽ. 122 & seq.
Cor prius generari an hepar. 129
Cordis membranulæ & eius inuolucrum 157
De vsu carnis & fibrarum in corde 168
In cordis sinibus Aristotelis hallucinationes 178
In cordis substantia antiqui aberrarunt 178
Corpus nostrum regi ad modum reipub

reipublicæ 118
Cornuum vteri actio 162
Cotylodones 165
Cubitum musculi extendentes recte à Galeno obseruati 102
Cyprianus calumniatus 3
Chrysippus damnatus 2

D

Democritus ab suis laceratus. 2
Demosthenes incusatus 3
Dentium cauitas à Galeno obseruata 29
In dentium radicibus enumerandis per omnia verum esse Galenum ibidem
Diaphragma et eius foramina. 87
Digitorũ ossa 4
De digitorum ossibus Galenũ non loquutum cum pugnantia 50
Digitorum motus omnes à Galeno obseruati 99
Digitorum tendines 92
Digitorum flexionis authores tendines 95
Digitos mouentes musculi recte à Galeno traditi. 96
Differentiæ inter homines & simias. 8
Dominicus Martinus Motonꝰ. 86
Dominicus Bonsiliolus Bononiensis 117

E

Empirici 169
Empedocles calumniatus 2
Enrrhegius Bononiensis 117
Enarthrosis 7
Epiphyses a Galeno obseruatæ. 49
Epiplocomistæ 152
Epicuri hallucinationes 172
Epigastri musculi 82
Erasistratus de familia Aristotelis 178
Erasistrati lapsus 171.179
Euacuationes celeriores haberi per rectitudinem 154
Excrementorum viæ a veteribus ignoratæ 179

F

Fœtus inuolucra 165
De Fœtus formatione disceptatio. 119
Foramina caluariæ 30
Francisci Valleriolæ lapsus 58
Franciscus Martinengus 86
Franciscus Alexander 153
Franciscus Bursa Casalensis. 153
Franciscus Scatiotus 153
Filotami lapsus 174

G

Gabriel Fhaloppius 37
Galeni laudes 183
Galenum & homines secuisse 7 10 42
Galenus fuit non modo rei essentiæ curiosus sed etiam nominum obseruator diligentissimus 15
Galenus non sibi contradicit circa motus organum 59
Galenus in enarrandis musculorũ usibus nonquam cæcutiuit. 79
Galenus non est varius de musculis cubitum & flectentibus et extendentibus 102
Galenus in motu manus non sibi cõ

sradicit 102
Galenus de musculis vesicæ & ani non loquutus eũ pugnãtia 106
Galenus non est varius circa musculos tibiam mouentes ibidem
Galenus circa sanguificationem in venis non venit taxandus de inconstantia 113
Galenus non est varius in vsu musculorũ existentium in oculis 61
Galenus non inconstans circa facultatem membrorum principalium 128
Galeni rationes ad demonstrandum hepar esse venarum principium 134
Galenus in vena sine pari non sibi contradicit 137
Galenus circa os gutturis cum pugnantia non loquutus 80
Galenus de vsu musculorum inter costalium de inconstantia defenditur 84
Galenum de principalitate ventriculorum cerebri cum pugnantia non tradidisse 180
Galeni ingeniosa de glanduloſis asstitibus argumentatio 159
Galenus in musculis tibiam mouentibus non est varius 106
Galeni pugnantia de pedis & manus ossibus diluitur 50
Galenus de coccygis & ossis sacri inconstantia non venit taxandus 44
Galenus in musculis mouentibus brachii caput & scapulam, non inueniſtur varius 80
Georgius della Porta 153
Ginglimos 15

H

Hepar omnibus animantibus sanguinem habentibus adesse cibi concoquendi gratia 122
Hepar sangificationis organum. 125. *& sequen.*
Hepar gigni prius an cor. 119 *&* 128.
Hepar habuisse quatuor pennulas compertum est 153
Herophili lapsus 180
Hieronimus Cremonensis 117
Hippocrates laudatus 3
Hippocratis calumniatores 4
Homerus non caruit detrectatoribus 2

I

Iacobus Antonius Motonus 86
Iacobus Syluius in Medicina vir doctissimus 69
Iacobi Foroliuiensis lapsus 63
Iacobus Pacinus præceptor non pe nitendus 117
Iecur non continuum semper corpus, sed aliquando in fibras dissectum 153
Iecoris in sanguificatione munus. 126
Intercostalium musculorum vsus a Galeno perbelle cognitus. 84
Inteſtina 153 *& sequen.*
Ioannes de Solidis 153
Ioannes Antonius de Caresana. 153

Ioannes Maria de Vialardis. 153
Ioſephus catia Nouarienſis 69
Iudei Moſo mulierẽ a qua leges acceperũt maximo odio habuerũt.
Iulianus alexandrinus, Hippocratis calumniator 4

L

Lanphrancus Bonæpartis medicus Nouarienſis 69
Laringis communes muſculi octo optime a Galeno numerari. 76
Lienis vſus & ſubſtantia 117
Ligamentorum vſus 64
Ludouicus Buccaferreus 117
Lycus calũniator hippocratis. 4
Lyci errores 171
Lyci Macedonis lapſus 179

M

Marcus Anto capra. 86. 153
Marcus Anto. cuſanus. ibidem
M. Tullius cicero calumniatus 3
attæus curtius 90
Maxillæ conſideratio 27
Melonis familiaritas 19
de Meatulo illo per quẽ bilioſus exurgitat humor ad ventriculum.
Membrum vrile. 161 (149
Mẽbranulæ orificiorũ cordis. 157
Mẽbranã illã quã barbari pãniculũ carnoſum appellãt Galenum agnouiſſe 59
Miningis craßæ vtilitates 145
Meſenterium 152
Methodici 169
de Motu manus Galenus non ſibi contradicit 102
de Motu manus 99. & ſeq.
Motus an pereat ſeruato ſẽſu. 145
Muſculorum natura 54
circa Muſculorũ craſſitudinẽ & paruitatẽ & capitis & caudæ Veſſalii inconſtantia 54
Muſculos finire in tẽdines 55
Muſculi volũtarii motus organũ in vſu Muſculorũ exiſtẽtiũ in (58
oculis Galenus nõ eſt vari⁹. 61
Muſculorũ deſcriptio & vſus tum tẽporaliũ tũ mãdibuliorũ. 65
de Muſculorũ inconſtantia Galenus vendicatur 68
Muſculi ſiue delineamẽta quæ poſt aures obſeruantur 71
Muſculi oſſis gutturis 72
Muſculi mouẽtes ſcapulã 74
Muſculi cõmunes laringis 76
Muſculus ex mãmarũ regione inciens deinceps ad humerum porrigens 78
Muſculorũ ſitus varius 79
Muſculi mouẽtes brachii caput & ſcapulã, de ipſis Galenus ſibi nõ contradicit 50
Muſculi Epigaſtri 82
Muſculorũ par quod ob varietatẽ apparet multiplex 81
in vſu Muſculorũ intercoſtaliũ de incõſtãtia Galenus dedit. 84
Muſculi a Galeno cogniti contra Veſſalium 79
Muſculus qui defertur ad volã manus à Galeno bene depictus nec de eo cũ pugnãtia locutũ 92
in Miſculis digitorum Galenus nõ inuenitur varius 96

Musculus qui paruũ digitũ ac annularẽ a pollice abducit 99
Musculi cubitum & extendentes & flectentes 102
Musculi tibiam mouentes 106
Muscul officium a Vessalio prætermissum 110
Musculus ĩ poplite occultat⁹. 111
Musculi ab ãtiquis ignorati. 170

N

Neruorum vsus 56
Neruorũ dari.vii. cõiugia. 139
Nerui optici 140
Neruum quartum femoris esse bifidum 147
Nerui tertię cõiugationis molliores esse quã qui sunt in secũda. 141
Nerui ab antquis pretermissi. 112

O

Oculorum temperamentum. 62
Occipitis ossis structura a Galeno enarrata 28
Octauius Lancea 153
Olfactus organum 139
Omentũ in hominibus 151
Optici nerui 137
de Ossibus digitorum Vessalii incõstantia 47
Ossa gutturis yoides dicta 50
de maxillæ ossib. obseruatio 26
de nasi Ossb. examinatio 26
de Osse sphenoide 24
de osse spongoide 25
Ossa sesamoida 51
Ossa fungosiora molliaq; mutuo inter se coalescere 18
Ossium symphisis 15
Ossa posibrachialis 100
Ossa antiquis incognitæ 170

P

Panniculus carnosus a Galeno cognitus 59
Patella siue rotula 50
Penis historia 161
Peritonei vtilitates 142
Pedũ digitos mouentiũ tendinũ vtilitates & functio 93
Petrus martyr Tronus 37
Pituitæ ductus a Gale. obseruatus (24
Philotomi lapsus. 182
Plato calumniatus 2
de Potu antiqui cecutiere 171
Processus septimæ vertebræ 42
Pollicis flexioni seruientes musculi a Galeno cogniti 96
Pulmonis quintus lobus 153
Pueros venerem appetere 158
Proxagoræ absurditas 182
Pytagoras calumniatus 2

R

Radii cũ vlna articulatio 101
Radii sinuum appendicis musculorum ac tendinũ cõsideratio. 100
Renem dextrũ siniſtro altiorẽ esse quomõ a Galeno traditũ 153
ĩ Renib. ãtiquorũ deliramẽta. 179
Reticularis plexus 182
Rotula siue patella 50

S

Sanguificationis organum 125
Scapulã pectori adducẽtis musculi munus a Galeno cognitũ 79
Secunda membrana 152
Sẽsus remænet abolito motu 145

in

in Seminis excretiõe titillationis cã
a Galeno aſsignata 159
Septum tranſuerſum 151
Splenis ſubſtãtiæ 155
Serapion Hippo. calumniator 3
Stomachi ductus & ſitus 87
Socrates Atticus ſcurra dictꝰ 2
Suturæ ab antiquis prætermiſsæ.
Symphyſis 15 (170
Synarthroſis 15

T

Tactus organum 89
Tendinum natura 53
Tendo nõ eſt volũtarii motus orga
num 37
Tendo qui eſt in vola manus a ga
leno recte cognitus 88 92
Tendines a veterib. nõ probe deſcri
pti & multi ignorati 131
Teſtium fabrica 161
Thophraſtus calumniatus 2
Teſsalus Hippo. calũniator 4
Toſonus mẽdicus Bononienſis 19

V

Varciformes 158
Venæ cauæ exortus 117
Venæ exortus vt intelligẽdꝰ 151
Venæ ſine pari cõſideratio 137
in Venis quæ variẽtur 138
Venæ prepẽtes ad vẽticulũ 150
Venæ coronales cordis 157
Venæ prorepentes ab vtero ad
maxillas 158
Ventriculi ſitus 150
de vẽtriculo veteres ɖliquere. 179
Vertebrã decimã thoracis trãſuer
ſis priuari proceſsibus 45
Veſsalius varius in taxãdo Gale.
de muſculis pollicẽ mouẽtib 98
Veſsalii Bononiæ deceſsus 117
Virgilius calumniatus 2
Virile membrum 161
Vteri conſideratio ibid.
Vgonis Senenſis lapſus 163

X

Xoroidis 181

FINIS

REGISTRVM

A.B.C.D.E.F.G
H.I.K.L.M.N.O.P.Q.R.S.T.V.X.Y.Z.


F P